TEOLOGIA DOMMATICA
163
K
41.
BIB. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
163
K
41
NAPOLI

16099

SPECVLVM PEREGRINARVM QVÆSTIONVM,

F. BARTHOLOMAEI SYBILLAE
Monopolitani, Ordinis prædicatorum
Theologi Clariſsimi.

In quo, De animabus, De cœlo, Inferno, Purgatorio, De Angelis bonis, ac malis, Deque hominibus, necnon de alijs ſcitu digniſſimis (varijs Quæſtionibus, per tres Decades) pertractatur.

Multis olim mendis caſtigatum, & uariis Additionibus
F. Raffaelis Maffei Veneti Seruitæ Illuſtrius redditum.

Nunc poſtrema hac ęditione ab omnibus expurgatum.

Cum Indice Quæſtionum, & rerum memorabilium, nuper emiſſo.

Domus



Professa Neap.

VENETIIS, MDLXXXII.
Apud Ioan. Antonium Bertanum.

AMPLISSIMO
IVLIO ANTONIO
SANCTORIO,

TITVLI S. BARTHOLOMAEI IN Inſula, S.R.E. Præsbytero Cardinali, Sanctę Seuerinæ nuncupato.

F. Raffael Maffeus Venetus Ordinis Seruorum.

NATVRA ipſa comparatum eſt, (AMPLISSIME CARDINALIS) ut eos diligamus, quos omni uirtutum genere prędiтos eſſe contemplamur; quam etiam propē ſam animi uoluntatē, parum eſſet, cordi tacitam occultare, niſi eam certisſimis argumētis, ſignificaremus. Hoc igitur naturæ impulſu, & hac ani-

mi ui,ego ad te amandum,& obſeruandum impellor; Cum potiſſimum in te ſumma cum eruditione tãtum humanitatem,modeſtiam, morũ ſuauitatem, uitæ integritatem, pietatemq; integerrimam eſſe uideam coniunctã,ut omnes,non ſolũ celſitudinẽ tuam meritò ſuſpiciant,& admirẽtur,uerum etiam,miro totius Europæ Sermone celebrẽt, & uſq; ad ſydera maximis prȩconijs efferant. Addo, quod non ſolum Ordinem noſtrum,ſumma charitate proſequeris, uerùmetiã meipſum (licet immerentem) ſingulari fauore olim complexus es,ex quibus,niſi (præter huiuſmodi obſeruantiam qua te colo(ſignum aliquod grati ſaltem animi mei, oſtenderem, mihi ipſe non ſatis unquam feciſſe putarem. Itaque cum amicus quidam, proximis hiſce diebus mihi obtulerit, SPECVLVM PEREGRINARVM QVAESTIONVM Bartholomæi Sybillæ Monopolitani Theologi Eruditiſſimi, Ordinis Prædicatorum,(ex uaſtis Theologorum, Iuriſpontificum, Philoſophorum, & aſtrologorum campis collectum, tres Decades complectens, De animabus rationalibus in coniuncto, & ſeparatis, Deque Angelis bonis,ac malis,atque de alijs rebus quæ habẽtur in ſacra Theologia, & in ſcripturarum Theſauris,)ut illud (diligentius inſpiciens)emendarem, ornarem, lectoribusq; commendarem:Ego quod potui præſtiti,perplacuit Liber,eum a mendis(diligentia qua potui)purgaui,

ui, Titulis quæſtiones ornaui, copioſiſſimo Indice illuſtraui, & multis meis Additionibus cunctis ſtudioſis non ingratis, auxi; & ſub tuo ampliſſimo nomine in publicum prodire, curaui. Id quod a me, non propterea factum exiſtimes, uelim; ut putem, te hoc opere indigere, cum ſis in Theologicis, Pontificijs, Philoſophicis, & omnibus doctrinis liberalibus, adeò uerſatus, ut omnium bonarũ artium profeſſores, tibi uni, quàm maximè debere fateantur; Sed potius, ut meam in te beneuolentiam (hoc monimento exiguo) ſignificarem. Quòd tantò libentius facio, quantò uideo Specul m hoc, tuis ſtudijs cõuenire. In quo nihil, eſt (ni fallor) quòd pium, quòd catholicum, quòd ſacrum non ſit, & quòd cultum Dei non confirmet, quemadmodum, & tu (in tanto Cardinalatus onere, ac aſſidua totius Chriſtianæ Reipubli. negotiorum multitudine præſertim in hæreticorum erroribus extirpandis fatigatus, ut uix reſpires) nihil quòd æquum, & bonum, quòd pietatem, quòd religionis profectum, quod ſtudiorum gloriam, & piorum ædificationem non ſapit, tueris, ſuſcipis, iuuas, & beneficijs accumulas. Bone igitur Conſule (Reverendissime Cardinalis) & hunc librũ (eo, quo potui a me ſtudio) lucubratum hilari fronte gratoque animo ſuſcipere digneris. Ipſeque Deus Optim. Maxi. a quo cuncta bona procedunt te mihi, & Sanctæ ſuæ

Eccleſiæ incolumen ſeruet; Vt alma etiam noſtra Seruorum Beatæ Mariæ Virginis religio, tuis fę-licisſimis auſpicijs celebrior fiat. Venetijs ex Cõuentu noſtro Sancti Iacobi à Iudecca Venetiarum.

Calendis Iunij.

INDEX ALPHABETICVS, RERVM, AC SENTENTIArum memorabilium, quæ ſparſim in hoc libro continentur.

A.

ACHATES lapis ꝑmanet in igne ſine lęſione 137
Actio caloris in corpora damnatorum, realis, & intentionalis 136
Actus meritorius in purgatorio 179
Actus proprius eſt in propria potentia, & materia 6
Adam, terra rubra interpretatur 237
Adę anima ante corpus perfecta in ſpecie 7
Adam quid myſterij intellexerit, cum dormierit, in illo primo ſopore 301
Adę, & Paulo nullus philoſophus potuit ſe in ſcientia comparare 285
Mulierem cur potius, quam Adam Dęmon tentauerit 527
Adam fuit creatus in gratia gratum faciente 292
Aeris tres conditiones 485
In aere lapſi ſunt Dęmones triplici de cauſa 485
Agilitas corporis glorificati deſcribitur 78
Alberti opinio, circa Eccleſię ſuffragia, quę defunctis proſunt 146
Alcocodem, & Ylec, inuenerunt Caldęi ad deceptionem hominum 386
Alchimiſtas ſpecies metallorū vere tranſmutare non poſſe 509
Alexander a peripateticis degenerauit 29
Aliquid ordinatur ad finem dupliciter 526
Ambroſij diſcurſus aureus, quod aſtra hominem non liberant 354
Angeli in cœlo empyreo creati 418
Angelis, non debetur corona aureola 100
Angeli quando creati 417
Angeli, neq; dolent, neq; triſtantur 442

Angli non ſunt membra humana cum Chriſto 450
Angeli boni ex cuſtodia bonorum gaudium quoddã conſequuntur accidentale 444
Angelorum de hominibus cura tanta eſt, ut eos, nunquam etiam obſtinatiſſimos reliquant 445
Angeli ad hominum cuſtodiam deputantur 426
Angelo cuſtodienti, quid unuſquiſque omni die dicere debeat 428
Angelorum miniſterio, quę dam templa fuerunt conſecrata 451
Angelus, alium angelum intelligit, cum ſe conuertit ſuper ſimilitudinem quam habet impreſſam illius 452
Angeli aſſumunt corpora ſibi unita tanquam mobilibus diuina uirtute ſic formatis 489
Angli immutare poſſunt utrumque ſenſum 447
Angeli uoluntatem mutare poſſunt 448
Angeli intellectum hominis de quatuor illuminant 449
Angelus malus non poteſt baptizare 450
Angeli non poſſunt conſecrare corpus Chriſti 449
Angelorum morulæ inter creationem, & lapſum 483
Angelus poſt ſuæ creationis primum inſtans peccauit 484
Angeli non habuerunt quatuor dotes corporis glorioſi 79
Angeli ꝑpter quatuor cauſas ad cuſtodiam hominũ deputantur 437
Angelorum unus, ad unumquenque hominem ſufficit 436
Angelus cuſtodire incipit, quando creatura naſcitur 437
Et uſq; ad mortem dantur 438
Angelorum cuſtodia, quando homini ſubtrahatur 440
Angelorum præmiũ duplex 441
Angelus, & creatura quælibet peccare poteſt 479
Angelos eſſe corporeos, & animales 477
Angelus unus bonus, & quo modo alteri angelo bono reſiſtat 458
Angelus ubi eſt, ibi operatur 497
Angelus quando deficit a cuſtodia hominum 368

Angelus quomodo definiatur 412
Angeli definitio ex Dyoniſio 413
Angeli materia carent 414
Angelj ſimplicitas, ibid.
Angeli cognitio eſt per ſpecies ſibi naturaliter congenitas 414
Angelorum numerus 415
Anima, ſecundum diuerſa officia nominum uarietatem ſortitur 407
Animæ, corpus cur inobediens 407
Anima, corpori, dupliciter dominatur 409
Exuta a corpore, non habet plenum modum cognoſcendi intellectuum ſeparatorum 56
Cupit reuniri ad corpus, naturaliter ibi.
Afficitur triſtitia, ſi mala, gaudio uerò, ſi bona ibi.
Quas cauſas doloris habeat 58
Anima doctior eſt in cœlo præſtantior anima indoctiori, & minus bona, non tamen melius diuina eſſentia fruitur 406
Animas aliquando in corporibus reuerſuras philoſophi ponunt 35
Animæ meritum, & peccatū principaliter aſcribitur 35
Anima quid ſit, difficilimum eſt ſcire 2
Anima, moriēte homine, deſinit informare corpus ſucceſſiue 51
Non eſt de eſſentia Dei 4
Non creata cum angelis 4
Quid uero ſit 3.18
Anima hominis, nō eſt pars animæ magnæ mundi 2
Anima mundi nō eſt Deus, ut dixit Parmænides 2
Anima immediate creatur a Deo 12.13
Animas hominū, dæmones eſſe putauit Plato 13
Animas non eſſe ab initio creatas inter cæteras intelligentias nec ſimul 14
Animal etiam ablato corde uiuere poteſt 54
Anima de corpore exiens, natutaliter ſurſum tendit 55
Anima maris, cur poſt 40. dies infunditur corpori, & nō poſt octoginta ſicut in corpore femellæ 14
Anima in termis reperta ad purgandum 170
Anima non poteſt educi de potentia materiæ 9.12
Eſt actus corporis phyſici organici 10
Animæ purgandorū, habent cum afflictione ſolatium ex multis 183

Animæ immortalitas, multipliciter probatur 20
Animæ exiſtentes in purgatorio ex operibus uiuorū ſubleuantur 194
Animæ mortuorum rebus uiuentium non interſunt 268
Animarum ſedes apud inferos 224
Anima ſeparata, poteſt ab igne corporeo pati 129
Animas in purgatorio poſſe uiuorum ſuffragijs ſubleuari, auctoritatibus ſanctorum probatur 197
Animæ cur poteſt ſeparationem a corpore præmium non reddatur 252
Anima dormiens ad reuelationes aptior 310
Animæ, corpora ſequuntur 336
Dominantur corpora quando 340
Anima Chriſti plena gratia 421
Anima hominis, infima ſpecies, in genere intelligentiarum 56
Anima cur ad purgatorium uadat 213
Anima eſt in ſanguine, idest coexiſtit ſanguini 213
Animę ſeparatę quomodo ſeipſas cognoſcant 272
Annorum reuolutio Platonis 36
Antichriſtus Angelum ad ſui cuſtodia habebit 435
Apparitio mirabilis in purgatorij fauorem 173
Apparitio ſpirituum, quomodo cognoſcatur, an ſit bona, uel mala 248
Apparitio mirabilis Guilielmi de Coruo ibid. & 242
Aqua bibita, cum modico uino, magis refrigerat ſanum, quam ſola bibita 78
Ariſt poſuit Dęmones non eſſe 469
Articuli fidei demoſtrari non poſſunt 44
Arcturus quid ſit 377
Aſtrologus quando de moribus hominum uera pronoſticat 328
Aſtrologus non pōt ſufficienter de fututis certa prędicere, & iudicare 390
Aſtrologiæ ambitus 389
Aſtrologia cur incerta 390
Aſtrologorum diuinatio, de abundantia, & fertilitate anni friuola 243
Aſtra ſunt cauſa inferiorum effectuum mediantib. cauſis particularibus inferioribus 355
Aſtra ſunt cauſę longioris uitę ſecundum Aſtronomos 386
Aſtrorum iudiciis, an ſit credendum

...dendum 393
Aſtronomorum opinio de ſomnio 304
Aſtra ſignificant, ſed non faciunt 352
Auguſtini, & Thomę opinio de velle damnatorū 257
Auicennę error de igne 126
Aureolæ tres 98.96
Aureola, quid ſit 96.94
Aureola, quibus debetur 97

B

Baptizatus ab Angelo bono, non tenetur rebaptizari 451
Bedæ opinio de paradiſo terreſtri 225
Bedellium lapis præcioſus 234
Bellum ſpirituale in Angelis geritur, non tamen corporale 459
Bellorum multa genera ibi.
Beatorum uiſio 170
Beatitudo eſt in actu uoluntatis ſecundum Scotum 395
Beatitudo quæ ſit 395
Beati aliquando uiuis apparent, & quomodo 246
Beatitudinis obiectum ſecundum D. Thomam 398
Beatis in cęlo tres dotes aſſignantur 72
Beatitudo tria requirit 72
Boni ualde, & mali ualde qui 143
Bonum hominum per Angelos procuratur 143
Bona operatio duo requirit 432

C

Campi Elyſij ſunt in medio inferorum, ſecundum Ethnicos 223
Campaniæ laus 243
Canoniſtarum opinio de indulgentijs pro his, qui ſunt in purgatorio 202
Caſus cuiuſdam rapti, a papa declaratus 70
Caſus mirabilis de muliere a Dæmone uexata 473
Caſus in Apulia 171
Caſus malorum angelorum fuit poſſibilis 481
Caro pro homine carnaliter uiuente, accipitur 40
Carnibus humanis, nonnulli ueſcuntur 31.39
Cæleſtia corpora non ſunt cauſa humanorum actuū 321
Cęleſtia corpora non faciunt niſi per accidens hominē ad ſcientias aptum 326
Cœli empirei exiſtentia humana ratione, inueſtigari non poteſt 63
Cœlum empyreum, auctoritatibus

tatibus ſanctorum probatur. 64
Quid ſit. ibid.
Quomodo fuerit mox factũ Angelis repletum. 65
Cœlum chryſtallinum 60
Cœlum aereum in ſeptẽ cœlos diuiſum. 66
Cœlum empyreum nõ eſt corpus materiale. 66
Compellere Dæmones nihil poſſet in mundo, niſi diuina virtus. 539
Cœli empyrei fœlicitas. ibid.
Cœlum empyreum, Angelorum locus. 418
Charitas quantò melior, tantò meritum auget. 404
Charitas quanto erit intẽſior tãto beatiorem hominem in cœlo efficit. 407
Charitatis energia. 195.196
Charitatis præceptum in patria implebitur. 88.86
Charitas quomodo a ſeipſa incipiat. 26
Chriſtus cur peccantibus, æternam pœnam minatus eſt. 106
In Chriſto aureola triplex. 100
Chriſtus non habuit angelũ ad ſui cuſtodiam deputatum. 434
Chriſtus quomodo ab angelo fuerit in ſua paſſione cõfortatus. 434
Chriſtus peccare non potuit. 421
Chriſtus deſcendens ad inferos, pueros non liberauit, quia gratiam fidei non habuerunt. 220
Chriſtus princeps militũ. 100
Chriſtianus populus omni nationi præſtantior. 198
Chriſtus dotes habuit. 69
Chriſti claritas in transfiguratione miraculoſa. 80
Chriſti corpus, non habuit quatuor dotes. 79
Claritas corporis glorioſi, ab oculo non glorioſo videri poteſt. 80
Cleombrotus ſibi mortem cõſciuit. 261
Clerus, Chriſtianorum laus. 198
Ciceronis ſententia. 56
Cygnus cur Apollini dicatus. 26
Cygnus Veneri dicatus. 307
Cognitio matutina, & veſpertina in Angelis. 453
Cognitio ſecundum, quod cognitum eſt in cognoſcente. 286
Cognitio animæ quomodo. 271
Cognitio triplex. 268
Colerici iracundi. 336
Concilium Iuriſtarum, & Theologorum, de indulgentiis. 204

Conuerſionis in Deum, uel contemplationis quadruplex gradus 282
Cor primò uiuit, & ultimò moritur 54
Cor hominis ueneno mortui, ſemper ſubſtat igni inconſumptibiliter 137
Corpora damnatorum, cur nunquam conſumuntur ab igne 136
Corpus corruptum diuina uirtute, uiuificari pōt 35
Corpus, animæ carcer 57
Corporis glorioſi conditiones 83.81
Corpora cęleſtia eſſe animata negat, Ariſtoteles 470
Corpora cœleſtia quomodo poſſint in uirtutibus, uitijs hominum 336
Corruptionis cauſa, eſt materia 53
Corruptio mentis, per pœnitentiā reparatur 98.96
Creationis primi hominis opinio 237
Culpa uenialis per ignē purgatorium dimittitur 175
Culpa omnis, in hac uita nō dimiſſa, eſt ſuæ pœnæ coæua 354
Cuſtodes animarum, quomodo ſemper ſint in cœlo 429
Cur in ſpeculo, non fiat ſpecies in radio ſolis 91.89

D

Damnatorum tranſitus 121
Damnatorum numerus maior quam ſaluandorum 123
Damnati, recta ratione non poſſunt appetere nō eſſe 254
Damnatis, omnia triſtitia ſunt 274
Dæmon quid in generando homine poſſit 493.494
Dęmonum corpora ex aere condenſato ſunt 493
Et propriè opera uitæ non exercent 494
Dęmon intra corpora naturalia poteſt eſſe 497
Non tamen poteſt illabi corpori toto, ſed neq; alicui parti 498
Dęmon ſemen nō poteſt habere 491
Dæmonum operatio 139
Dęmones dari tripliciter ꝓbantur 472
Dęmon Socrati familiaris 310
Dęmones miniſtri ueloces 516
Dęmonis natura 521
Dæmon nō debet adorari, ēt ſi ſe in angelum lucis tráſformarent 495

Dęmonum malorum duplex genus 477
Dæmones inuocati reſpondent, & ueniunt propter duo 476
Dæmonum definitio, ac uaria nomina 436
Peccare quid ſit 477.480
Dæmon quomodo intrauit in Iudam 501
Deus quid ſit 289
Deus vult omnes ſaluos fieri, declaratur 111
Dei voluntas antecedens, & conſequens ibid.
Deus in purgatorio pœnam cuilibet animæ taxauit 203
Dei præſcientia, non imponit neceſſitatem 16
Deus quomodo ſecreta ſua reuelet 280
Deus tres uitales ſpiritus creauit 6
Deus ad id, quod eſt naturæ bonũ cooperatur, ad actus deformitatem non 15
Deũ uidere nullus per ſe hominum poteſt 85.83
Dei ſolius eſt, actiuè mouere uoluntatem 322
Deus in formatione corporis Adæ, prius formauit corpus, poſtea inſpirauit animam 10
Deus cur homines impugnari permittat 522
Deus cur poſt peccatum primorum parentum fecerit eis Zonam pelliceã 233
Deorum matres 491
Dextera eſt ſiniſtra nobilior 231
Diaboli poteſtas, quibus uinculis ligatur 457
Diabolus mẽdacij pater 510
Differentia inter ſenſum tactus, & alios ſenſus 135
Differentia inter imagines Aſtronomas, & nigromanticas 376
Diſtãtia media inter Abrahæ ſinum, & infernum 121
Diuinatoria practica, prohibita 383
Diuinari qui frequenter ſolent 277
Diuinationes quomodo fiãt & triplex modus dicendi 277
Dolor animæ maior, quàm corporis 182
Dominicus Venetus Epiſcopus Brixianus ſcripſit de ſuffragijs Eccleſię 156
Donum prophetiæ bonis, & malis commune 296
Dos eſt a beatitudine in quinque differt 84
Eſt diſpoſitio ad ipſam beatitudinem ibid.
Vltra dotes tria requiruntur 85.83
Dos cur aſſignatur, ſponſo, & quo-

& quomodò ſponſæ. 68
Dos ſpiritualis, quæ ſit. 69
Dos, quæ ſit. 67
Et cur detur. 68
Dotes in cœlo tribus virtutibus Theologis reſpondent 74
Dotes quatuor in corpore glorioſo virtutibus Cardinalibus coaptatæ. 75

E

Effectuũ tria genera 508
Effuſio cruoris hominis occiſi, ad præſentiam occiſoris, diuino miraculo, & non ſuperſtitioni adſcribenda. 546
Embrio, & quid in ipſo agatur. 13
Entia optimam vitam ducentia. 412
Enoch in paradiſum tranſlatus. 238
Enoch, & Heliæ translatio in paradiſum. 239
Epiſtola in ſepulchro Dionyſiodori inuenta de loco inferni. 117
Error Indorum de purgatorio. 158
Error aliquorum de reſurrectione Chriſti. 33
Error Saducæorum. 411
Excommunicatio quid ſit. 207
Quare aliqui poſt mortẽ excommunicantur 208
Excommunicandi poſt mortem, qui ſint. 207
Exempla gentilium animę immortalitatem oſtendentia. 23.24
Exempla ad oſtendendam practicam futurorum euentuum artis diuinatorię certam eſſe. 384
Extaſis cuiuſdam deuotæ mulieris. 302
Euæ cur Dæmon in ſerpentis ſpecie apparuerit 527
Eua formatur in paradiſo terreſtri. 238
Eufortunium, & infortunium quid ſit. 354

F

Fatum dupliciter poteſt conſiderari. 346
Inconuenientia, ex cõceſſione fati. 347
Fati definitio poetica. 338
Philoſophica. 339
Fatis omnia committere, non tàm incertum, quàm temerarium. 345
Fato quæ ſubduntur, & quæ non 357
Fatuum nunquam prophetaſ ſe legitur. 309
Fœlicitas, & fœcunditas terræ pro hominum meritis

datur

datur. 244 397
Fœlicitas in ſpeculatione conſiſtit. 403
Eſt initiatia in intellectu, completiuè in voluntate. 403
Fœlix nullus in hac uita. 370
Figura non eſt alicuius naturalis actionis principium. 553
Figmenta poetarum, & gentium. 505
Flamma poſita inter hominem, & paradiſum terreſtrem poſt lapſum quid ſignificet. 192
Fluminum paradiſi voluptaptis, origo, & eorum nomina. 234
Fortuna, bona Dea, & cur mala. 362
Eſt cauſa per accidens. 363
Fortunatæ inſulę ſex 224
Fortunę conditiones principaliores nouem ſunt. 369
Fortunæ ubi plus, ibi ſapientiæ minus. 370
Fortis imaginatio facit caſum 544
Fortunæ pictura 360
Quid ſit. 362
Formæ ſeparatæ materiam tranſmutare non poſſunt. 508
Franciſci Maronis de indulgētiis opinio. 203
Fruitio dupliciter ſumitur. 397
Futura tribus modis cognoſci poſſunt. 548

G

Gaudium angelorum eorum naturam ſequitur 442
Genus ſanctorum triplex. 98.96
Gratiæ ſubtractio eſt carentia viſionis diuinæ, in limbo puerorum. 216
Gulielmi Pariſini opinio. 381
Guſtus in cœlo quomodo ſit 92.90

H

Henricus Imper. Deum quomodo tentauerit. 523
Henrici de Gandauo opinio circa productionem mundi ab æterno. 51
Henrici de Gandauo opinio de noſtri intellectus obiecto. 285
Hæreticum quæ faciant. 514
Hæreſis Pauperum de Lugduno, & Vualdenſium. 158
Homo Dominus actuum ſuorum. 348
Homo quando dicitur benè,

nè, uel malè fortunatum. 368
Homo quomodo ordinatur ſecundum ſydera, ſecundũ angelos, & ſecundũ Deũ. 366
Inter hominis mortem, & iudiciũ eius particulare non repugnat aliquod ſpaciũ, & interuallum dari. 60
Hominum numerus 416
Homines a Dæmonibus quatuor modis impugnantur. 510
Humor duplex in homine 40

I

IGnorantia non excuſat a peccato triplici de cauſa. 405
Ignis inferni quatuor modis animas affligit. 130
Eſt inſtrumentum diuinę iuſtitiæ. 131
Et idem ſpecie quantum ad naturam ignis, cũ igne noſtro, in quacunque materia inueniatur. 133
Differt autem a noſtro, ut eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. 134
Ignis inferni ab igne purgatorii octupliciter differt. 184
Ignis idem comburit exiſtentes in purgatorio, & in inferno. 186
Ignis inferni, corporeus. 127
Ignis maximè actiuus. 190
Imagines, cur in cœlo transla tantur. 380
Imaginatio fortis, quid operetur. 373
Imaginatio quæ ſit. 130
Inclinatio naturalis eſt ad bonum vniuerſale ſimpliciter. 367
Indiæ arbores. 351
Indulgentię quomodo defunctis proſint. 149
Indulgentię ualent pro viuis, & defunctis 180. proſunt dupliciter ibi. 204
Indulgentiarum conceſſio a foro, & iuriſdictione pendet. 205
Indulgentiæ non baptizatis, non proſunt. 221
Indulgentiæ, ut ualeant, requiritur cauſa conueniens. 211
Infernus maxima regio. 112
Inferni, multis nominibus explicatur. 117
Infernus in ſuperficie terræ teſtimonio D. Gregorii. 118
Infernus poſt iudicium, tota regio elementaris erit. 123 eritq; æternus. 124, ſeptem carceres habet 125
infernus eſt in centro terrę. 114

Infernum eſſe quinque rationibus, probatur. 104
Ingenij acuitas ex quinque prouenit 326
Ioannis de lignano caſus circa fatum 342
Italia omnium regionũ præſtantiſſima 243
Intellectus capacitas duplex. 291
Intelligentiarum cathena ex Auicena. 490
Intelligibile tripliciter eſt in intellectu. 454
Interrogationes multæ cuidam mortuo factæ 50
Iudicium animarũ poſt mortem duplex 58
In iudicio particulari, Chriſtus ꝑ Angelos iudicat. 59
Iuppiter, & Venus benigni. 387

L

LAurentii Opimi ſententia de humana libertate. 325
Laurentius Florentinus in puteum ſe coniecit 263
Laus vocalis erit in patria 89 91.95
Leges iudicant Mathematicos eſſe pellendos & ciuitatibus politicis 384
Lib.arb.in pueris, & amentibus ligatum. 317
Liberum arbitrium quid ſit 420
Eſt in angelis & in Deo. 420
Lib.arb. in quibus reperiatur. 421
Lignorum genus triplex in paradiſo 232
Limbus puerorum, & ſanctorum patrum quadrupliciter differt. 215
Limitata eſt potentia dæmonum. 503
Locus inferni vbi ſit difficultas eſt apud doctores. 113
Locutio exterior, quomodo fiat 273
Locutio corporalis non eſt in anima ſeparata. 273
Locutio mẽtalis quid, & quo modo ſit in aĩa ſeparata.
Locutio differt ab illuminatione dupliciter. 455
Locutio ſpirituum quadrupliciter fieri poteſt. 455
Localis diſtantia, angelorum locutionem non impedit. 456
Lucretię Epithaphium, quod Ouidio aſcribitur 261
Lumen glorię neceſſariũ ad beatitudinem. 86.85
Luna groſſioris ingenii hominem cauſat 327

M

MAcharii exemplum 153
Magnetis uirtus vnde prouc-

proueniat 375
Malum culpo in actu.lib.ar.eſſe cõuenit dupliciter 481
Manichæorum opinio de paradiſo terreſtri 225
Mariæ Virginis ac Ioannis Apoſtoli reſurrectio, non eſt dilata uſque ad finem mundi 240
Maria uirgo habet aureolam pro pręmio uirginitatis 97
Maria uirgo cum corpore aſſumpta eſt in cœlum 467
Matrimonium bonũ eſt medicinabile 16
Maria uirgo in tribus omnes angelos exceſſit 465
Maria uirgo quomodo collocata ſit ſuper omnes choros angelorum 465
Maria uirgo eſt propè deitatem 466
Martyr non eſt omnis qui patitur pro Chiſto 98
Matrimonium ſpirituale, ĩter Chriſtum,& animam 69
Malefactores,octo generibus pœnarũ puniuntur in hoc mundo 140
Mali ſuum locum in rebus habent,& cur creati 18
Medicus certius iudicat de bonitate, uel prauitate ingenij quam Aſtrologus 328
Medicorũ obſeruatio,in infirmitatibus iudicandis 554
Mederi ſine aſtrologia non poteſt 330
Medicus lunę curſum obſeruet 330
Medicinalis ars, cur perfectionem non habeat 331
Medicus ſuam ſcientiam accipit a cauſis multum remotis 329
Melanconici liuidi 336
Melius eſt eſſe,quam nõ eſſe 258
Merces ſanctorum cõmunis omnibus,& propria ſingulorum 405
Meritũ accidentale poſt hanc uitam eſſe poteſt 179
Meritorum diuerſitas,homines ad diuerſos Angelorũ ordinum transfert 463
Meritum hominis efficacius quã meritũ angelorũ ibi.
Meritum in charitate conſiſtit 466
Mortuorũ apparitiones multæ commemorantur 247
Mercurius efficit hominem ingenio pręditum 327
Mẽtis illuſtratio quid ſit 279
Mirabile exemplum de anima Theodorici regis 118
Miraculum dupliciter accipitur 534
Mons Ethnæ in Sicilia 108 119
Miraculorum ratio, cur incõprehenſibili 547
Metalla omnia ex ſulphure

 fiunt

ſunt 95.97
Modus quo anima cognoſcit 271
Modus accipiēdi indulgentias pro defunctis 204
De indulgentijs, multi ſcriptores recenſentur 206
Mortuus non eſt ſemper, qui vulgari exiſtimatione pro mortuo habetur 54
Mortui non ſunt præcipitanter ſepeliendi 54
Mortuus non poteſt excommunicari, nec abſolui 207
Mortui, multa eorū quæ hic aguntur cognoſcunt 268
Mors quadrupliciter occurrit appetenda, ſub ratione boni 260
Mortui non poſſunt uiuis apparere 246
Morientium ſtatum quærere, non licet. 253
Mortui, in purgatorio ſunt membra militantis eccleſiæ 196
Mortem ſibi complures conſciuerunt 262.263
Motores quomodo mobilia non præcedant 417
Mulieres paſſionibus abundant 293
Mulieribus docere uel prædicare non permittitur 293
Mundum incœpiſſe, ſola fide tenendum 53
Mundum in tempore produci, congruum fuit 44
Mundi perfectio, quæ requirat 411
Mundum ſemper fuiſſe, demonſtratiuè probari non poteſt 43

N

Natura humana poteſt in Deum tranſire 467
Natura regitur ſyderib. 317
Natorum diuerſitas ſub eiſdē aſtris vnde 353
Natura non deficit in neceſſarijs 291
Naturæ diuinæ potentiæ, realiter ab eius eſſentia non differt 3
Nectanybi Aſtronomi ſtultitia 351
Nemo dolet, de eo quo ſe priuari neſcit 218
Nihil nouum factū eſt a Deo, quod aliqualiter in operibus ſex dierum non præceſſerit 6
Nobilitas, & ſalubritas alicuius patriæ circa ſeptem attenditur 241
Non eſſe dupliciter conſideratur 259
Nullus in hac uita fœlix 370

O

Obiectum intellectus noſtri quidditas rei materialis 285

Odor

Odor quid ſit. 93.90
Omnia ſimul creata, quomodo. 418
Omnis planeta fortior eſt in domo propria, quàm in aliena. 410
Operatio vnius, alteri valet dupliciter. 198
Opinio magarum mulierum de pueris ſine baptiſmate decedentibus, reprobata. 218.
Opinio Origenis de paradiſo terreſtri. 225
Oraculum quid ſit. 279
Oratio pro immundis non fit 150. neq; pro his qui ſe interficiunt. 151
Orationis effectus. 199
Ordo Carthuſienſium, quomodo incępit. 60
Ordo decimus in cœlo, quo modo intelligendus. 462
Orientis excellentia 241
Origenis error de inferno. 103
Origenis error, circa originē animę. 4

P

PApa omnia bona Eccleſię poteſt de iure diſpēſare. 211
Papa ſpiritualia diſſipare nō poteſt. 211
Papa ſi omnes a pęnis purgatorii liberaret, indecenter faceret. 212
Papa duo facit pro conſtitutis in purgatorio. 212
Papa non poteſt totum purgatorium euacuare 210
Papa iuriſdictionem habet in purgatorio. 205
Parcas tres eſſe. 338
Parcarum officium. ibi.
paruuli in limbo, duplicē cognitionem de beatitudine habere poſſunt. 217
Patria fœlicior quæ ſit 242
paradiſus terreſtris, quæ ſortitur nomina. 236
Eius ambitus deſcribitur. 236
Quomodo interpretatur 237
De paradiſo terreſtri tres opiniones 227
paraclitus quid 228
paradiſus terreſtris, oppoſitus inferno. 115
pauli eleuatio. 292
pauli mentis exceſſus 302
pœna tripliciter uoluntaria eſſe poteſt. 187
pœnarum inferni, octo genera. 138
pœna damnatorum, vſque ad diem iudicii creſcunt. 190
pœna purgatorii excedit maximas pœnas huius uitæ. 181. Eſtque duplex. ibid.
perfectum quid. 378
peccare non poſſunt in purgatorio exiſtentes. 159

Neque mereri 190
Peccata venialia, quomodo hic, & quomodo in futuros ſęculo remittũtur. 179
Philoſophi varia, de mundi termino, ac fine, ſentiunt. 41
Philoſophorum exempla, animam immortalem demonſtrantia 26
Philoſophorum de inferno fictiones. 102
Philoſophi, quid de fine mundi ſenſerint. 45
Philoſophi magnas habet delectations. 274
Planetæ cuilibet tres annorũ differentiæ ſunt attributæ. 387
Platonis de animæ immortalitate ſententia 22
Platoni ſententia de dæmonibus. 470
Pluuiam euenire, multa ſignificant. 16
Potentia abſoluta, & ordinata, in Deo ſunt idem. 256
Potentia viſiua in patria, videbit per actum 88.90
Videndi intramittendo, & ſuſcipiẽdo ab obiecto. 90 88
Potentiæ animæ realiter differunt ab eius eſſentia. 3
Præmium angelorum 441
Perſei imago in cœlo. 378
Proſperitas in ludo, vnde oriatur. 374
Prophetię donum, bonis, & malis commune. 296
Propoſitio ex ordine tantum nõ cauſam materialem deſignat. 50
Prouidẽtiæ, & fati deſcrimen. 358
Prouidentia Deo omnia gubernantur. 349. 354 365
Pueri omnes, quicunque fuerint, cum corporibus ſuis in perfecta ætate reſurgent ad iudicium 222
Pueri in materno vtero habent angelum cuſtodem. 435
Pugna angelorum triplex. 457
Purgatorium eſt quodammodo via, & quodammodo terminus. 202
Eſtque ſuper terram ibidem.
Purgatur vnus velocius altero. 193
Purgatoria tria, ibid.
De purgatorio, locus Pauli ad Corinth. exponitur. ibid.
Purgatorii duplex locus 169
Peccata quæ principaliter in mulieribus reperiuntur. 566
Patricii purgatorium. 171
Purgatorium in centro terræ verè reperitur. 159
Purgatorium negarunt Hebrei, & Græci quidam 157
Vnus in purgatorio, poteſt citius

cius, uel tardius alio liberari 213

in Purgatorio remittuntur aliqua peccata quo ad culpam 174

Purgatorium ſi non eſſet, daretur peccatoribus occaſio deſperandi 161

Purgatorium probatur. 162 166

In purgatorio omnis reatus pœnæ, ueniali, & mortali debitæ dimittitur 176

Purgatorij pęna grauior eſt, omni pęna mundi 176

Præmium & pœna animarũ ſeparatarum, nũquam terminatur 245

Q.

Quatuor coęua ſimul creata 8

Quatuor loca in centro terrę 215

Quatuor genera malorũ dæmonum 478

Quatuor defectus corporis ex quatuor elementis orti 76

Quatuor loca animarum ſeparatarum 62

Quatuor radices omniũ malorum 334

Quid de fine mũdi catholicę ſit credendum 48

Quærere aliquid a Dæmone nõ eſt Dæmonem inuocare 549

R

Raffaelis Maffei opinio de obiecto intellectus noſtri 286

Raffael Maffeus, epiſtolam canonicam ſancti Iudę Apoſtoli expoſuit 460

Redderę cauſas de ſingulis miris, & inſolitis difficile eſt 545

Ratio imitatur naturam 265

Regiones purgatorij limbi & ſinus Abrahæ, ſeſe orbiculariter non circundant 120

Regna deſtructa ob coniunctionem Iouis, & Saturni 331

Res naturales, quomodo reuiuiſcant 39

Renouatio 36. mill. anni Platonis 38

Reſurrectio corporum partim naturalis, partim uerò miraculoſa 38

Reſurrectionis corporis, catholica ſententia 34

Reſurget idem numero, qui cecidit 36

Roma omnium terrarum alumna 243

Romanorum ueterum commendatio 266

Reuelationes ſępius mulieri-

bus fiunt tribus ex cauſis 292

S

Sanctorum interceſſiones quantum ualeant ad bene uiuendum 335
Sacrificia altaris quibus proſint, & quibus non 143
Sanguinei benigni 336
Sanctorum reliquiæ, quando licet ſecum habere 557
Sanguis ſedes animæ 9
Sanguine deficiente, operationes animæ deficiunt 11
Sanitas continuata in mane, & in meridiè interrupta, an reddita in ueſpere, ſit idem 30
Saturnus, & Mars maleuoli 387
Scientia duobus modis, poteſt accipi 274
Scoti opinio an ſit eligibilius appetere non eſſe, quam peccare 263
Circa idem opinio Sancti Thomę ibid.
Scoti opinio de neceſſitate Theologiæ 287
Scoti improbatio optima de igne inferno 127
Sedes animarum apud inferos nouem 224
Semen tribus modis accipitur 492
Semper aduerbium, quomodo intelligatur 29
Senſus exteriores corporis glorificati ī patria beatificabūtur in Chriſto 88. 86
Senſus hominis tribus modis illuduntur 515. 517
Sybilla, quomodo interpretatur 295
Simonidis ſententia de Deo 310
Sydera uaria, diuerſis hominibus tributa 342
Syria a quo denominata 235
Simulat Dæmon ſe captum eſſe, ut hominē capiat 539
Somnia de mortuis non eſt fides præſtanda 308
Sortilegij quomodo puniendi 560
Somnia de mortuis aliquando ad bonū finem immittuntur 308
Somnia enigmatica & non clara multis de cauſis 310
Somni definitio ſecundū philoſophos 297. 303
Quomodo cauſatur ibid.
Somnus uniuerſalis 301
Somnus partialis triplex ibi.
Somnus Adæ a Deo immiſſus 301
Somniant bene, & diuinantur tria hominum genera 312
Somniorum optimè, & artificioſè interpretantes 313

Som-

Somniorum,uiſionis,& oraculorum differentia 315

per Somnia futura prædicere, quatuor modis contingit 316

Somnia dupliciter ingeruntur uiuis 306

Somnium Galeni ibid.

Sortibus quomodo vſi ſunt ſancti 562.565

Somniorum duplex cauſa in generali 303

Socrati ſomniũ immiſsũ 307

Spiritus duobus modis poteſt corpus mouere 599 501

Spõſus,qñ raptor puellæ. 72

Statum alicuius poſt mortẽ, poſſunt uiui exquirere 253

Stella quæ apparuit tribus magis, & eius motus 393

Suffragia eccleſię abſolutè de functis non proſunt,de mẽte Sancti Thomæ 148

Suffragia proſunt damnatis duobus modis 144

Superſtitiones de imaginibus in cœlo 380

Superbia diaboli fuit cauſa ut Michael pugnaret cum dracone 460

Superſtitioſum eſt, ac peccatum, Aſtrolabium inſpicere 556

Salomõ exorciſmos fecit 543

Sancti uſi ſunt ſortibus 562

Sortes pericula pariunt ibid.

Somniorum futura cognouerunt Pharao, & Nabuchonoſor 593

Sorte Mathias apoſtolus electus 562

T

Tempus mediũ inter duo inſtantia eſt, inquantũ tempus eſt continuũ 485

Tenebræ palpabiles. 138

Theologia neceſſaria. 286 290

Theologia cur ex naturalibus non poſſit acquiri 287

Theologorum de fato reſpõſio 355

Theologorum de fato definitio 356

Thomas ſanctiſſimæ trinitatis. 464

Thomæ ſententia,qũo Theologia ſit neceſſaria 288

Timor in patria eſſe non poteſt 446

Tiberis primo dicebatur Albula 235

Traiani anima non fuit per finalem ſententiam ad infernum deputata 245

Traianus, qũo precibus B. Gregorij fuerit ad uitam reuocatus 153

Trimegiſti & Apulei, de fato definitio 339

Triplex cauſa cur dæmõ ſuo damno, mala noſtra procuret 553

Triplex

Triplex genus futurorum. 530
Triplex ſignorum genus in paradiſo voluptatis 232
Tria requiruntur ad tentatio nem perfectam 523
Tranſmutare nõ poſſunt materiam formæ ſeparatæ. 508
Transfiguratio Chriſti miraculoſa 80
Terminus vitę humanæ calcaneus dicitur 577
Tribus modis ſortibus uti licitum 564
Tria cauenda ſunt in ſuſpenſione diuinorum verborum ad collum 557
Tria attendenda, ne ſuperſtitionem aliquis incurrat. 557
Temporum obſeruatio triplex 554
Tempus obſeruare quando non eſt peccatum 554
Temporis obſeruantia aliquando pietatis eſt 554
Tempora obſeruare medici debent circa ægritudines. 555

V

Valdenſium hęreſis 194
Veritatis cognitio omnibus delectabilis 218
Vermis immortalis 138
Victoria magna dupliciter dicitur 97
Vigilantij opinio falſa 194
Virtus cognitiua rationalis non ſubijcitur Aſtris 325
Vident nunc damnati beatorum gloriam in uniuerſali. 275
Poſt iudicium eam cogitarę non poterunt ibi.
Virtutis naturalis in homine, ordo, & connexio 281
Virginitas carnis reparari nõ poteſt 98.96
Virginitas angeli cognata. 462
Viſio quid ſit 279
Viſio Dei duplex 72
violentia perpetua eſſe non poteſt 36
vitiorum & uirtutum diuerſitas unde oriatur 332
vinum eſt magis penetratiuum aqua 78
vinum ex aceto, in uinum red ditum, nõ eſt idem uinum. 33
vti rebus naturalibus ad ſanãdum, quando eſt licitum. 553
vnumquodque a cauſa ſibi ꝓxima mouetur 322
Voce hębrea dæmon uſus eſt primos parentes tentando. 528
voluntas hominis libera ſemper manet 325

Volun-

Voluntarium dupliciter dicitur. 188
Voluntatis tres operationes. 400
Vſus duellorum omnino prohibitus. 559
Viui pro defunctis Deo ſatiſfacere poſſunt. 195
Videre ſpiritualia, oculus corporalis non poteſt 573
Valdenſium error. 158
Vbi plus fortunæ, ibi ſapientiæ minus. 370
In virtutibus, & uitiis hominum, quomodo ſydera poſſint. 336
Veneri Cygnus conſecratus. 307
Valent ad bene uiuendū ſanctorum orationes. 335
Veterum Romanorum laus. 266
Viuificari res naturales quomodo poſſint. 37
Vnus in purgatorio poteſt citius alio liberari. 213
Viſio imaginaria, nō apparet niſi illis qbus fit viſio 576
Viſio Pauli. 576
Vetulæ ſortilegæ. 543
Valerii maximi de miraculis narratio. 534
Vulcanus Deus ignis. 119

X

Xp̄s militum princeps. 100
Xp̄s in ſua paſſione ab angelo confortatus 434
Xp̄s ad ſui cuſtodiam angelum deputatum non habuit. 434
Xp̄s triplicem aureolam habuit. 100
Xp̄s æternam pœnam, cur peccantibus minatus eſt. 106
Xp̄s peccare non potuit. 421
Xp̄s quomodo dotes corporis glorioſi habuerit 79
Xp̄s deſcendens ad inferos, pueros non liberauit, & cur. 220

Z

Zodiaci ſigna. 381

INDEX DVBIORVM, SPECVLI Peregrinarum quæſtionum, ſecundum ordinem Decadis poſitus.

PRIMAE DECADIS.

Vtrum anima rationalis, ſit de eſſentia Dei facta car. 1
Vtrum animę ſint creatæ ab initio, ſimul cum angelis, in cœlo empyreo. 4
Vtrum anima traducatur de nouo ex ſemine ſimul, cum corpus humanum ſeminatur. 8
Vtrum quas dicimus animas, animę ſint, uel Dæmones corporibus incluſi. 12
Vtrum animæ organizato corpore ſucceſſiuè ſimul creando & infundendo, ex nihilo creentur a Deo. 13
Vtrum Deus rationabiliter agat cooperans in animabus coitus illiciti. 15
Cur Deus creat aĩas, quas nouit dãnandas, & angelus, quos nouerat lapſuros. 16
An anima rationalis, ſit immortalis, & incorruptibilis. 19
Vtrum corpus humanum corruptum, poſſit reſurgere, viuificari, & idem numero redire. 30
Vtrũ mundus ſit ęternus, vel quãdoq; habeat terminari 41
Vtrum mundus, vel aliqua creatura, potuerit ab æterno produci. 50
An homine mortuo anima informet corpus. 51
An corde mortuo, anima etiam corpus, vel aliquã eius partem informet. 53
Ad quam poſitionis differentiam exeat anima, cum ægreditur a corpore. 54
Anima de corpore egreſſa, ad quam terminos vadat. 55
Vtrum iudiciũ particulare fiat a Chriſto, vel ab Angelis. 58
An ſit ſpacium, inter hominis mortem, & iudicium particulare. 60
Quot ſint loca animarum, è corpore ſolutarum. 62
Vtrum cœlum empyreũ, ſecũdum veritatẽ reperiatur. 63
Quid ſit cœlum empyreum. 64

Qaid

Quid ſit dos ſpiritualis animæ,& corporis beati,in cœlo empyreo 67
Quot ſint dotes animarum in cœlo empyreo exiſtẽtium 72
Quot ſint dotes corporum glorificatorum 75
An dotes animarum, & corporum in cœlo, ſint idem cum beatitudine ipſarum 84
An ad ueram & perfectam beatitudinem,aliud neceſſariò requiratur,quam quatuor dotes 85
Vtrum quinque ſenſus corporis glorioſi beatificantur 87
Quid,& quot ſint aureolæ,quæ nonnullis beatis dãtur 96
Vtrum ſit infernus ſecundum ueritatem 101
Vbi ſit ſitus,ac poſitus,locus inferni 123
Vtrum alibi quam in centro terræ, detur locus in ſuperficię terrę,in quo damnatorum animæ pœnas luant 118
Quæ ſit habitudo purgatorij limbi, ſinus Abrahę, uel ſanctorum patrum,ad infernum 119
Quæ ſit maior regio locorum pœnalium 121
Quæ ſit regio diuturnior,ex quatuor locorũ pœnalium 124
Quot manſiones regio infernalis habeat 124
Vtrum ignis inferni ſit corporeus, uel ſimilitudinarius, aut imaginarius 126
Vtrum Dęmones,& animæ ſpiritualis,poſſint ab igne infernali,ac corporali pati,& cruciari 128
An inter ignem inferni, & huius mundi ſit aliquid diſcrimen 133
Vtrum damnatorum corpora,coniuncta animabus poſt iudicium,poſſint perpetuo in igne inconſumptibiliter ſubſiſtere 134
De generibus pœnarum quę ſunt in inferno 137
Vtrum uiuorum ſuffragia,minuere, uel breuiari poſſint pœnam inferni 141
Vtrum in centro terrę, uerè, & realiter purgatorium reperiatur 157
An detur alius purgatorij locus, pręter eum qui eſt in cẽtro terrę,ubi purgentur animę mediocriter bonorum 169
Quod in purgatorio remittuntur aliqua peccata, quo ad culpam,& omnis reatus pęnę,ueniali,& mortali debitę 174
An

An purgatorij pœna, excedat omnem pœnam huius uitæ temporalem 180
Vtrum purgatorius ignis, ab igne inferni differat 183
Vtrum pœna quam animæ in purgatorio ſuſtinent, ſit voluntariè ſumpta 186
Vtrum in purgatorio detenti poſſint aliquo modo mortaliter, aut uenialiter peccare 188
Quod aīę in purgatorio exiſtentes mereri non poſſunt 189
Cur damnatorum pœna ſemper creſcat, & augeatur 190
Cur anima ſola in purgatorio patiatur, cum tamen totus homo peccata committat 192
Vtrum animę purgatorij, ex operibus uiuorum ſubleuentur 194
Vtrum Papa poſſit pœnas eorum, qui in Purgatorio ſunt, in toto, uel in partem relaxare 199
Vtrum Papa ſuæ poteſtatis plenitudine, poſſit ligare, uel ſoluere exiſtentem in purgatorio 206
An Papa poſſit omnes exiſtentes in purgatorio, a pœnis eripere 210
Vtrum ex duobus exiſtentibus in purgatorio, æquali pœna dignius, unus inde poſſit citius altero libero liberari 212
An ſinus Abrahæ differat a limbo puerorum 215
Quæ pœna debetur paruulis in peccato originali decedentibus 216
Quod in limbo paruulorum, neque pœna ſenſus, neque dæmones ſunt 219
An indulgentiæ pro pueris in limbo exiſtentibus, ualeant, & ſit pro eis orandum 221
An omnes paruuli ſine baptiſmate mortui, reſurgent in die iudicij 221
Vbi ſit locus camporũ Elyſiorum ſecundum Ethnicos 223
Vtrum paradiſus terreſtris ſit, quid corporale, uel quid ſpirituale 225
Vbi ſit paradiſus uoluptatis 231
Quod ſint tranſlati in Paradiſum terreſtrem 237
Quę ſit regio eligibilior, Oriens infidelium, An occidens Chriſtianorum 240

Vtrum

Vtrum mortui poſſint apparere viuis. 245
An mortui aliquando apparuerint de facto. 248
Quibus angelis ſocietur anima cum de corpore ęgreditur, & ſi ſtatim deducetur ad locum ſibi deputatum. 251
Vtrum liceat morienti petere, ut ſtatum ſuum poſt mortem reuelet. 253
Vtrum damnati recta ratione appetere poſſint non eſſe ad miſerias inferni, & eius carentiam euadendas. 254
An liceat mortem appetere. 260
Vtrum eligibilius ſit appetere non eſſe, quam peccare. 263
An fortis fortitudine politica, debeat plus fugere peccatum oppoſitum fortitudini quam mortem corporalem. 264
An mortui ſciant, quæ apud viuos aguntur. 267
Vtrum anima ſeparata cognoſcat ſe, & quomodo. 271
Vtrum animæ ſeparatæ adinuicem colloquantur. 273
An ſcientias, & virtutes hic acquiſitas anima poſt mortem retineat, & ſi damnatus illis vtatur cum delectatione. 274
Cur ſępius mulieribus potius quam viris reuelationes fiant. 292
Vtrum ſanctarum mulierum vaticinia pro veris debeāt recipi, & prædicari. 293
Cur Sybillis ſolis de Chriſto vaticinari conceſſum eſt. 299
Quid ſit ſomnus corporalis, & vnde cauſetur. 295
Quæſtio de ſomno vniuerſali, ac partiali. 297
Vnde fuerit ſomnus Adæ a principio cauſatus. 301
De ſomniorum cauſis, ac eius definitione. 303
Vtrum ſpiritus boni, uel mali poſſint ſomnia viuis immittere. 306
Vtrum mortui poſſint in ſomnis monere viuos, ad bonum, vel abducere a malo, & an ſuis monitionibus ſit pręſtanda fides. 308
Vtrum ſomnia amentium, & ſtultorum, alicuius voti habeant pręſagium. 309
Cur ſpiritus boni enigmaticè, parabolicè, & non clarè erudiant homines. 309
Vnde eſt, quod ſpiritum influxus, reſpiciat in homines potius

tius ſomnium quàm vigiliam. 311
Quot, & qui ſunt qui benè ſomniando diuiuinant. 312
Vtrum ſomnis dare fidem, ſit licitum. 314
Vtrum futura vaticinari per ſomnia ſit peccatum. 316
Quare pueri, & amentes aliquando futura prædicant. 317
Cur animalia bruta, aliquibus motibus, futuros effectus oſtendunt. 318
Vtrum potentiæ animæ rationalis ſubdantur, & neceſſitentur a corporibus cœleſtibus. 320
Vnde eſt quod vnus ſit acutioris ingenii, vel tardioris altero. 325
Vtrum ab Aſtris unus ad vnam, alius ad alteram ſcientiam inclinetur. 326
Quæ ſint cauſæ quibus acuitas ingenii eſt ad diuerſas ſcientias. 326
Quis melius iudicat de bonitate, vel prauitate intellectus medicus, an aſtrologus. 328
Cur in diuerſis regionibus videtur in hominib. diuerſitas morum, ſcilicet uitiorum, & virtutum. 331
De fato ſecundum poetas. 338
Quid ſit fatum, & quid fato adſcribendum. 339
Quomodo ſecundum aliquos omnia ſubduntur fato. 340
Quod tria ſunt de fato dogmata execranda. 343
Quod non omnia fato neceſſitantur. 349
Quomodo Theologicè ſit reſpondendum, his qui de fato malè ſentiunt. 355
Quid ſit fatum ſecundum Theologos, & an ſit concedendum. 356
Quid ſit fortuna ſecundum poetas, quomodo pingitur, & quę ei ſubduntur. 359
Quid ſit fortuna ſecundum philoſophos, & theologos. 363
Quid faciunt hominem benè, vel malè fortunatum. 366
De conditionibus fortunæ. 369
Vtrum medicus, agricola, luſor, & miles fortunentur ab Aſtris in actionibus ſuis. 372
Vtrum Deus poſuerit in firmamento imagines animalium, & ſpecierum huius mundi inferioris. 377

Vtrum

Vtrum aliquo modo imagines poſſint ſuperſtitioſè in cœlo tranſferri. 381
Vtrum certa practica diuinatoria ex Aſtris, & imaginibus poſſit haberi futurorum euentuum. 363
Vtrum aſtrologi poſſint verè iudicare de longitudine,& breuitate natorum, ex inſpectione Ylech, & Alcocodem in gradibus zodiaci. 386
Quod nullus aſtrologus poteſt certa de futuris euētibus prędicere, & iudicare. 389
In cuius actu potentiarum animæ beatitudo conſiſtat. 395
Vtrum in cœlo vnus ſit beatior altero. 403
An minus bonus, & doctior ſit in cœlo dignior anima meliori, & minus docta. 406
Quod beatior eſt in cœlo, qui intenſiorem gradum charitatis in hac uita habuit. 406
Quot nomina anima ſortiatur. 407
Cur anima, corpori non dominetur inuincibiliter. 408

ııı - SECVNDAE

DECADIS.

Vtrum Dęmones dentur in rerum natura. 411
Quid ſunt ſpiritus, quos angelos appellamus. 412
De numero angelorum. 415
De initio Angelorum. 416
Vnde fuerint angeli creati. 418
An lib.arb.reperiatur in Deo, in angelis, in beatis, in dæmonibus, in damnatis, ac viatoribus. 419
Vtrum angeli ad hominum cuſtodiam deputentur. 426
An angeli cuſtodes animarum, dum mittuntur, ſua fruantur in cœlis fœlicitate. 429

Ad quam Hierarchiam angelorum pertineat homines cuſto dire. 430

Quod ſtante diuina gubernatione, etiam angelorum cuſtodia dari debet. 432

Quibus neceſſaria ſit angelorum cuſtodia. 433

Quod vnus, & plures angeli, ad hominum cuſtodiam poſſunt aſſignari. 436

Cur homini, angelus cuſtos aſſignetur. 437

De initio & fine cuſtodiæ angelorum. 437

Vtrum angelorum cuſtodia aliquando homini ſubtrahatur. 438

Quod angeli de ſalute ſuorum cuſtoditorum accidentale gaudium recipiunt. 440

Quod nullam triſtitiam habent de damnatione cuſtoditi 441

Quor angeli magis pro hominum ſalute ſunt ſolliciti, quam Dæmones in interitu. 443

Cur angeli permittant homines a dæmonibus vexari. 445.

Quod timor cadendi a Deo, per peccatum, non eſt, neque in angelis, neque in beatis. 446

Quomodo angeli poſſint potentias hominum interiores, eſt exteriores immutare. 447

Vtrum angeli poſſint conſecrare corpus Chriſti. 449

Vtrum Angelus, figura ſacerdotis aſſumpta, poſſit baptizare, vel abſoluere. 450

Vtrum unus Angelus, intelligat alium. 452

De cognitione matutina, & veſpertina in Angelis. 453

De locutione Angelorum inter ſe. 454

Quomodo ſpiritus poſſit hominem alloqui. 455

Vtrum localis diſtantia, impediat Angelorum locutionem adinuicem. 456

De triplici Angelorum pugna. 457

Vtrum prælium Angelorum cum dracone fuerit reale; & corporale. 459

De

De cauſa prælij Michaelis cum dracone. 460
Vtrum homines poſt eorum mortem, ad collegium Angelorum aſſumantur. 461
Vtrum Beata Virgo fuerit aſſumpta ſuper choros Angelorum 464

T E R T I AE

D E C A D I S.

An mali Angeli, qui Kacodemones dicuntur, ſint uerè in rerum natura. 469
Quid ſint Dæmones. 474
Vtrum caſus dæmonum fuerit posſibilis. 478
De mora inter creationem, & lapſum Angelorum. 483
Vtrum mali angeli in infernum ceciderint. 485
Quot fuerint Angeli de celo cadentes. 486
Vtrum Dæmones habeant corpora naturaliter ſibi unita, ut forma materiæ 487
Vtrum in Dæmonibus ſit generatio, per ſemẽ, & in hominibus, & animalibus perfectis. 490
Quod Dæmones aſſumunt corpora, de natura elementi. 493
Quæ operatio uitæ dæmon in corpore aſſumpto, exerceat. 493
Quod dæmon in Angelum transfiguratus, non poteſt adorari ſine peccato, etiam ab ignorante. 495
An dæmones posſint ingredi corpora hominum, & animalium. 496
An dæmon poſſit illabi toti corpori aut alicui parti. 498
An dæmon per ſolum uoluntatis imperium poſſit cor-

pora mouere. 500
Quod dæmon non poteſt illabi animæ. 501
An ſpiritus hominis damnati, ingredi poſſint corpus alterius hominis. 503
Quod non eſt credendum obſeſſo, dicenti ſe eſſe ſpiritum alicuius defuncti. 504
An dęmon poſſit effectum naturalem abſque ſemine producere. 505
De miraculis magorum Pharaonis, & Necromanticorum 507.
An dæmones hominum cogitationes cognoſcant. 531
An dæmones miracula facere poſſint. 534
An mulieres de Nocte cum Diana ęquitates ſit illuſio Dæmonum 435
an aliqua arte naturali dæmones cogi poſſint, ad oracula hominibus danda. 536
Quomodo Dæmones a corporibus obſeſſis expelli poſſint 540
An faſcinatio ſit opus naturale, uel Diabolicum 543
Vnde ſumenda eſt ratio, quod quædam miranda ſint a Diabolo, & non a Deo 547
An qui poſſit per Dæmonum inuocationem abſque peccato futura uaticinari 548
Quot ſint genera, & ſpecies diuinationum, quibus Dæmones inuocantur 550
An uti rebus naturalibus pro ſanitate corporis acquirenda ſit licitum 553
An ſigna adhibita ad aliquos effectus inducendos, aliquid naturaliter operetur 553
Vtrum ad futura fortunia, uel infortunia præcognoſcenda, ſit licitum aliqua ſigna obſeruare 553
Vtrum temporis obſeruatio ad aliquid faciendum ſit licitum 554
An per inſpectionem Aſtrolabij, & per iudicium Aſtrorum res furatas inueſtigare ſit peccatum 555

An

An præter Symbolum, & orationem Dominicam ſit licitū in collectione herbarum carmina dicere, aut alijs obſeruationibus uti 556
An diuina uerba ad collum ſuſpendere ſit licitum 556
An ſit licitum reliquias ſanctorum apud ſe tenere 557
Vtrum ſerpentes, aut aliud animalium genus incantare ſit licitum 558
An liceat ferro candente, uel aqua bullienti uti, ad occultam alicuius rei inquiſitionem 558
An uti arte notoria ſit licitum pro acquirendis ſcientijs 559
An ſit credendum præſtigijs, & diuinationibus Dęmonum, cum euenit effectus 561
Vtrum ſortibus uti ſit malum 562
Cur ſortilegia, diuinationes, & incantationes magis in mulieribus, quàm in uiris abundent 565
An ſit maior poteſtas malorum ſpirituum, uel malorum hominum, ſuper homines 566
Vtrum ad affligendos bonos, maior poteſtas detur agenti naturali, quam homini libero 567
Cur actio afflictiua naturali agentium, fuit a Deo quandoq; permiſſa ab agentibus, quandoq; impedita 568
Quot ſint ſpecies Dæmonum, ante, & poſtea iudicium homines torquentium 569
De cauſis quare Dæmones homines tentant 570
Vtrum cuilibet morienti Dæmones ſemper appareant 573
An ex Dæmonum doctrina, poſſit homo uerum corpus formare, ſola naturalium uirium operatione 509
Vtrum Dæmones, homines impugnent 510
Quomodo, & quot modis Dęmon hominis ſenſus deludat 515
De multis modis quibus Dæmon homines decipit 517
Cur permittat Deus hominum genus a Dæmonibus tentari 521
Vtrum Dæmonum officium, ſit homines tentare 522
Quare Dęmones hominum tentant 524

Quot,

Quot,& qui ſunt homines tentatores 524
Vtrum tentationes ſint appetendæ 525
Cur Dæmon mulierem Euam aggreſſus, in ſerpentis ſpecie, & uocali locutione tentauerit 527
Quod uox Hebræa fuit primum, & poſt iudicium erit ultimum Ydioma 528
Vtrum Dæmones futura cognoſcant 529

Finis Index Quæſtionum.

Sapientiæ ex Cap. VI.

Non abſcondam a uobis Sacramenta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo,& ponam in lucem ſcientiam illius,& non prçteribo ueritatem, neque cum inuidia tabeſcente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps ſcientiæ.Multitudo autẽ ſapientium ſanitas eſt orbis terrarũ & Rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt.Ergo accipite diſciplinam,per Sermones meos,& proderit uobis.

SPECVLVM

PEREGRINARVM QVAESTIONVM,

VARIIS THEOLOGIAE, IVRIS Pontificii, Philoſophorum, ac Aſtrologorum præceptis exornatum; tres Decades complectens.

AVCTORE F. BARTHOLOMEO Sybilla Monopolitano, Sacræ Theologiæ Magiſtro Ordinis Prædicatorum.

Primum Caput, primæ Decadis ſeptem Quæſtiones continens, De Animabus rationalibus.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum anima rationalis ſit de eſſentia Dei facta.

QVAERITVR ſi animæ rationales ſint factæ ex eſſentia Dei, ut dixit Parmænides, & Marcus Terentius Varro? Ad quam reſpondendo, ſciendum eſt, quòd propter eſſentialem perfectionem animarum rationalium, & earum inuiſibilitatem, cum non cadant ſub ſenſibus a qui-

quibus oritur omnis noſtra propria cognitio, ideo circa eas uarij errores, opiniones, & difficultates ortæ ſunt, ut patet primo de anima, unde & philoſophus dicit ibidem. Omnino, & penitus difficillimum eſt, accipere quid ſit anima. Secundum uero Auguſtinum libro de origine animæ. Primum dogma apertè peruerſum, & fidei catholicæ aduerſum de animabus rationalibus eſt illud, quod, Poſuerunt quidam dicentes, eas non de nihilo, ſed de ſeipſo Deum feciſſe. Ad quod ponendum ex hoc moti ſunt, nam cum cœpiſſent quidam naturas rerum conſiderare, non ualẽtes imaginationem, & ſenſum tranſcendere, ut poſſent credere aliquas ſubſtãtias eſſe ſpirituales, poſuerunt nihil eſſe prēter corpora quę uidentur, imaginantur & phantaſticantur, pp quod dixerunt Deum eſſe quoddam corpus infinitum. ſ. aut totum hoc corpus æthereum, & elemẽtale, (ut dixit Parmenides.) Vel totã hãc lucem corporalẽ quã uidemus, (ut dicebant Manichæi) Et hoc totũ corpus, uel totam hanc lucem dicebant omnium rerum, & omnium corporum eſſe principium, ſicq; ponebãt Deum eſſe animam mundi, & de eſſentia omnium rerum. Animã uero rationalem ponebãt eſſe de natura illius infiniti corporis, uel quandam poteſtatem illius lucis, & conſequẽter de eſſentia ipſius Dei. Et hic error fuit primo ipſius Parmenidis, dicẽtis oĩa eſſe unum ſimpliciter, & nõ differre niſi ſecũdum ſenſum, & extimationẽ, Primo phiſicorum: quẽ poſtea Marcus Teren. Varro ſequens poſuit, ut refert Aug. 7. de ci. Dei, Deum eſſe animam mũdi, ipſum motu & ratione gubernans. Animam uero hominis poſuit eſſe partem illius magnæ animæ mundi, ideſt Dei. Quam etiam opinionem retulit Virgilius (poſt Aratum poetam grēcum) dicens.

Iupiter, eſt quodcunque uides quodcunque mouetur.

Roborari inſuper hæc opinio ab eis potuiſſet, hoc argumento. Nam illud quod ſpiratur ab aliquo fit ex eo quod emittitur a ſpirante, ſicut patet de aranea, quę formando telas ad muſcas capiendas ſpirat de ſubſtãtia

ſua,

ſua, & ſic tabeſcit, & debilitatur, ut inquit Pſalmiſta. Sed Deus formato homine de limo terræ, quò ad corpus inſpirauit in eum ſpiraculum uitæ; & factus eſt homo in animam uiuentem. Gen. 2. Ergo anima rationalis (qua homo uiuit) eſt ſpirata, & aliquid actum de ſubſtantia Dei. Sed in contrarium eſt Aug. lib. de origine animæ dicens hoc eſſe dogma apertè peruerſum. Nam ſi animæ eſſent de eſſentia Dei, eſſent eiuſdem naturæ cum eo, & per conſequens tot eſſent dii quot animæ. Item hæc opinio contradicit ſenſui, opponitur fidei, reprobatur a philoſophis, & improbatur a ſacris doctoribus, præcipuè a ſancto Thom. prima parte. q. 90. articulo primo, tali ratione uirtualiter. Nam natura diuina eſt actus purus, inuariabilis, immobilis, ſemper intelligens, cuius potentia realiter ab eius eſſentia non differt. Anima uero rationalis eſt permixta potentiæ, uariabilis de affectione in affectum, de cognitione in cognitionem, de ueritate in errorem, de uirtute in uitium, ante eius addiſcere eſt ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, tertio de anima, quandoque actu, quandoque potentia intelligens. Cuius potentiæ (ſecundum Thomam) realiter differunt ab eius eſſentia, ergo anima non eſt de eſſentia Dei. Ad argumentum autem ubi ſupra in contrarium dicitur quòd inſpirare in lib. Gen. non eſt accipiendum corporaliter, ſed idem eſt Deum inſpirare quod ſpiritum facere. Homo uero ſpirans corporaliter etiam non emittit de ſubſtantia ſua, ſed de natura extranea. ſ. aere. Aranea autem non dicitur ſpirare telas, ſed texere de ſubſtantia ſua.

ADDITIO.

Quod anima rationalis nõ ſit de ſubſtantia, & eſſentia Dei. Videto Auguſtinum, lib. de cognitione ueræ uitæ, item Epiſt. B. Auguſtini ad D. Hierony. De origine animæ, ubi ſciſcitatur ab illo, ſi illa ſententia

ſequenda ſit, quod naſcentibus ſingulis, animæ de nouo creatæ infundantur. Hieronymum quoque, ad Marcellinum & Anapſychiam. D. Tho. Opuſc. 3. c. 94. prima par. ſum. quæſt. 90. ar. 1. Contra Gentiles. c. 85. Auguſtinus ſuper pſal. 41.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum animæ ſint creatæ ab initio ſimul cum Angelis, in cælo empyreo.

QVAERITVR, An omnes animæ ſint creatæ ab initio ſimul cum angelis in cœlo empyreo, ut dixit Origenes? Ad quam reſpondetur quod Plato cum aliquibus philoſophis, & manichæis, & ex noſtris tantum ſolus Origenes, ut ſibi imponitur. Dixerunt omnes animas ante corpora in cælo empyreo, ſimul cum Angelis, a Deo fuiſſe creatas. Et ſecundum Platonem in numero finito aſtrorum, & ſtellarum cœleſtiũ. Dicebantq; Origenes in principio animas, & angelos fuiſſe creatos æquales, ſecundum conditionem naturæ ſpecificæ, ſcilicet in uirtute, & perfectione, & duratione, poſtea uero per liberum arbitrium ſecundum ꝙ plus, uel minus adhæſerunt, uel receſſerunt a Deo ex diuina iuſtitia diuerſimode fuiſſe promotas uel punitas, ita ut quidam eſſent angeli ſecundum diuerſos effectus ordinum, quidam animæ ſecundum diuerſos ſtatus. Quidam autem dæmones in diuerſis ſtatibus. Et de animabus dicebant ſecundum diuerſitatem meritorum, uel demeritorum quaſdam fuiſſe promotas ad diuerſos ordines Angelorum; Quædam fuerunt alligatæ corporibus cæleſtibus, unde, & corpora cæleſtia animata ponebant. Quædam uero fuerunt detruſæ corporibus uilioribus animalium brutorum propter quod Pythagoras ut dicit

Cice.

Cicc.de finibus bonorum. Et iuuenalis ſatyra.14.
Cunctis animalibus abſtinuit, nec uentri indulſit omne legumen,

Scilicet fabas, propter uentoſitatem, uel propter intus uermē abſconditum, quem eſſe putabat animam alicuius hominis ibique purgari. Quędam uero pro inęqualitate etiam aduerſionis earum a Deo fuerunt alligatę corporibus nobilioribus humanis, uel ignobilioribus, & male formatis, puta, claudorum, cęcorum, ut in talibus corporibus purgarentur, Nam uolebat, quod Deus hanc diuerſitatem creaturarum corporalium creaſſet in pœnam, & purgationem creaturarum ſpiritualium, in quibus corporibus poſtquā fuiſſent purgatę, reuocarentur ſecundum Platonem, in cęlū in ſuis ſimilibus cōparibus ſtellis Deorū uel Dearū, Origens autem cui principaliter hęc opinio de cōcreatione angelorum, & animarum attribuitur, roborabat illam, rationibus, & auctoritate. Primo, ratione ſic, Omne quod non dependet ab alio ſecundum ſuum eſſe, poteſt a Deo creari abſque illo. Sed anima rationalis non dependet a corpore ſecundum ſuum eſſe, ut patet primo de Anima, ergo non oportet, quod creetur in corpore, ſed potuit creari ante corpus ſimul cum angelis. Item Gen.1.habetur. Quod Deus die ſeptimo requieuit ab omni opere, ideſt ceſſauit, ergo poſtea non creauit animas, ſed omnes in principio fecit cum angelis. Idem probatur auctoritate Eccleſiæ.18. dicentis, Qui uiuit in ęternum creauit omnia ſimul. Sed in contrarium eſt magiſter Sententiarum in ſecundo, diſtinctione. 28. hanc Origenis de concreatione angelorum & animarum falſam opinionem reprobans ut adducetur infra in calce huius quęſtionis. Poteſt etiā Prędicta opinio Origenis duabus rationibus Auicennę confutari, & primo ſic. Impoſſibile eſt diuerſitatem in numero cauſari ſub eadem ſpecie, niſi ex diuerſitate materię. Nunquam enim eſſent duæ albedines niſi ratione diuerſorum ſubiectorum in quibus ſunt tan-

quam in materia ſubiectiua. Si igitur omnes animę fuiſ ſent ſimul creatę abſq; corporibus, cum ipſæ ēt non ha beant materiā partē ſui (ut oēs confitentur) ergo opor tet uel eas eſſe diuerſas ſpecie, cum ſemper ad diuerſi tatē formaliū principiorū ſequatur diuerſitas ſpeciei, & ſic oēs animæ differrēt ſpecie, & per conſequēs oēs homines quorū animæ ſunt formæ, quod eſt inconue niens. Vel oportebit dicere, ꝙ tantum eſſet una nume ro, & ſic ſequeretur error Auerrois de unico intelle ctu in oībus hominibus. Cū ergo hæc duo ſint incōue nientia. Reſtat, ut catholicè dicamus. Animas non an te, ſed ſimul in corporibus fuiſſe creatas. Itē ſecundo ſic. Proprius actus eſt in propria potentia, & materia, ſed anima eſt proprius actus corporis, ſecundo de aīa. Ergo uidetur ꝙ anima non poſſit creari niſi in corpo re. Facit ēt ad hoc, quod dicit Greg. ſuper lib. 4. Dialo gorū. Tres uitales ſpiritus creauit oīpotens Deus. Vnū qui carne non tegitur, ſ. angelorum. Alium qui carne tegitur, & cū carne moritur. ſ. brutorum animalium. Tertiū qui carne tegitur, & cū carne nō moritur. ſ. ho minū. Ad primū aūt. Origenis ſic reſpondet. Auicēna, ꝙ quamuis anima non dependeat a corpore, quantum ad ſuum eſſe, uel ſuum finem, dependet tamen ab illo ſecundum ſuum eſſe indiuiduale, quod quidē eſſe indi uiduale incipit in corpore cuius eſt forma. Et quia hoc eſſe indiuiduale animę in corpore acquiſitum, eſt eſſe abſolutū non depræſſum, nec alligatū ad corpus. Ideo poſt corruptionē corporis remanet ſibi ſuum eſſe indi uiduale. Ad ſecundum uero dicitur quod pro tanto ſcri bitur Deum die ſeptimo ceſſaſſe ab omni opere, quia ut dicit Thomas prima parte, q. ſeptugeſimatertia. articulo primo. Ad tertium, nihil poſtea a Deo fa ctum eſt totaliter nouum, quin aliqualiter in operibus ſex dierum præceſſerit. Et quędam materialiter tan tum, ſicut Eua in coſta Adæ. Quædam materialiter, & realiter, ſicut indiuidua quæ nunc generantur præ ceſſerunt in primis indiuiduis ſuarum ſpecierum. Spe-

cies

cies etiam, quæ apparent quaſi nouæ, præcipue in animalibus ex putrefactione generatis, præceſſerunt in quibuſdam actiuis uirtutibus ſtellarum, & elementorum. Noua etiam ſpecies, quæ uidetur multorum præceſſit cauſaliter in diuerſis animalibus ſecundum ſpeciem ex quorum commixtione generantur, puta Aſini, & Equæ, Quædam uero præceſſerunt ſecundum ſimilitudinem, ſicut animæ quæ de nouo creantur. Quæ quidem ſimilitudo poteſt attendi ſecundum genus, & naturam communem animabus, & angelis. ſ. quo ad intellectualitatem, & ſic præceſſerunt animæ in opere creationis qua leguntur omnia ſimul creata. Eccl. 18. Qui uiuit in æternum creauit omnia ſimul. Vel quantum ad naturam ſpecificam rationalem, & ſic præceſſerunt in operibus ſex dierū, in quibus anima Adæ creata fuit unita corpori. Cum anima ſit pars eſſentialis humanæ naturæ, & Deus primas res in perfecto ſtatu ſuę naturę, & ſpecie inſtituerit. Vel ſecundum ꝙ dicit Aug. non aſſerendo, ſed recitando in ſeptimo ſuper Gen. Quod anima Adæ creata fuit ante corpus perfecta, & completa in ſpecie cum inclinatione uoluntatis ad corpus adminiſtrandum. Similiter etiam opus incarnationis præceſſit, quia ut dicitur Phili. 2. Filius Dei eſt in ſimilitudinem hominum factus. Gloria etiam ſpiritualis ſecundum ſimilitudinem præceſſit in angelis. Corporalis uero in cęlo pręcipue empyreo, ut dicit Tho. quęſt. 66. pri. par. arti. 3. in corpore. Vnde propter hoc dicitur in Eccleſiaſt. 1. Nihil ſub cœlo nouum. Iam enim pręceſſerunt in ſeculis quę fuerunt ante nos. Quod ſi contra dicatur per illud Ioann. 5. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor ergo nō quieuit die ſeptimo. Reſpondetur, quod dicitur Deum quieuiſſe die ſeptimo à nouis rerum generibus, & ſpeciebus condendis quæ in operibus primis extiterunt, ut dictum eſt, & dicitur aſſiduæ operari conſeruando, & adminiſtrando creaturam conditam. Ad auctoritatem uero quam adducebat Origenes ſu-

per Eccleſ. 18. Qui uiuit in æternum &c. Reſpondet Alb. libro. de quatuor coæuis quod intelligitur quantum ad ſcientiam Dei omnia ſimul appræhendentis. Vel quantum ad quatuor coæua ſimul creata, ſcilicet Natura angelica. Cælũ empyreũ, Tempus, & Materia quatuor elementorum in quibus omnia erant, ut dictum eſt. Ad illud poſtremo quod dicebat Origenes naturam hanc corporalem fuiſſe in pœnam ſpiritualis creatam. Reſpondet Augu. 11. de ciui. dei. c. Quod nihil ſtultius dici quàm iſtum ſolem, cæteraque corporalia non decore pulchritudinis, uel ſalute rerum corporalium, ſed in pœnam animarum peccantium dicere Deum creaſſe.

ADDITIO.

Originem animæ, & cur Deus dederit Spiritum temptatorem, oſtendit Lactantius Firmi. in fine, ad Demetrianum, & quod animę non ſint ſimul cum Angelis ab initio creatæ affirmant D. Athanaſius, Alex. De uariis quæſtion. Ioan Chriſoſt. ſuper Ioan. Beda ſuper Geneſim, Quibus etiam conſentiunt B. Gregorius dicens, credimus, non omnia ſimul eſſe facta. Auguſt. 3. ſuper Geneſim ad lit. aſtruens Angelos fuiſſe creatos in ſuperiori parte aeris, deinde cœlo immiſſos, ſicut & Adam extra paradiſum uoluptatis fuit plaſmatus, deinde in illum inductus. Et D. Hiero. damnat Origenem, ad Pammachium ſcribens.

QVAESTIO TERTIA.

Anima an traducatur de nouo ex ſemine ſimul cum corpus humanum ſeminatur, ut dixit Cyrillus.

QVAERITVR, Si animæ traducantur de nouo ex ſemine ſimul cum corpus humanum ſeminatur, ut dicit Cyrillus? Ad quam dixerunt cum Cyrillo aliqui quod animæ non creantur de nouo a Deo, & ſucceſſiuè ſed magis

traduntur per uiam ſeminalem & fiunt ex traduce cum corpus ſeminatur a parentibus, ita quod ſicut corpus filii eſt ex corpore patris, ita anima filii ſit ex anima patris. Et hoc probare nitebantur per illud. Deut. 12. Caue ne ſanguinem comedas. Sanguis enim eorum pro anima eſt, unde & quidam philoſophi, & medici dicunt quod anima ſit in ſanguine, & quod ſanguis ſit ſedes eius, ſed ſanguis eſt ex traduce, igitur, & anima. Item quod egreditur de fæmore hominis cauſatur ex ſemine: Sed dicitur, Gen. 46. cap. Quod de fęmore Iacob egreſſę ſunt. 66. animę, ergo. Item tertio ſic, iubemur reuerentiam præſtare parentibus ratione eſſe quod ab eis habemus. Sed eſſe eſt ab anima, ergo anima fluit cum ſemine ex traduce, & ex parentibus. Sed in contrarium eſt textus. Auguſt. lib. quęſtionum noui, & ueteris teſtamenti, & ponitur tranſſumptiue in Decretis. 1. q. ca. Moyſes. Probatur etiam hæc ueritas primo rationibus. Quia omnis forma quæ educitur in eſſe per tranſmutationem materię, & ſeminis deciſionem, eſt forma educta de potentia materiæ. Hoc enim eſt materiam tranſmutari, ſcilicet de potentia ad actũ reduci. Anima autẽ non põt educi de potentia materiæ ergo nec per tranſmutationẽ poteſt produci. Minor declaratur, Quia nulla uirtus actiua agit ultra ſuum genus, ſed conſtat, quod anima tranſcendit omne genus corporis, cum habeat operationem ſupra omnia corpora eleuatam quæ eſt intelligere, Ergo nulla uirtus corporea poteſt producere animam intellectiuam. Secundo patet hoc idem ſic, Quoruncunque principiorum operationes non poſſunt eſſe ſine corpore: nec initium eorum põt eſſe ſine corpore. Nam ſicut res habet eſſe. ita operatur, & e conuerſo, quoruncunque principiorum operationes ſunt ſine corpore, eorum generatio non eſt per generationem corporis. Operatio autem animæ nutritiuæ, & ſenſitiuæ non poteſt eſſe ſine corpore, ergo eſſe incipiunt per ſeminis traductionem, operatio autem

animæ

animæ intellectiuę cum nō fiat per organum corpo reum (ut dictū eſt) ſequitur quod non eſſe incipiat per ſeminis traductionē ergo aliter producitur. Præterea actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito tertio de anima. Anima autem eſt actus corporis phyſici organici in potentia uitam habentis, ut patet ſecundo eiuſdem, ergo corpus antequam ab anima uitam recipiat oportet eſſe diſpoſitum organizatum, & complexionatum. Nam oportet quod anima prius habeat domum ad habitandum, quam creetur. Aliter enim habitaret in ſicco (ut dicitur in glo. decreti ubi ſupra. Secundo probatur ex ordine quem tenuit Deus in formatione Adæ in cuius creatione prius formauit corpus, poſtea inſpirauit animam. Gen. 2. Probatur, & tertio inconuenienti. Nā ſequeretur, quod ſicut multa corpora pereunt, cum quandoque ſemen defluxum non proficiat natiuitati unde nec naſcitur homo. Ita etiam cum corporibus multæ animæ perirent, quod eſt inconueniens, cum animæ ſint immortales, Ergo reſtat dicere, quod anima, organizato corpore, creetur a Deo. Et ideo uult capitulum Sicuti. 37. q. 2. Quod fœtus ſi ante infuſionem animæ extinguatur, non committatur homicidium. Quia tunc non poteſt dici, quod ſit natus homo, ſed debet reus mulctari pecunia. Si autem fœtus ſit animatus anima rationali, debet reus capite plecti, ut dicit capitulum Moyſes, cauſa ubi ſupra. Magiſter etiam ſen. in 2. diſt. 28. De hoc ſic dici t. Catholica eccleſia nec ſimul, nec ex traduce factas eſſe animas docet. Sed in corporibus per coitum ſeminatis atque formatis infundi atque infundendo creari, Ad argumenta autem in oppoſitum. Ad primum dicitur ꝙ ſanguis non eſt anima, ſed inter alios humores diſponit plurimum ad unionem, & conſeruationem animæ cū corpore. Nam ut dicit Albertus ex humore ſanguinis generatur ſpiritus, quibus uirtutes animæ deferuntur ad organa potentiarum. Vnde, & illud quod dicūt quidam phyſici, & medici ꝙ anima ſit in ſanguine. &c.

Nõ eſt ſic accipiendum, ꝙ ſanguis ſit res animata, uel quod anima principaliter coexiſtat ſanguini, uel ꝙ nul libi ſit in corpore, ubi non ſit ſanguis, nam oſſa, & ner ui ſanguinem non habent quorum anima eſt forma ſubſtantialis, facta etiam ſupernaturaliter ſubitanea totius ſanguinis ablatione a corpore ſine læſione com plexionis membrorũ adhuc uideretur ibi anima poſſe eſſe, poſſentq; ſpiritus uitales, & animales aliquanto tempore ſufficere ad operationes ſuas, remoto toto ſã guine a corpore, & ẽt ante primum inſtans productio nis animæ in embrione ibi non fuit ſanguis, nec in il lo inſtanti potuit generari, ſed aliquantum tempus adhuc requirebatur, igitur anima eſt, apta nata eſſe in corpore, ſine ſanguine. Dictum ergo illud philoſopho rum. 3. de partibus animalium c. 3. & Auer. ibi in cap. de corde, ꝙ ſanguis ſit ſedes animæ, uidetur intelligen dum ex eo ꝙ ad diſpoſitionem ſanguinis, ſequitur di ſpoſitio operationum uitalium, ita quod ſi deficiat ſan guis, operationes deficiunt, ſi ſanguis ſit optime diſpo ſitus operationes erunt ualidiſſime, ſi autem corru ptus infectus, aut aliter male qualificatus ſit opera tiones uitales impediuntur, & deficiunt. Et cauſa huius eſt, quia inſtrumenta animæ, quæ ſunt ſpi ritus uitales, & animales, quibus pro exercendis operationibus uitalibus anima corpore indiget, & ſine quibus non eſt apta nata illas facere, orginali ter generantur ex ſanguine ſublimato concurrente quodammodo ſubſtantia aeris propterea ſanguis cor ruptus, uel ueneno infectus crudus, ſeu indige ſtus, non eſt aptus ad generationem ſpiritum ui talium, & animalium in epate, aut in corde, nec per conſequens eſt aptus ad operationes eorum unde neceſſe quandoque eſt, ex toto propter hoc defi ciat compoſitum. Ad ſecundum dicendum, (ut dicit Thom.) prima parte. q. centeſima decima octaua arti culo ſecundo, quod in auctoritate illa ponitur pars pro toto, ideſt anima pro corpore per figuram ſyno dochen.

dochen. Ad tertium dicitur, quod parentes non dant eſſe rationale, quaſi per defluxum, ſed diſponunt corpus in matrice ultima diſpoſitione, ad quam ſequitur de neceſſitate anima rationalis.

ADDITIO.

Poteſt multis ſcripturarum teſtimoniis probari, quod anima rationalis, immediate creatur a Deo, & creando materiæ præparatæ infundi, nec educi de potentia materię, nec produci de ſubſtantia Dei, nec effectiue ab intelligentia, ſed eſſe a ſolo Deo. Iſai. 27. Omne flatum ego feci. Gen. 1. Inſpirauit in eum ſpiraculum uitę. Pſal. 32. Qui finxit ſigillatim corda eorum, & dicens illud, Gen. 2. Hoc os de oſſibus meis, uidetur, quod quędam animę rationales, non ſunt de anima primi hominis, ſed caro de carne. Ita ſentit D. Auguſt. De anima, & eius origine ad Renatum. cap. 4. Item in libro de duabus animabus concordant in hoc D. Thomas compend. Theol. opuſc. 3. cap. 93. Contra Gentiles, cap. 86. Paulus Corteſius in 2. diſt. 5. Biel in 2. diſtin. 17. quęſt. 1. Et Scotus idem affirmat in 2. diſtin. 17. quęſt. 1. Impugnatque errorem Manichęorum, & Origeniſtarum. In quem errorem incidit etiam Tertullianus.

QVAESTIO QVARTA.

An quas dicimus animas, animæ ſint, uel potius Dæmones, Spiritus apoſtatæ, incluſi corporibus, ut ibi purgentur.

QVAERITVR, Si quas dicimus animas nõ ſint animæ ſed dęmones ſpiritus apoſtatę incluſi corporibus, ut ibi purgentur, ut dicit Cyrillus? Ad quam aliqui ſimpliciter dixerunt ꝙ quas nos dicimus in corporib. humanis animas

non

non ſunt animæ; ſed ſpiritus reprobi, & angeli apoſtatæ, ideſt dæmones in corporibus humanis incluſi, ut ibi purgentur, & dilabi dicuntur de corpore in corpus, ut ſi eos in uno corpore non pœnituiſſent, nec fuiſſent purgati pœniteret, & purgarentur in alio. Sed hæc opinio ridiculoſa eſt, & tripliciter errat. Primo quia ponit per pœnitentiam dæmones ſaluandos. Contra quod dicitur Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Secundo quia ponit non eſſe animas, contra illud Mat. 11. In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Tertio quia dicit dęmones includi in omnibus corporibus humanis quod dicere eſt inſipientis. Concedere enim dæmones habitare, ubi habitat ſpirituſſanctus, ſtultum eſt. Sed ſpirituſſanctus habitat in mentibus & humanis corporibus ſecundum illud primo Cor. 14. An neſcitis quia membra ueſtra templum ſunt ſpirituſſancti ergo opinio iſtorum, falſa, & hæretica eſt, & meritò reprobanda.

ADDITIO.

De hoc errore, plurimum admiratur Auguſtinus Platonicos impugnans, putantes animas hominum Dæmones eſſe poſt corpora, uid. Augu. lib. 9. de ciui. Dei cap. 11.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum animæ, organizato corpore ſucceſſiuè ſimul creando, & infundendo ex nihilo creentur a Deo.

DVBITATVR, Si animę organizato corpore ſucceſſiuè ſimul creando, & infundendo ex nihilo creentur a Deo? Ad quam reſpondendo ponentur unum notabile & duę concluſiones. Notabile autem eſt, quod in matricè ſiue embrione, per actionem agentium, ideſt parentum diſponi-

tur materia, & corpus ad ſuſceptionem animæ rationalis cum tota materia corporalis agat, ut inſtrumentum uirtutis ſpiritualis, & præcipue ipſius Dei, & ſic homo diſponendo, dicitur generare ſibi ſimile. Deinde ſit hæc prima concluſio. Anima intellectiua ex nihilo creatur a Deo, & probatur, nam cum triplex ſit agens, ſcilicet artificiale, naturale, & ſupernaturale. Actioni agentis artificialis de neceſſitate ſubſternitur ens in actu. Actioni autem agentis naturalis, ſubiicitur ens in potentia, ideſt materia. Actioni uero agentis ſupernaturalis, de neceſſitate nihil ſubiicitur. Cum igitur anima a tali agente creetur, ergo nulla præiacente materia, ſed ex nihilo Deus eam creat. Secunda concluſio Deus organizato corpore, actione parentum animam infundit in corpore, & infundendo creat, & quidem in corpore maris poſt quadraginta dies communiter a conceptione prima. In corpore, uero ſemellæ per octoginta. Rationem autem diuerſitatis in maſculo & fœmina de infuſione animæ rationalis aſſignat Plin. & dominus Dominicus Tholoſanus, poſt philoſophos ſuper Leuiticum. 12. cap. Nam fœtus maſculinus concipitur ex ſemine calido in dextera parte matricis quæ eſt calida. Fœtus autem fœmineus ex ſemine frigido in ſiniſtra parte matricis. Frigidum autem tardum eſt, & pigrum in operatione ſua. Calidum uero uelox, & ideo uirtus formatiua in uno ſemine uelocius, & citius membra organizat, & format quam in alio. Probat hanc concluſionem Aug. lib. de eccleſiaſticis dogmatibus, ſic inquiens. Animas hominum non eſſe ab initio creatas inter cæteras intelligentias, nec ſimul omnes creatas (ſicut Origenes finxit) dicimus nec cum corporibus ſeminari per coitum ſicut Luciferiani, & Cyrillus, & quidam latinorum præſumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam ſeminari. Creationem uero animæ creatorem ſolum noſcere eiuſque corpus coagulari in uulua & compingi atque formari, & formato corpore animam creari,

ri,& infundi ut uiuat. Vltimo, homo ex anima conſtãs & corpore naſcitur, & egreditur uiuus ex utero plenus humana ſubſtantia. Hæc ille.

ADDITIO.

Hanc quæſtionem tangit D. Aug. lib. 7. De gene. ad literam affirmans animam eſſe ex nihilo, & reuera nõ eſt producta ex aliqua materia. Eſt enim anima rationalis forma ſubſiſtens, cui per ſe fieri competit, & eſſe, non autem poteſt fieri ex materia præiacente, neque corporali, quia ſic eſſet naturæ corporeæ, neque ſpirituali, quia ſic, ſpirituales ſubſtantiæ inuicem tranſmutarentur. Vnde neceſſe eſt dicere, quod non fiat niſi per creationem ergo, & ex nihilo, ut omnes Theologi concludunt.

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum Deus rationabiliter agat cooperans in animabus coitus illiciti.

SI DEVS rationabiliter agat cooperans in animabus coitus illiciti. Ad quam ſic falsè arguunt aliqui. Si Deus de foris infudit animas (ut dictum eſt, & adducit philoſophus in lib. de generatione animalium.) Deus cooperabitur in adulteriis, de quorum illicito coitu proles interdum generantur. Ad hoc dicitur ſecundum Tho. 1. part. q. 118. ar. 2. ad ultimum ꝙ in actione adulterorum illud quod eſt naturę, bonum eſt, & huic cooperatur Deus. Quod uero eſt inordinatæ uoluptatis, malum eſt, & huic Deus non coopèratur. Hæc Tho. prima parte, & Dominus Ioannes de Turrecremata Cardinalis S. Sixti ord. præd. ſuper decretum.

ADDITIO.

Docet Aug. Deum nullorum uitiorum offenſione

uituperandum, ſed omnium naturarum conſideratione laudandum lib. 12. de ciuit. Dei, ca. 5. Et lib. contra Adimantum Manichęi diſcipulum, nam & ſi uideatur cooperari ad actum, non tamen ad deformitatē actus. Huc pertinet quod Sanctus Bonauent. in 4. diſt. 31. dicit. Quod malum, poteſt iungi bono, dupliciter, aut ut corruptibili, aut inquantum medicinali. Primo modo malum fœdat bonum, Secundo modo ſic curatur, & expellitur. Exemplum. Morbus iunctus naturæ eam uitiat, & infirmat, morbus uerò iunctus medicinæ, non reddit medicinam morbidam, ſed potius curatur ab ipſa. Et quoniam matrimonium eſt bonum medicinale, ideo non fœdatur a malo, ſed potius curat malum, & ſic intelligitur Magiſt. diſt. 31. in 4. cum ait, ſi concubitus, qui fit cauſa prolis, culpa caret.

QVAESTIO SEPTIMA.

Cur Deus, creauit, & creat animas, quas nouit damnandas, & Angelos quos nouerat lapſuros.

QVAERITVR quare Deus creat animas quas nouit damnandas, & angelos quos nouerat lapſuros. Ad quam reſpondent primò theologi dicentes, quòd quia Dei præſcientia animabus rationalibus creandis aut creatis neceſſitatem reſpectu operum ſuorum ad utrumlibet non imponit, ſed magis relinquit eas in manu conſilii, & arbitrii ſui. Ideo licet pręſciuiſſet Deus animas forę damnandas, uoluit nihilominus eas creare, quia ſciebat etiam eas libere acturas, quecunque agerent. Pro quo ſciendum eſt quòd Deus pręſcit quædam eſſe futura neceſſitate, ideſt ex cauſa neceſſaria ſicut ſolem oriri cras. Quędam uero ex libera uoluntate, ut hunc currere, uel aliquid operari. Sol ergo neceſſariò orietur, quia ſic Deus præſciuit, & ordinauit, & homo uoluntarie operabitur, quia ſic Deus pręſciuit & pręuidit. Illa ergo quę ſunt a cauſa neceſſario operante

rante, neceſſaria ſunt de neceſſitate, quæ uero cauſa liberè operante, uentura ſunt liberè, quia Deus ſic euenire inſtituit & præſciuit. Veruntamen quoniam intellectus diuinus ab æterno cognoſcit unumquodque contingentium, non ſolum prout eſt in cauſis ſuis, ſed etiam prout eſt in eſſe ſuo determinato, quod ſcilicet habet, quando eſt in rerum natura, & tunc res certitudinaliter cognoſcitur, quando cognoſcitur ſecundum quòd eſt actu, ut patet in eo qui uidet ſortem currere actu. Ideo ab æterno intellectus diuinus certitudinaliter, & indefectibiliter cognoſcit unumquodque futurum, ſed propterea contingentibus & liberis actibus neceſſitatem non imponit, ſicut etiam ſi aliquis uideat aliquem facere rotam, neceſſario ſequitur quod ille faciat rotam, nec tamen uiſus iſtius eſt cauſa, quòd ille faciat rotam. Sic etiam præuidet Deus iſtius mala opera, nec tamen eſt cauſa quare ipſe mala operetur. SECVNDO reſpondet ad hanc petitionem, & ſimiliter ad illam de angelis malis Auguſtinus undecimo libro ſuper Gen. dicens. Talia quærentibus reſpondeo, altitudinem conſilii Dei ego penetrare non poſſum, & longe ſuper uires meas negocium hoc eſſe profiteor, melioribus ſanctioribusque aperiendum reſeruatum. Veruntamen quia nos concedimus meliorem naturam rationalem, quæ omnino peccare nolit. Concedant ergo talia quærentes non eſſe malam creaturam quæ ſic facta eſt, ut poſſit non peccare, ſi uelit. Sicut ergo ratio uera docet meliorem eſſe naturam, quam prorſus nullum delectat illicitum? Ita ratio docet etiam bonam eſſe quæ habet in poteſtate illicita cohibere. Ita ut non ſolum de bonis recteque factis gaudeat, uerum etiam de prauorum uitatione lætetur. Cum ergo talis natura eſſet bona: illa uero in ſe melior: cur illam, ſolam, & non potius utramque faceret dominus Deus? Illa quidem iam eſt in ſanctis angelis, hæc in ſanctis hominibus. Qui etiam ab initio partes iniquitatis potius elegerunt num ideo quia præſciti erant creari

non debuerunt. Quia habuerunt etiam mali locum ſuum in rebus, tum pro decore uniuerſi, tum pro utilitate ſanctorum, cum ergo iuſti per iniuſtos, & pii per impios proficiunt, cur Deus ſapientiſſimus non creaſſet, quos etiam præſciebat malos futuros? cur non feciſſet, quos tam multipliciter ſciebat bonis profuturos, & utiles pro uoluntatibus bonorum excitandis, & exercendis, atque pro ſua peruerſa uoluntate ad declarationem iuſtitiæ puniendis? hæc ille. Rationabiliter ergo ſicut fecit Deus hominem rectum, relinquens eum in manu arbitrii ſui, proponens ei præcepta, & aquam & ignem: ut dicitur Eccleſi. 15. Vt apponeret manus ad quod uellet: Ita ſuo modo ab initio omnes angelos fecit rectos: & dedit eis ſcientiam, & uirtutem ſufficientem ad ſtandum in rectitudine iuſtitiæ: & dimiſit eos in libertate reſpectu boni, & mali, arbitrii eorum: & decreuit concurrere cum eorum uoluntatibus ad omnem actum bonum, uel malum, quem elicitiuè producere uellent: & hoc quoad actuum entitatem: & non quo ad eorum deformitatem, ita quòd ſi ſua libertate declinarent in partem iniuſtitiæ: in ipſorum pœnis diuina manifeſtaretur iuſtitia. Si uero mallent ſtare in rectitudine largitas diuinæ miſericordiæ in collatione excellentiſſimæ fœlicitatis demonſtraretur. Hæc Henricus de Haſſia. Quoniam uero (teſte Plinio) maiore. Benignum eſt & plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris. Notabo propterea nonnunquam in calcibus & pedibus quæſtionum doctores & loca ex quibus elicitiuè quę ſcribo emunxerim & elicuerim.

ADDITIO.

Videto Magiſtrum ſententiarum in 2. diſt. 23. Augu. 9. de ciui. cap. 30. Enchiridion ad Laurentium.

Secundum

Secundum caput primæ Decadis, decem quæſtiones continens, de immortalitate animæ rationalis.

QVAESTIO PRIMA.

An anima rationalis, ſit immortalis, & incorruptibilis.

QVAERITVR, Si animæ rationales ſint immortales & incorruptibiles. Ad quam uidetur primo reſpondendum negatiue. Nam primo Salomon dicit Eccle. 3. Vnus eſt interitus hominum, & iumentorum, & æqua utriuſque conditio: ſed illa ſimul corpore & anima intereunt, ergo. Item primo cœli dicit philoſophus. Illud quod non ſemper fuit, impoſſibile eſt habere uirtutem ſemper eſſendi: ſed anima non ſemper fuit: ergo &cęt. Item quorum eſt unum eſſe, non poteſt alterum corrumpi, quin & alterum corrumpatur, ſed corporis & animæ, ſicut materiæ, & formæ in compoſito eſt unum eſſe, ergo. Item Alexander græcus (ut recitat Commẽtator. 3. de anima, & Albertus in libro de origine animæ) dixit, animam rationalem eſſe generabilem, & corruptibilem more aliarum formarum naturalium, per nobiliſſimam mixtionem qualitatum primarum & diſſolutionem eiuſdem mixtionis. Item Plin. lib. 7. ca. 55. Naturalis hiſtoriæ dicit de animabus facilius certiuſque eſt ſibi quemquam credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento. Sed contrarium eſt Ariſt. 12. meth. ubi dicit. Omnis forma corrumpitur, corrupto eo cuius eſt forma, præter animam intellectiuam. Et 1. de anima dicit. Intellectus uidetur ſubſtantia quædam eſſe, & non corrumpi, & Dyon. 4. cap. de diuinis nominibus dicit: animæ humanę habent ex bonitate diuina, quòd ſint intellectuales, & quòd habeant ſubſtantialem uitam & in con

ſumptibilem. Pro ſolutione huius petitionis relictis theologis qui in hac parte poſſent eſſe ſuſpecti, probabitur animarum immortalitas rationibus naturalib. auctoritatibus gentilium,& exemplis. Primo ſic. Omne illud quod eſt alienum ab omni materia & corruptione corporali, eſt immortale & ſempiternum. Sed omnis anima rationalis eſt huiuſmodi,ergo omnis anima rationalis eſt immortalis. Argumentum eſt in primo primę.Maiorē uerbo probat philoſophus.7.meth. ubi oſtendit rerum corruptionem eſſe participatione materiæ,dicens. Materia eſt per quam res poteſt eſſe,& non eſſe,ideſt corrumpi & non corrumpi. Et 1.phy.dicit. Materia eſt primum ſubiectum unicuique entium ex quo fit aliquid cum inſit. Propter hoc philoſophus primo de cœlo concludit cœlum eſſe incorruptibile, quia nec materiam habet, nec ſubiectum ex quo fiat. Hinc Auer.1.phy. dicit. Ex hoc declarabitur quòd corpora cęleſtia omnino non habeant materiam,quia tūc eſſent generabilia & corruptibilia. Nihil enim eſt aliud cauſa generationis & corruptionis, quam materia prima, propter non eſſe incluſum in ſubſtantia eius, Minorem uero probat Anaxagoras dicens: animam eſſe immortalem, immixtam, impaſſibilem, ſcilicet paſſione corruptiua, non perfectiua. Hæc ratio eſt Sco. in 4. ſententia. Secundo hoc idem probat ſic. Nulla forma corrumpitur niſi uel actione contrarii uel corruptione ſui ſubiecti, uel propter defectum ſuæ cauſæ. Per actionem quidem contrarii ſicut calor deſtruitur per actionem frigidi. Per corruptionem ſui ſubiecti, ſicut deſtructo oculo, deſtruitur eius uiſus, uel uirtus uiſiua. Per defectum autem cauſæ, ſicut lumen in aere deficit, deficiente ſolis pręſentia, quę erat eius cauſa. Sed anima corrumpi non poteſt a corruptione contrarii, quia ei non eſt aliquid contrarium, cum per intellectum poſſibilem ſit ipſa omnium contrariorum ſuſceptiua, nec per corruptionem ſui ſubiecti, cum anima humana ſit forma non dependens ſe-

cundum eſſe a corpore. Sed nec propter defectum ſuæ cauſæ, quia cauſam non habet niſi ęternam cum a ſolo Deo creetur, ut probatum eſt, ergo anima intellectiua nullo modo poteſt corrumpi corrupto corpore. hęc Tho.2. contra genti.c.78. Tertio ſic philoſophus 1.& 5.phy.dic.oēm tranſmutationem & alterationem eſſe inter terminos cōtrarios unde dic.in 1.phy. Omnes igitur principia contraria faciunt &c. Tunc ſic. Si naturaliter anima ueniret ad non eſſe per eſſentiam, eſſet alterabilis; cum alteratio ſit præuia corruptioni. Sed ipſa non eſt alterabilis, cum qualitates contrariæ inter quas eſt alteratio, ſint accidentia inſeparabilia materiæ primæ, & corporum elementatorum. Vnde & commen.2.phy. commento.15. nominat has qualitates eſſentialia accidentia materiæ, a qua materia anima eſt omnino aliena ut probauit prima ratio: ergo idem quod ſupra. Item quarto ſic. Ariſto.1.& 2. de cœlo. & 3.de anima dicit. Quod Deus & natura nihil agunt fruſtra. Et in 2.phy. dicitur. Vanum eſſe cum non fiat Cū igitur ſint duæ potentiæ noſtræ uniuerſales, ſcilicet intellectus & uoluntas, productę ad conſequendum primum uerum & ſummum bonum, & hic non acquirantur, ut experientia monſtrat, quia quod eſt temporale, uere beatum & fęlicem facere non poteſt, ergo neceſſarium erit, aut quod iſtę potentiæ ſint fruſtra, aut quod ſit dabilis alia uita, in qua conſequamur obiecta noſtra, quod eſt impoſſibile, ſi poſt hanc uitā immortales non remanerent animæ. Quinto ſic, conditiones recipientis & recepti, debent proportionari, ſed uniuerſalia quæ recipiuntur in anima ſunt immortalia & incorruptibilia, primo poſter. ergo etiam anima intellectiua. Sexto idem probatur ſic, quia ſi anima eſſet materialis non eſſet intellectus reflexiuus ſupra ſe, nec uniuerſalium cognoſcitiuus. Quod ſi dicatur quod licet per ſe anima non corrumpitur, cum non habeat materiam, corrupitur tamen per accidens, ad corruptionem corporis ſubiecti propinqui; ſicut alia acci-

dentia & formę ſubſtantiales ſiue naturales. Ad hoc dicit quod illud dicitur per accidens corrumpi ad corruptionem alterius, quod non poteſt eſſe ſine illo: & a quo dependet quantum ad eſſe & conſeruari; ut patet de accidentibus & formis naturalibus. Nunc autem anima rationalis, poteſt eſſe ſine corpore: cum ſeparetur a corpore tanquam perpetuum a corruptibili. 3. de anima, & ſola inter formas naturales ſit forma & ſubſtantia, & maiorem dependentiam habeat corpus ab anima, quam econuerſo: cum anima corpori comparetur, ut cauſa formalis, efficiens, & finalis. 2. de anima. Nunc ponendę ſunt auctoritates philoſophorum & gentilium. Et primo, Platon. de quo ſic dicit Auguſt. 9. de ciuit. dei. cap. 9. Plato enim cum de humanis animis ageret, inquit. Ipſe miſericos Deus mortalia illis uincula faciebat. Ita ergo hoc ipſum quod mortales ſunt homines corpore ad miſericordiam Dei patris pertinere arbitratus eſt, nec ſemp huius uitę miſeria tenerentur. Et Lactantius. 3 lib. inſtitutionum. Multi (inquit) philoſophorum librum de immortalitate, quem Plato ſcripſit, legentes, ſe propriis manibus necauerunt, tanquam poſt mortem in cœlum migraturi eſſent. Et Ariſt. 3. de anima dicit de intellectu agente, & paſſiua potentia: quę eſt intellectus poſſibilis: nihil adhuc manifeſtum eſt. ſed uidetur genus alterum animę, propter ſui incorporeitatem, & hoc ſupra genus intellectiuorum; contingere ſeparari uidetur ab aliis potentiis tanquam perpetuum a corruptibili... Item 1. de anima inquit intelligere, & conſiderare corrumpuntur, interiori quodam ſcilicet fantaſmate corrupto. Ipſum autem intellectum impoſſibile eſt corrumpi. Et ſubdit, intellectus autem eſt quid diuinum & impaſſibile, ſcilicet paſſione corruptiua. Et commen. ſuper 3. de anima commento. 22. dicit, Patet ex uerbis Ariſto. quod aliquæ partes animę non ſunt abſtractę a ſubiecto; immo generantur & corrumpuntur, eo corrupto. Intellectus autem eſt abſtractus a ſub-

iecto & non generatur, nec corrumpitur cum illo. Vnde intelligentiæ cœli ſimpliciter ſunt abſtractæ a corpore, quia nec informant corpus, nec corpori inhærent, formę uero eductę de potentia materiæ ſunt corpori ſimpliciter coniunctæ, ſcilicet per inhærentiam, & per informationem; & ideo corruptibiles ſunt. Anima uero intellectiua, medio modo ſe habet; quia aliquo modo coniungitur corpori, ſcilicet per informationem, & aliquo modo abſtrahitur ab illo, ſcilicet per inhærentiam, & hæc eſt bona philoſophia. Quid uult ergo dicere philoſophus. Separatur hoc ab hoc tanquam perpetuum a corruptibili, niſi quod anima corrupto corpore, remanet incorruptibilis. Item Auic. 9. metha. c. 7. dicit. Lex noſtra quam tradit mahumeus oſtendit perfectionem fœlicitatis & miſeriæ, quæ ſunt ſecundum corpus. Sed eſt alia promiſſio, quæ apprehenditur intellectu, quę erit in coniunctione primæ & ſummę ueritatis. Et Algazel in ſuo trac. de naturalibus dicit. Cum anima ſeparata fuerit a corpore, durabit eius cohærentia cum intelligentia agente, & delectabitur delectatione, cuius eſſe explicari non poteſt. Et Alber. magnus ſuper 1. de anima differens aduerſus eos qui animam ponebant corruptibilem, ſic inquit. Sed id quod uidetur hanc dubitationem deſtruere, eſt quod ab antiquo Trimegiſto: & nunc a diuinis & incantatoribus aſſeritur, quòd ſcilicet ſpiritus quos angelos aut demones uocant, & animæ exutę a corporibus ſuis, mouentur de loco ad locum. Cuius ueritatem & nos experti ſumus in magicis. Et Cicero de ſomno Scipionis, & Sexto de republica introducit maiorem Scipionem minorem alloquentem dicentemque. Sed quo ſis Affricane alacrior ad tutandā rempublicam; ſic habeto, omnibus qui patriam conſeruauerint, aut auxerint: certum eſſe in cœlo & definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruuntur. Et in libro de ſenectute introducit Socratem apud Platonem dicentem. Quid multa? ſic mihi perſuadeo, ſic

ſentio. Cum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria prætéritorum, futurorum prudentia. Tot artes, tantæ ſcientiæ, tot inuenta, nō poſſe eam naturam quæ res eas continet eſſe mortalem. Et in fine de ſenectute inquit. E uita ita diſcendo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuerſorium nobis non habitandi dedit. O præclarum diem cum in illud animorum concilium cętumq; proficiſcar, & cum ex hac turba & colluuione diſcedam. Proficiſcar enim non ad eos ſolum uiros de quibus ante dixi, ſed etiam ad Catonem meum, quo nemo melior uir natus eſt, nemo præſtantior. Cuius a me corpus crematum eſt, quod contra decuit ab illo meum. Et Cirus maior moriēs, dicit filiis apud Xenop. ut patet. ubi ſupra. Nolite arbitrari mihi cariſſimi filii mecū a uobis diſceſſero, nunquam aut nullum fore. Nec enim dum eram uobiſcum animum meum uidebatis. Sed cum eſſem in hoc corpore, ex his rebus quas gerebam intelligebatis. Eundem igitur eſſe creditote & ſi nullum uidebitis. Nec uero clarorum uirorum poſt mortem honores permanerent, ſi nihil eorū ipſorum animi efficerent, quo diutius memoriam ſui teneremus. Mihi nunquam perſuaderi potuit. Animos dum in corporibus eſſent mortalibus uiuere, dum exiiſſent ex his emori. Hero. li. 5. inquit. Thraces uerum circa natalia ſuorum atq; obitus hoc factitant, edito puero, propinqui eum circumſedentes comploratione proſequuntur, recenſentes quaſcunq; neceſſe eſt illi ꝙ uitā ingreſſus, ſit perpeti humanas calamitates, hominem fato functum per luſum, atq; lætitiam terræ demandant, referentes ꝙ malis liberatus, in omni ſit fœlicitate. Idem ponit Valer. lib. 2. Ru. 1. Item Saluſtius in Catilinario inducit Catonem, & Ceſarem loquentes de pœnis animarum ſeparatarum. Et Valerius lib. 2. Rubr. 1. inquit. Immortalitatem animorum mos gallorum approbat, qui pecunias mutuatas apud inferos ſe recepturos ſperant. Et Virgilius in ſexto Eneidos

dos dicit animam poſt ſeparationem ſubiectam iuſtitiæ, & prout in uita geſſit, ſic poſt deceſſum recepturam dicens.

Ergo exercentur pœnis ueterumq; malorum.
Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes.
Suſpenſæ ad uentos, aliæ ſub gurgite uaſto.
Infectum eluitur ſcelus aut exuritur igni.
Quiſque ſuos patimur manes, exinde per amplum,
Mittimur eliſium, & pauci læta arua tenemus.

Et Ouid. ponit animorum immortalitatē maxime in nono methamorphoſeos, quando excellētes uiros ponit deificatos. Et cum ibidem introducit mortē Herculis & Iouem ſic dixiſſe.

Nec niſi materna Vulcanum parte nepotum,
Sentiet, æternum eſt a me quod traxit & expers,
Atque immune necis nullaque domabile flamma.

Et Sene. 1. tragedia introducit Theſeum redeuntem de inferno & Amphitrionem alloquentem, dicentemq; Quiſquis eſt placide potens dominusq; uitæ, ſeruet. innocuas manus & incruentum Ditis ipſe regat Animæq; parcat longa pmenſus diu fęlices qui ſpacia, uel cœlum petit uel læta fęlix nemoris Eliſii loca Certus incluſos tenet locus nocentes. Vtq; fert fama impios ſupplicia undis ſæua perpetuis domit. Et in fine operis dicit. Morte carent animæ. Et Iuuenalis ſatyra ſecunda monet eſſe benefaciendum metu inferorum ubi animę poſt mortem perpetuo cruciabuntur dicens.

Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna,
Et contum & ſtigio ranas in gurgire nigras,
Atq; una tranſire ſimul tot milia cymba,
Nec pueri credunt niſi qui nondum ære lauantur,

Sed tu uera puta. Et concludit infra.

Illuc heu miſeri traducimur, arma quid ultra &c.

Nunc uerò apponamus exempla philoſophorum quorum aliqui credentes animas immortales, ſe ultro necauerunt, quorum aliquos Lactantius lib. 3. c. 15. inſtitutionum adducit dicens. Multi uero ex his qui æternas

nas eſſe animas ſuſpicabantur tanquam in cœlum migraturi eſſent ſibi ipſis manus iniecerunt, ut Cleantes, Eliſippus Zeno & Empedocles, qui ſe in ardentis ethnæ ſpecu intempeſta nocte deiecit ut cum repente apparuiſſe, abiiſſe ad Deos crederetur. Et ex Romanis Cato cum legiſſet Platonis librum qui eſt ſcriptus de æternitate animorum, ad ſummum nephas philoſophi auctoritate compulſus eſt, & Ambrachiades cum eundem librum perlegiſſet altiori loco ſe dedit præcipitem. Et Cleōbrotus ut immortalitatem quam etiam in libris Platonis legerat conſequeretur, ſeipſum impegit in mortem; hæc ibi. Hac expectata & credita immortalitate animorum, ueteres illi magno & excellenti ingenio philoſophi antiquique romani obitus ſuorum, caſuſque naturæ modicè quidem & equo animo admittere ſunt conati. Thelamon enim & Anaxagoras philoſophi cum filios amiſiſſent non amplius lugendum duxerunt. Pericles & Xenophon Socratici alter amiſſis duobus filiis, coronatus in contione diſſeruit. Alter ſacrificans, cum filium audiſſet in bello occiſum; coronam depoſuit, poſtea uero quum illum fortiter in acie dimicantem reperit concidiſſe, coronam quam depoſuerat reaccepit. Et Socrates ſpe immortalitatis adductus nullum ad iudicium capitis quęſiuit patronum, Cumque mortiferum manu teneret poculum, talia uerba emiſit. Non ſe credere moriturũ ſed mortem cum uita commutaturum quiſque iudicaſſet. Et Solonis quidem ſapientis eulogium eſt, quo rogabat uelle ſuam mortem dolore amicorum lamentiſque uacare. Et Ennius ſuis dicere conſueuit. Nemo me lachrymis decoret, neque funera fletu faxit. Nam uolito docta per ora uirum nō eſſe lugendam mortem, quam ſequitur immortalitas. Hinc & ex Romanis Q. maximus filium efferens cōſularem, lachrymas nō emiſit. Et Mar. Por. Cato prætoris deſignati filii mortē ſiccis oculis tulit. Mar. Hoſ. puluillus ædes Iouis in Capitolio dedicans, nuncianti mortem filii nihil aliud ad eum

à propoſito auerſus, quam ut cadauer efferri iuberet. Lucius Paulus.7.diebus inter duorum exequias filiorũ triumphans urbem ingreſſus eſt. Sed quid hominum exempla propono? Cygnus dicatus Apollini, quod ab eo diuinationem habere uideatur, prouidens nihil mali eſſe in morte cum cantu moritur, & uoluptate. In de etiam uolunt quam plurimi, quod idcirco corpora multorum animalium occiſa non timeamus, corpora uero humana mortua formidemus, quia in primis nihil poſt mortem remanet, in corporibus autem humanis lateat, dicunt, neſcio quid numinis. Hinc canoniſtę.24.q.1.c.ſi habens dicunt, Si una anima ſine baptiſmate decorpore exeundo perierit innumerabilium mors corporum huic damno non poteſt comparari. Et Iuriſconſultus. C. de ſacro ſanctis eccleſiis.l. ſancimus nemini licere. & ff.de carboniano edicto.l.1. dicit quòd potius ſit conſulendum animæ, quam corpori, quia ubi maius periculum cautius eſt prouidendum. Sed obſecro pręter ea quę a philoſophis, oratoribus & poetis dicta ſunt, & plura adduci poſſent. unde tanta ab antiquis legum obſeruantia, templorum, ſtatuarumque erectio unde tot funera ſumptuoſa, tot deorum pietates. Certè omnia ex ſola ſperata, immo certisſima animorum immortalitate. Propterea Cicero concludens in de ſomnio Scipionis, animorum immortalitatem dixit; immo uero uiuunt qui è corporum uinculis tanquam è carcere euolauerunt. Noſtrà uero quæ dicitur uita, mors eſt. Nunc adducam ex Herodiano græco carptim quemadmodum Romani ut animorum immortalitatem oſtenderent Imperatorum manes poſt funera inter deos referebant. Mos eſt Romanis (Herodianus inquit,) Imperatores ſic conſecrare, referreque inter deos. Quippe certam imaginem defuncto ſimillimam ueſtibus inſtratam aureis, ſuper lectum eburneum in regię ueſtibulo proponunt. A leua quidem ſenatus omnis ueſtibus atris, amictus. A dextra uero matronę honorabi-

les

les : clareque etiam ueſtibus exilibus indutæ. Poſt uero. 7. dies nobiliſſimi iuuenes & lectiſſimi lectum humeris attollunt; inuectumque per uiam ſacram deferunt in forum : ubi magiſtratus Romani deponere imperium conſueuerunt. Erant circa lectum gradus ad ſcalarum ſimilitudinem ; in quibus altera ex parte puerorum,& fœminarum chorus,hymnos poemataq; lamentabili carmine in defunctum modulabantur. Inde extra urbem in campum martium, lectus deferebatur. Aſſurgebat hic ſuggeſtus quidam, id eſt Pulpitus in tabernaculi forma compactus, materia ingentium lignorum oppletus ad intra fomitibus aridis, auro uero uariiſque picturis extra ornatus Supra hunc pulpitum alter erat minor forma, ſed ornatu per ſimilis. Tertiusque, & quartus ſemper inferiore contractior ac deinceps alter donec ad extremum qui erat omnium breuiſſimus perueniretur. Poſſes eius ædificii formam comparare turribus his quæ imminentes noctu igne prælato naues in tutas ſtationes dirigunt. (pharos uulgus appellant.) Igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, gens omnis & ciuitas aromata, & ſuffimenta omnis generis fructus ; herbas, ſuccos, omnis odoratus conquirunt, atque ſemper aceruatim effundunt. Tum circa ædificium adęquatur ordo uniuerſus ęqueſtris, lege quadam & recurſu motuque pirritico. Demum facem capit imperii ſucceſſor, eam admouet tabernaculo tum cæteri undique ignem ſubiciunt, cunctaq; illico fomitibus illis aridis odoramentisq; referta, igni ualido corripiuntur. Mosque ab extremo minimoque tabernaculo; tanquam e uestigio quodam ſimul cum ſubiecto igne aquila dimittitur, quæ in cœlum creditur ipſam princ.animam deferre. Ac iam ex illo unà cum cęteris numinibus. Imperator colitur.Hæc ille. Nunc ad argumenta reſpondetur, & ad primum dicitur quod Salomon ibi loquitur ex perſona inſipientium & Epicureorum, ut dicit Thomas prima parte quęſtione ſeptuageſima quinta;

Et ſimiliter reſpondetur ad illud Sapientię ſecundo. Dixerunt impii apud ſemetipſos non recte cogitantes; exiguum & cum tedio eſt tempus uitę noſtrę, & non eſt agnitus qui ſit reuerſus ab inferis, quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus quaſi non fuerimus. Ad ſecundum dicitur quòd anima non habet uirtutem ad eſſendum ſemper, id eſt ſine principio, & ſine fine, ſed ſemper id eſt ſine fine tantum habet uirtutem ad eſſendum. Primo modo accipit philoſophus in I. de cœlo. Vnde dicit Scotus in quarto hoc aduerbium, ſemper in prędicato, dicit principium & finem, a parte autem ſubiecti, poſitum; dicit tantum finem. Ad tertium dicendum quòd ſicut Commentator dicit in tertio de anima. Intellectus non eodem modo dicitur forma ſicut aliæ formæ materiales & naturales. Nam anima cum habeat eſſe abſolutum; ut eius operatio oſtendit, non eſt per eſſe compoſiti, ſicut aliæ formæ materiales, quin potius compoſitum eſt per eſſe animæ. Et ideo corrupto corpore, non corrumpitur per accidens anima, ſicut aliæ formæ quę non ſunt niſi per eſſe compoſiti, & propter hoc quando anima ſeparatur à corpore bene deſinit eſſe forma, ſed non deſinit eſſe eſſentia, quod formis naturalibus non conuenit. Ad quartum reſpondet Albertus, ubi ſupra in opponendo dicens, quòd ſolus Alexander Peripateticus ab omnibus Peripateticis degenerauit, dicens, animam rationalem cum corpore interire. Ad quintum ipſius Plinii reſpondetur ipſum tanquam prophanum negando, uel quod dixerit illud recitatiuè, & non aſſertiuè. Ergò cum eccleſia, ultimo concludamus. Cum moritur homo, & diuiditur anima a corpore; reuertitur puluis in terram ſuam; & ſpiritus redit ad Deum qui fecit illum, cuius ſententiam confirmat Lucretius dicens. Cedit idem retro quod fuit ante de terra. Sed quod miſſum eſt ex ſuperis, rurſum cœli fulgentia templa receptant.

Quæſtio

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum corpus humanum corruptum poſſit reſurgere, uiuificari, & idem numero redire.

QVeritur ſi nas hoc fictile corpus humanū animę perfectibile corruptum & incineratum reſurget iterum & reuiuificabitur. Ad quam reſpondendo dicendum eſt, ꝙ multi philoſophi qui immortalitatem animorum poſuerunt, uiuificationem tamen corporum & illorum eandem numero reſurrectionem; ut dicit Auguſt. 12. de ciuit. Dei. c. 4. nullo modo potuerunt credere, munientes ſe rationibus, auctoritatibus, & exemplis. Prima ratio eorum eſt talis. Agens naturale non agit niſi per motum uel mutationem. Motus autem & mutatio interrupta, redire idem numero non poteſt. Nam interruptio motus, & iteratio eius repugnat continuitati, & unitati illius ut patet in eſſe generationis hominis, & eſſe ipſius reſurgentis. Nō ergo terminus eius poteſt redire idem numero. Hanc rationem ponit. Scotus in 4. diſt. 43. Et dominus Egidius Roma. in commento. 5. phyſicorum. ubi ponit Philoſ. exemplum de ſanitate continuata in mane, interrupta in meridie, quam dicit non eſſe eandem numero cum reddita in ueſpere. Item ſecundo ſic. Natura ſemper per formam aliquam operatur; nam principium cuiuſque operationis, eſt aliqua forma primo cœli. Ignis enim agit per calorem, Artifex uero per formam in mente. Sed corruptum amiſit illud quod poterat eſſe principium actionis, ergo non poteſt redire, nec a ſe, cum nihil poſſit ſeipſum generare & educere de potentia ad actum. Nec ab alio, quia ſic genitum eſſet generanti, non ſolum idem ſpecie, ſed idem numero. Hęc ratio eſt ſancti Tho. 4. contra gentiles. Item tertio ſic. Deus non poteſt facere pręterita non fuiſſe pręterita, nam hoc ſolo priuatur Deus; ut dicit Philoſophus. 6. Ethicorum, de mente Agatonis ingenita face

re quæ facta ſunt, ergo non poteſt corpora corrupta & præterita & diſſoluta reſuſcitare, quia faceret non ſolum pręterita non fuiſſe pręterita, ſed ea eſſe præſentia. Nunc idem probatur auctoritatibus, & 1. Eccleſiaſt. 3. dicitur: Vnus eſt interitus hominum & iumentorum, & ęqua utriuſque conditio, ſed iumenta non reſurgent, ergo. Et Iob 14. Homo cum dormierit, non reſurget, donec alteretur cœlum, ſed cœlum nunquam alterabitur cum ſit incorruptibile, ergo. Et philoſophus 8. meth. Negat uinum ex aceto redditum in uinum etiam immediatè eſſe idem, nec numero nec ſpecie. Nam oportet prius reſolutionem fieri ad materiam communem. Et Auic. dicit 3. ſuę meth. quod anihilatum eſt, non reuertitur, ſed formę corporum humanorum ultimo anihilantur, quia nihil de il lis remanet niſi materia prima, ergo. Item in poſt prędicamentis dicitur. A priuatione ad habitum non eſt regreſſus. Quod intelligitur ſecundum Scotum de priuatione ſubſequente formam, non formam pęceden tem. Et Plinius lib. 7. naturalis hiſtorię, cap. 55. dicit. Reſurrectio corporum quędam uanitas eſt. Et commentum de aſſeruandis corporibus hominum ac reuiuiſcendis promiſſum a Democrito, qui non reuixit ipſe, maliqueipſa dementia ſit reiterari uitam mortemque. Hęc ille: Exemplo etiam patet, nam aliquę nationes ueſcuntur carnibus humanis, & ſolum tali nutrimento nutriuntur, ergo hęc caro in eo quem nutriuit, reſurget, & non in comeſto, ergo ſaltim non erit uniuerſalis reſurrectio corporum, ut dicunt Chriſtiani. Hæc Thom. 4. contra Genti. cap. 18. Quod autem aliquæ nationes ueſcantur carnibus humanis, patet per Hierony. contra Iouinianum dicentem. Quid loquar de cęteris nationibus, cum ipſe adoleſcentulus uiderim in Gallia, ſcotos gentem Britanicam, humanis ueſci carnibus. Et cum per ſiluas porcorum gregem, & armentorum pecudumque reperiant, paſtorum nates & fœminarum papillas ſolent abſcindere, & has ſo-

las

las ciborum delicias arbitrari. Et Maſſagetes & Derbiſes miſerrimos putant qui ægrotatione moriuntur, ſed parentes & propinquos cum ad ſenectam uenerint iugulatos deuorant, rectius eſſe dicentes, ut a ſe potius quam a uermibus conſumantur. Hæc ille. Sed in contrarium eſt Innocentius tertius. cap. 1. extra de ſumma trinitate & fide catho. ubi dicit. Omnes cum ſuis propriis reſurgent corporibus, quæ nunc eſtant, ut recipiant omnes ſecundum opera ſua, ſiue bona fuerint ſiue mala. Idem habetur multis aliis locis utriuſque teſtamenti, & in ſacris doctoribus fidelibus. Pro reſponſione ſciendum eſt quòd multi ex antiquis & modernis, ſolo nomine Chriſtiani attendentes principia ſolo philoſophiæ, quæ fundatur in uirtute naturæ, quæ ſemel corrupta ex toto, eadem numero reparare non poteſt, exciderunt a fide. Nam in primis ſcribitur Actu. 17. Prædicante Paulo reſurrectionem Athenis, quidam philoſophi epicurei, & ſtoici dicebant. Quid uult hic ſeminator uerborum, nouorum dæmoniorum annunciator, & duxerunt eum ad Ariopagum, & cum iterum prædicaret coram rege Agrippa reſurrectionem. Feſtus philoſophus maximus, uoce magna dixit, inſanis Paule? multæ litteræ, te ad inſaniam conuerterunt. Ibidem, cap. 26. Sadducei etiam reſurrectionem non credentes cum Chriſto in paleſtra fuerunt proponentes hiſtoriam mulieris, ſeptem uiros habentis. Luc. 20. Similiter Philetus & Hymeneus ex eadem cauſa negauerunt reſurrectionem, ut inquit Pau. 2. ad Thi. 2. Et cum contra eos textus Ioan. adduceretur Ioan. 5. Venit hora & iam nunc eſt quando mortui audient uocem filii Dei, & qui audierint uiuent. Reſpondebant quòd illud intelligebatur de reſurrectione ſpirituali animarum in baptiſmo, in fide, & obedientia. Illamque iam factam cum diabolo & pompis eius abnegamus, Chriſto fide inhærentes in baptiſmate. Quod ſi contra eos argueretur ut Paul. ad Corinth. 5. arguit dicendo, Si reſurrectio mortuorum non eſt, nec Chri-

ſtus

ſtus ergo reſurrexit. Reſpondent quòd Chriſtus de gratia ſpeciali, quam ſolus habuit ratione ſuæ diuinitatis, quæ nunquam ſeparata fuit a corpore eius in ſepulchro, nec ab eius anima in limbo, nec a ſanguine effuſo tunc in cruce & in terra, & iterum aſſumpto in reſurrectione excitauit ſe a mortuis idem numero propria uirtute quod nulli alteri a Chriſto poteſt conuenire. Ideo in Chriſto reſurrectionem concedunt, in aliis uero non. Dixi autem hic, quod diuinitas nunquam fuit ſeparata a corpore, anima & ſanguine intelligendo unione perſonali, bene tamen fuit ſeparata unione integrali naturæ, qua unione anima unitur corpori, ut declarat Sanctus Tho.3 par.q.52. Origenes ſimiliter, ut adducit Hier. ad Pammachium contra Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum qui Reſurrectionem corporum negauit propter illud Pauli prima Corinth. 15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Si enim (dicit Origenes) eadem oſſa caro ſanguis idem uultus & membra totiuſque corporis particulæ reſurgent in nouiſſimo die, ut ſimplices & philoſartes, ideſt amatores carnium dicunt, Conſequens eſt dicere quòd a nobis ſit comedendum, bibendum, digerendum, ducendæ uxores, liberi procreandi, aliter enim fruſtra ibi eſſent iſtæ potentiæ. Item Martion: Appelles, Valentinus, Manes, ſalutem tantum tribuerunt animabus, corporis uero, ideſt carnis reſurrectionem pœnitus negantes, eam tantum putatiuā & fantaſticā concedētes. Fruſtraq; dicunt nos ad exemplū domini reſurrecturos. Cū ipſe quoq; dominus ī fantaſmate reſurrexerit. Et non ſolū reſurrectio eius, ſed ipſa natiuitas putatiuè magis uiſa ſit, quā fuerit. Io. etiam & Ruffinus dicunt, ꝙ anima cum hoc fędum caducūq; corpuſculum Dei iuſſione dimiſerit, corpora humana redibunt ad materiæ ſuæ antiquas ſubſtantias. Carnes in terram, alitus in aerem, aqua in humorem, calor ad ætherea. Nam unumquodque reſoluitur in ea ex quibus componitur. 6. phy. Nunquam tamen dicunt ea-

dẽcorpora in antiquã ſpeciem redire, nec poſſe ex toto eadẽ eſſe,q̃ fuerũt. Et ponũt exẽplũ, nã ſi ſextariũ lactis aut uini mittas in pelagus uelisq; rurſum ſeparare uinũ, aut lac quod fuſum fuerat, non poteris. Licet uinum, & lac, quę fuderas nõ perierint. Sic dicũt ſubſtantiã carnis, & ſanguinis nõ perire quidem in originalibus materiis, nunquã tamẽ in antiquã ſpeciẽ redire poſſe. Non ergo, dicunt, corpora noſtra priſtinam recipient utilitatem, ut ſcilicet carnes, oſſa, ſanguis & mẽbra reſurgant, & tonſore ægeamus pro unguibus, libidines effluant, inferiores partes ſtercora emittant. Sed aliud nobis erit ętthereũ & ſpeciale corpus, qđ nec tactui ſubiacebit, nec id oculus uidebit, pondere non grauabitur, & per locorum uarietatem in quibus futurum eſt, mutabitur. Hi ſunt ferè omnes hæreticorum in tanta diuerſitate de reſurrectione corporum errores. Nunc autem ex ſacra ſcriptura doctoribusque fidelibus ponenda eſt de dilapſorum in cinerem corporum regeneratione uera, & catholica ſententia, & deinde præſcriptis obiectis reſpondebitur. Ad cuius euidentiam ponitur ſecundum theologos in 4. ſenten. diſt 47. & 48. Hæc concluſio uniuerſalis. Quod omnes homines mundi, præteriti, præſentes, & futuri, boni, & mali cuiuſcunque ſectè, ſtatus, conditionis, & ætatis fuerint in nouiſſimo die reſurgent cum corporibus ſuis, & reddent de factis propriis rationem. Quæ concluſio probabitur rationibus auctoritatibus & exemplis. Prima ratio ſumitur ex animæ rationalis conditione. Forma enim, quæ eſt per ſe ſubſiſtens, & ad beatitunem ordinata, per ipſam potentiam & beatitudinem perficitur. Sed anima humana cum ſit forma & actus, habitudinem habet ad potentiam ſiue ad corpus cuius eſt actus 2. de anima. Ergo uel oportet dicere quòd anima remaneat in perpetuum imperfecta cum ſit immortalis & incorruptibilis quod non eſt dicendum, quia non ſolum natura abhorret imperfectum, ſed fortius auctor naturæ, cuius uirtute cuibet naturæ confertur eſſe perfectum. Ergo oportet

tet

tet ponere cum ununquoq; naturaliter tendat ad perfe ctionem ſuã,ꝙ per reſurrect:onem anima iterũ ſuo per fectibili corpori uniatur. Et cõfirmatur hęc ratio, inquã tũ anima eſt ad beatitudinẽ ordinata. Nã impoſſibile eſt ꝙ res aliqua fruſtretur fine ſuo ẽt ſecundũ naturã. Nam neque Deus, neque natura faciunt aliquid fruſtra. 1. cęli. 2. de ani. Sed anima rationalis ordinata eſt ad beatitudi nẽ perfectã cõſequẽdam, quã ſine corpore cõſequi non poteſt, ſicut nec eſſe perfectũ habere poteſt. Ergo opor tet ponere ipſam corporis reſurrectionem, ſi perfectio- nẽ animę rõnalis uolumus ſaluare. Et ꝑ ꝑ hanc rationẽ oẽs ferè Philoſophi poſuerũt animas aliquando incor poribus reuerſuras ſiue rationabiliũ ſiue irrationabiliũ, ut ſupra adductum eſt. Sed Auguſt. in 10. de ciui. dei. & Hierony. dicunt. Quod fas non eſt, ꝙ cũ in alus corpo ribus animæ peccauerint in aliis torqueãtur. Nec eſſe iu ſti iudicis alia corpora pro Chriſto ſanguinem fudiſſe, & alia coronari. Sed iuſtorum animæ ad illa corpora redibunt, quorum uſu & miniſterio uirtutes, & ſciẽtias acquiſiuerunt, eleuatęq; ſunt in Deum. Malorum uero ad illa cum quibus & in quibus peccauerũt, ut dicit ubi ſupra Auguſtinus. Secunda ratio ſumitur ex iuſta di- uina pręmiatione, nam ad diuinam iuſtitiã pertinet uni cuiq; reddere nõ ſolum merita, aut demerita, ſed ẽt ubi & in quo meruit, uel demeruit. Licet aũt meritum, & peccatum principaliter aĩæ adſcribatur, inquantum in ea conſiſtit liberum arbitrium. & gratia, quæ ſunt cauſa meriti principaliter, actus tamen bonus & malus im- putatur homini ſoli. Nam actiones ſunt ſuppoſitorum 2. de aĩa. Et ideo totus homo iudicandus, aut præmian- dus eſt. Sed totus homo dicitur, cum partes eſſentiales, ſ. aĩa & corpus ſunt coniunctę, ergo &c. Quod autem anima præuenit corpus in præmio paradiſi, aut pœna inferni, hoc eſt, quia ipſa etiam præuenit corpus in me- rito, uel peccato. Nam actus animæ pręcedunt actus corporis, & tempore, & ualore, ut dicit Tho 1. 2. q. 7. artic. 1. Tertia ratio ſumitur ratione innaturalis uio-

lentiæ. Nam uiolenta perpetua eſſe non poſſunt. 1.de cœlo. Separatio autem corporis ab anima eſt uiolenta, quia contra naturalem inclinationem animæ, quia ſecundum philoſophum anima naturaliter inclinatur ad perficiendum corpus quantum ad actum primum, quæ eſt imperfecti ad perfectum, non autem quantum ad actum ſecũdum.ſ.perfecti ad perfectionem aliquam ſecundam, quia hęc ſecunda non eſt uiolenta, ut dicit Scot. in 4. Ergo ſequitur quòd hęc uiolentia quandoq; terminabitur, cum anima iterum corpus reformabit. Ex his etiam poteſt deduci, quòd idē numero reſurget qui cecidit, nam oportet ꝙ illud idē ad finem perueniat quod ad finem factum eſt, & ordinatũ. Sed totus homo eſt factus, & ordinatus ad beatitudinem, & ultimum finem, ergo oportet ꝙ idē totus in anima, & corpore ad illum finē perueniat. Itē cuius principia ſunt eadem numero, & principiatum omne ſit idē numero. Sed in reſuſcitato ſunt eadē numero principia, quia materia corporum manet ſemper eadē numero, & ſimiliter ēt eadem anima cum ſit incorruptibilis, uel ſaltem ſecundum eos qui ponunt unitatē formæ ſubſtantialis, ergo idem homo reſurget, qui cecidit. Nunc ponendæ ſunt auctoritates, & primo Plat. qui ut refert Aug. 13. dixit. Quod poſt completam ultimæ ſpheræ, uel cœli ſtellati reuolutionem, quæ eſt. 36. milibus annorum (Nam in centũ annis cœlum ſtellatum mouetur uno gradu.) Oēs partes mundi eedem numero in eſſe reducentur, cũ ad eaſdem cauſas ſequantur ijdem effectus. Vnde dicebat Plato, ſe iterum atq; iterum Athenis lecturum in eiſdem ſcholis, & eiſdē ſcholaribus poſt innumerabilia ſęcula ſicut retro prolixis interuallis per innumerabilia ſæcula ibidē, & illis legerat. Et Plotinus, ſicut refert Aug. 22. de ciui. dei. c. 27. dixit. Sine corporibus in æternum animæ, eſſe non poſſunt. Ideoq; poſt quodlibet longum tēpus ſunt ad corpora redituræ. Et Tertulianus in apologetico capite. 47. dicit. Multo itaque dignius creditur hominem ex homine rediturum quemlibet pro quodlibet

bet, ut eadem qualitas animæ in eandem reſtituatur conditionem. quia ratio reſtitutionis, deſtinatio Iudi cij eſt. Neceſſario igitur idem ipſe qui fuerat exhibetur,ut boni ſeu contrarj meriti iudicium a Deo referat. Hæc illę.Item & Virgilius dicit in 6.

Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos,
Lætheum ad fluuium Deus euocat, agmine magno, ſ.
Immemores, ſupra ut connexa reuiſent.
Rurſus & incipiant corpora uelle reuerti.

Item Iob. 19. c. dicit. Scio ꝙ redemptor meus uiuit. ſ. mecum per fidem, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum &c. de quo Iob dicit Hyero. ad Paulinum, ut de cæteris ſileam reſurrectionem corporum, ſic Iob prophetat, ut nullus de ea uel manifeſtius uel clarius ſcripſerit. Tertio, idem ſuadetur exemplis. Nam plantæ,quæ tempore hyemis uidentur mortuæ,appropinquante ſole in uere reuiuiſcunt atq; frondibus, floribus, & fructibus ueſtiuntur. Leones primo naſcuntur, quaſi priuati uita, poſtea uero ad rugitum parentum reuiuiſcunt. Vrſus cum naſcitur, non uidetur animal. ſ.fruſtum carnis generatum,quod fœmina lambens ad formam ueri animalis perducit. Fęnix dum ad ſenium poſt quingentos annos peruenerit, cõſtructo nido, uel pira ex lignis ſiccis & aromaticis eoq; alis incenſo uel calore ſolis ſpontè ſeipſam ingerit, quæ combuſta redit in cinerem ex quo cinere uermiculus exit qui in ipſam autē fęnicis iterũ poſtea cõmutatur. In qua ſi eſſet eadẽ aĩa, quæ in prima fuerat, tũc eſſe fœnix quaſi eadẽ numero dę nouo reſuſcitata. Et uermes ex q̃bus ſericũ fit,iacent ꝑ annũ mortui,in uere poſtea fęminarũ aut uirorũ calore tẽperato reuiuiſcũt. Et refert Eſculapius medicus ꝙ cũ ſemel oſtendiſſet duos ſerpentes adinuicẽ ꝑliantes, unũſq; alterum occidiſſet,ſuꝑſtes ſerpẽs delata q̃dã herba & polita ſuꝑ os ſerpentis mortui ſuſcitauit eum,notataq; herba cũ ea tres mortuos ſuſcitauit Filium. ſ. regis Mynoys, Hypolitum filium Theſei & quendam alium. Vnde Ouid. 15. metha. dicit.

Nec niſi apoline ualido medicamine prolis.
Reddi ez uitaforet quam poſtea fortibus herbis.
Atque ope peonia dite indignante recepti.

Si ergo natura & ars poteſt, ut patet ſupradicta uiuificare quanto magis uirtus diuina diſſoluta, & in cinerē redacta corpora iterum poterit reformare, quæ ſola mortificat & uiuificat perducit ad inferos, & reducit, (ut inquit Pſal.) Nunc ad argumenta reſpondemus, ad quæ oīa Scot. in 4. ſent. dicit. Quod licet interrupta eadem numero, opera naturæ ꝑ motum & mutationem operantis redire iterum non poſſint, uirtute tamen diuina, quæ non ordine generationis naturalis operatur, poterit omnis & totus homo iterum idem numero uiuificari. Et addit Scotus (& bene,) ꝙ impoſſibilitas huius eiuſdem numeri reditus, non eſt ex parte rerum factarum cum inſit eis eadem potentia paſſiua ſiue obedientialis, ſed eſt ex parte agentis naturæ finitæ, & ex parte modi uiuificādi, cum natura agentia per motum ſemper, & mutationem operētur. Tho. aūt cū dño Petro de Taranta: in 4. dicunt ꝙ reſurrectio corporū partim erit naturalis, & partim miraculoſa. Ibi enim. 3. concurrent. Primum erit corporū reformatio. Secundum erit aīarum ac corporum cōiunctio. Tertiū erit inſeparabilitas iſtius coniunctionis. Primum horū eſt contra naturā. i. cōtra curſum naturæ, & ſolū adeo. Secundum eſt a natura dico ſecundū terminū, nō tamē effectiuè, ſed diſpoſitiuè. Tertium eſt ſupra naturam. Et ideo cum in reſurrectione corporū plus ſit de miraculo q̃ de natura, oportet ſimpliciter dicere ꝙ reſurrectio ſit miraculoſa, non naturalis, niſi ſecundū quod propterea dicunt, ꝙ in illa reſurrectione, collectio puluerum, uox tubæ, & huiuſmodi, fiunt in tempore, ſ. imperceptibili, & per motum localem, & miniſterio angelorū, & hoc erit naturaliter. Reformatio autem corporum, & coniunctio partium eſſentialium, fiet in inſtanti & uirtute diuina. Et per hoc patet reſponſio ad argumenta. Ad auctoritates omnium philoſophorum dicitur ꝙ.

intelli-

intelliguntur reſpectu agentium naturalium uirrutum finitarum & ſecundum ordinē generationis naturalis non autem reſpectu Dei, & eius uirtutis, & eius poten tiæ cui nihil eſt impoſſibile. Ad Salomonem dicitur, ꝙ loquitur ibi, ut concionator aſſumens perſonam in ſipientium. Ad Iob etiam dicitur ꝙ poſt iudicium cælum quantum ad efficientiam, & ad influentiam, & motum alterabitur, non, aūt quantum ad ſubſtantiam. Ad philoſophum etiam & Auic dicit ꝙ loquūtur natu raliter, & reſpectu uirtutis finitę ipſius naturæ. Plin. aūt ſicut de immortalitate aīorum peruerſe ſenſit, ita & de non reſurrectione corporū dānabiliter tenet. Ad exēplum illorum qui humanis carnibus paſti ſunt, reſpondet Tho. in 4. contra gentiles. c. 81. dicens. Quod caro comeſta ſi eſt neceſſaria ad complementū debitè quantitatis comeſti, uel ad perfectionem naturę ſpecificè humanæ, utputa ſi fuerunt mēbra organica, tunc reſurgent in comeſto. Si autem caro fuit de perfectione indiuidui. tunc reſurget ingenito. Vnde coſta Adæ reſurget in Eua, & ſemen reſurget in genito, & non in generante. Si autem quis humanis ſolum carnib. fue rit nutritus, reſurget in comeſto, illud quod traxit a generantibus parentibus, & quod defuerit, ſupplebitur omnipotentia creatoris. Hinc Augu 22. de ciuita. dei dicit. Abſit, ut ad reſuſcitanda corpora uitæq; reddenda non poſſit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ uis beſtiæ, uel ignis aſſumpſit uel quod in puluerem, & cinerem collapſum., uel in humorem ſolutum, uel in auras eſt exhalatum. Abſit. ut ſinus ullus ſecretumq; naturæ, ita recipiat, aliquid ſubtractum ſenſibus noſtris ut omnium creatoris aut cognitionem lateat, aut refugiat poteſtatem. Hæc illæ. Ad illud, qđ Epicurei, Stoici, & Feſtus philoſophus Apoſtolo Paulo in actibus apoſtolorum dicebant, patet reſponſio ex dictis ſupra ipſis ēt Saducęis Chriſtus reſpondit Luc. 20. Quod in reſurrectione, neq; nubēt, neq; nubentur. Ad illud, Phileti, & Hymenęi reſpondit Tho. 4. contra

Gentiles,ubi ſupra,ꝙ Chriſtus utranq; reſurrectionem prędixit.Spiritualem. ibi.Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc eſt , quando mortui &c. Corporalem uerò, cũ dixit. Venit hora in qua oẽs qui in monumentis ſunt audient uocẽ filii Dei. In monumẽtis aũt non ſunt aĩę , ſed corpora. Ad illud, quo ſe Orig. tuebatur,ꝙ caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebũt, dicitur , ꝙ ibi accipitur caro pro homine carnaliter uiuente,qui Dei regnum non poſſidebit,ut dicit Tho.in cõmen.ſuper Paulum; Et licet potentiæ ſenſitiuę corporũ glorificatorum habebunt eorum actum , & obiectum, ut adducetur infra, non tñ propter hoc neceſſe erit, ꝙ comedant, & bibant , ſed ſufficit , ꝙ habeant ſaporum iudiciũ.Nec erunt ibi liberi, quia ibi nõ erunt matrimonia , ut dictum eſt. Quod uerò Marcion , & Appelles dicunt Chriſtum in fantaſmate reſurrexiſſe, eſt falſum. Nam ſpiritus carnem,& oſſa non hẽt, ſicut Chriſtus ſe oſtendit habere,Luc. ult. Et quod Ioannes, & Ruffinus dicunt. De reſolutione corporum in ea ex quibus compoſita fuerant, concedimus. Quod uerò eadẽ numero redire non poſſint uirtute Dei, negandũ eſt. Poſtremò ad id quod dicunt , ſi reſurrectio erit ,corpora noſtra priſtinam recipient uilitatem inquantum erit neceſſe ꝙ humores.ſ.ſanguis,cholera,phlegma, melancholia , ſudor, urina, ſemen reſurgant , erit ẽt neceſſe libidines effluant ungues præcidantur , emittantur ſtercora &c. Ad hæc reſpondetur , ꝙ in homine eſt duplex humor. Quidam ſuperfluus ipſi corpori ſicut ſudor, urina, ſtercus , ſemen quod emittitur per actũ generationis. Lac per actum nutritiuæ potentiæ , & nullus talis humor reſurget eo ꝙ non ſunt de perfectione reſurgentis. Eſt alius humor q̃ non eſt ſuperfluus ipſi indiuiduo , ſed ad perfectionem ordinatur, ut ſanguis & alij humores, 3. & hi reſurgent. Nam poſt reſurrectionem ſingulæ partes corporis ſtabilientur in formis ſuis , ut dicitur in 1. ſententiarum. Vngues autem & capili reſurgent, non tanquam principaliter intenta , ſed ſecundario , in

quantum

quantum anima utetur illis ad conſeruationem principalium membrorum, ſcilicet pedum, capitis, & manuum Nec erit neceſſe poſt iudicium ungues præcidere &c. quia hæc omnia nunc fiunt motu primi mobilis, qui tunc ceſſabit non naturaliter, ut quidam dicunt, ſed diuina uoluntate, qua ſicut nunc mouetur per influentiam mouentis intelligentię, ſic tunc imperio Dei ceſſabit eius motus ꝑ ceſſationem intelligētiæ a mouēdo.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrū Mundus ſit æternus, uel quandoq; habeat terminari.

QVAERITVR, cum reſurrectio corporum ſecundum fidem in fine mundi ſit futura, quæritur ſi uerum ſit, quod mundus quandoque habeat terminari. Ad quam reſpondendo dicitur, quod ſicut de principio durationis mundi, diuerſa à fide catholica philoſophi ſenſerunt, ita de fine ipſius, & termino uaria uoluerunt. Ariſtot. enim ut cæteros prætereamus, ſm ꝙ ſcī ei imponunt & cōmentatores exponūt, & uerba eius prętēdūt in hūc errorē dilapſus eſt, ꝙ poſuit mundum ab ęterno ex nihilo creatū perpetuoq;, & in infinitū duraturū, ut patet in lib. de natura deorum. Et idem fatetur dominus Alber. in cō. octaui phyſi. Primam aūt partem de æternitate mundi à parte ante probant Ariſt. tenuiſſe ſic. Nā primo phyſicorū dicunt Ariſt. ponere naturam eſſe ingenitam. Et primo de cœlo mundum eſſe ingenitum, ſed ingenita ſemper fuerunt, ergo uniuerſitas rerū ſm Ariſt. non incœpit eſſe. Item ſic arguebat (ut dicunt) Ari. 8. phyſi. Nihil de nouo incipit moueri niſi per hoc ꝙ mouens, uel mobile aliter ſe habent nunc quam prius. Sed quod alter ſe hēt nunc, priusquā mouetur, ergo ante omnem motum de nouo incipientem fuit aliquis motus, ergo motus ſemꝑ fuit, ergo, & mobile ꝗa motus nō eſt niſi in mobili. 3. phy. Et cū cōtra Ariſ.

adduceretur. Si mundus fuit ab æterno, ergo generatio fuit ab æterno, & ſic infiniti homines præceſſerunt, ergo infinitę incorruptibiles animæ, & infinitæ circulationes ſolis, mundo exiſtente ab æterno præceſſerunt, ergo erit ponere infinitum in actu, & finita continget pertranſire quæ ſunt in philoſophia abſurda. Vel nunquam continget deuenire ad circulationem hodiernam. Item in qualibet circulatione, Deus potuit creare unum lapidem, ergo erunt infiniti lapides remanentes, & cum iſti lapides poſſint adinuicem coniungi, erit infinitum non tantum ſecundum multitudinem, ſed etiam ſecundum magnitudinem in actu.

Ad hæc forte ſic reſpondiſſet Ariſt. & ad primum argumentum ſic. Quod poſita æternitate mundi, non ſunt infinitæ animæ in actu, cum infideles teneant animorum mortalitatem. Item Commentator, & Algazel. ij. metha. Poſuerunt non eſſe impoſſibile infinita per accidens eſſe in actu, adhuc ratio non concluderet, quia ſic anima eſſet creatura, ut ſupponitur. Impoſſibile eſt autem, ꝙ aliquod genitum ſit æternum quia æterno nihil eſt prius. Omne uero genitum uniuerſaliter præcedit aliquis motus duratione, & tempore, & per conſequens generatum in tempore determinato generatur, & ſic non fuiſſent infinitę animæ in actu. Ad ſecundum diceret, ꝙ non fuiſſent infinitæ circulationes, cum una continua ſit illuminatio, & unus dies, & per conſequens multæ in potentia. Ratio autem unitatis circulationis, & unius diei, & unius illuminationis, eſt unitas motus. Sed quod multi dies dicantur, & multæ illuminationes, hoc eſt ex parte noſtra, quia de illuminatione iudicamus ſecundum hemiſpherium noſtrum, ubi apparet illuminatio quandoque ſic, quandoque non, propter diuerſam interpoſitionem corporis opaci ad ſolem. Ad illud etiam de lapidibus dicendum, ꝙ non ualet, quia tu unum ponis, ex quo ſequitur impoſſibile, nam tu ponis illam continuam circulationem, quæ actu, & realiter eſt

una,

una, actu diuiſam, & infinitam, quod eſt impoſſibile, cum ipſa ſit diuiſibilis in potentia. Et ponis ſecundum imaginationem tuam infinitos dies, & hoc inconuenienti poſito, oportet concedi quod ſequitur, quia uno inconuenienti dato alia ſequuntur. Tho. autem in de potentia quæſt.3.arti.10.defendens Ariſtotelem dicit. Poſuit Ariſtoteles mundum ſemper fuiſſe, non ex conſideratione illa qua intelligitur exitus uniuerſi eſſe à Deo, ſed ex illa qua agens particulare incipit operari per motum. Et quia ante quemlibet motum eſt motus ex hoc poſuit mundum æternum diſputatiuè con. Anaxagoram, & Empedoclem, ut patet octauo phyſicorum, & non demonſtratiuè. Et in prima parte quæſtione quadrageſima ſexta, articulo primo dicit Non poteſt probari demonſtratiuè mundum ſemper fuiſſe. Nec rationes quas adducit Ariſtoteles ad hoc ſunt demonſtratiuè ſimpliciter, ſed ſecundum quid. ſ. ad contradicendum rationibus antiquorum ponentium mundum incœpiſſe, ſecundum quoſdam modos in ueritate impoſſibiles, uidelicet aut per concurſum athomorum, ut dixit Democri. aut per ignem aut per aquam &c. Et hoc apparet (dixit Thom.) ex tribus. Primo quia tam in octauo phyſicorum, quam in primo de cœlo præmittit quaſdam opiniones, uidelicet, Anaxagoræ, Empedoclis, & Platonis contra quos inducit rationes contradictorias. Secundo, quia ubicunque de hac materia loquitur inducit teſtimonia antiquorum, quod non eſt demoniſtrantis, ſed probabiliter ſuadentis. Tertio, quia ipſe expreſsè dicit in 1. Thop. ꝙ quædam ſunt problemata dialectica, de quibus rationes non habemus, ut utrum mundus ſit æternus. Et reſpondit Tho. ibidem duobus argumentis adductis contra Ariſtotelem in opponendo dicens ad primum, quod in 1. phyſicorum probat Ariſtoteles naturam eſſe ingenitam propter hoc; ꝙ non habet ſubiectum de quo ſit. Et in primo de cœlo probat cœlum ingenitum, quia cœlum non habet con-

trariũ ex quo generetur. Vnde patet ꝙ per utrunq; nõ concluditur, niſi ꝙ materia, & cœlum nõ incœperunt per generationem, & motũ naturalẽ, quo generabilia, & corruptibilia, ut quidam ponebãt præcipuè de cœlo. Nos aũt dicimus ꝙ materia, & cœlum producta ſunt in eſſe ꝑ creationem. Ad aliud argumentũ dicit idem ꝙ primus motor ſemꝑ eodẽ modo ſe habuit, primũ aũt mobile non ſemper eodem modo, quia cœpit eſſe cum prius non fuiſſet, ſed hoc non fuit per mutationem, ſed per creationem, quæ non eſt mutatio, cũ nihil præexiſtẽs præſupponat, ſed dicat quandam relationẽ ad creatorem tanq̃ ad principium ſui eſſe. Et Bonauentura diſtin. 1. ſecundi libri dicit. Quidam moderni dicunt Ariſtotelem non intendiſſe probare mũdum omnino non incœpiſſe, ſed ꝙ non incœpit motu naturali. Sed quicquid Ariſtoteles ſenſerit, & cæteri philoſophi de æternitate mundi nihil ad nos Chriſtianos, qui mundũ cœpiſſe in tempore fide tenemus, magis quam ratione aliqua demonſtratiua. Vnde, & articulus fidei dicit. Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ. Articuli aũt fidei demonſtrari non poſſunt, quia fides eſt de non apparentibus. ad Hebræos. 11. Probabiliter autem mundum incœpiſſe ſic poteſt ſuaderi. Nam ſic ſe habet Deus ad cauſalitatem omnium rerum, ſicut artifex ad artificiatũ, ſed artifex eſt cauſa omnium artificiatorum per uoluntatem ergo ſimiliter Deus eſt cauſa rerum. Modo certum eſt, ꝙ uoluntas nunquam neceſſitatur ad agendũ aliquid, uel uolendum niſi reſpectu eius rei in quam naturaliter inclinatur, uel reſpectu eorũ, ſine quibus finis haberi nõ poteſt: Finis autem diuinæ uoluntatis eſt ſua bonitas, quæ ab alio non dependet, ergo nec eſt neceſſariũ cum extra ſe aliquid uelle, ergo nec creaturarum productio ſimiliter fuit neceſſaria. Congruum tñ fuit ꝙ ipſe mundus in tempore produceretur, quia per hoc magis oſtẽditur diuina perfectio. Cum enim nihil poſſit eſſe ſui ipſius cauſa, ſed oẽ quod de nouo incipit eſſe, acquirit

eſſe

eſſe ab alio, ex eo φ ponuntur omnes creaturæ quandoque nō fuiſſe, oſtenditur, quod prodierint ab aliquo principio primo, qđ eſt Deus. Si autem ipſæ ſemper fuiſſent, non fuiſſet ita euidens ipſas à Deo creari, ergo conueniens fuit mundum in tempore fuiſſe creatum. Hoc primo teſtatur Aug. 11. de ciui. Dei c. 4. dicens quòd Deus fecerit mundum, nulli potius credimus quam Moyſi prophetæ per quem locutus eſt Deus dicens. In principio creauit Deus cœlum, & terram, per quem locuta eſt ſapientia Dei, per quem facta ſunt omnia, quæ in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & prophetas conſtituit, atq; opera ſua ſine ſtrepitu intus enarrat. Loquuntur quoque prophetis, angeli Dei, qui ſemper uident faciem patris, uolūtatemq; eius, quibus oportet, annunciant. Et Gre. in homeliis ſuper Ezechielem dicit. Quidā ꝓpheta eſt de præterito, ſicut eſt Moyſes, qui prophetauit dicens. In principio creauit Deus cœlum, & terram. In quo nouitas mūdi traditur. Et Io. 17. Clarifica me pater apud temetipſum claritate quam habui priusq̄ mundus fieret. Et Macr. de ſomno Scip. lib. 2. dicit ad hoc. Quis non hinc exiſtimet ipſum mundum cœpiſſe, & nec longam retro eius ætatem, cū ab hinc vltra duo retro annorū milia de excellentium rerum geſtarū memoria, nec græca quidem extet hiſtoria. Nam ſupra Ninum nihil in libros prꝙclare redactū eſt. Si enim ab initio immo ante initium fuit mundus, cur per innumerabilium ſeriem ſeculorum non fuit cultus quo tunc utimur, inuentus? Non literarum uſus quo ſolo fulcitur æternitas; hmōi oīa vidētur æternitati repugnare, dū opinari nos faciunt certo mundi principio paulatim ſingula quæque cœpiſſe. Hæc ille. Nunc vero videndū eſt quid de fine mundi philoſophi ſenſerint, & quid Chriſtiani ẜm fidē catholicā de eo debeant firmiter credere. Pro quo primo ſciendū. Quod omnes ferè philoſophi excepto (ut diximus) Ariſt. concorditer conflagrationem, & finē mūdi huius confeſſi ſunt. In modo vero finis, & termini eius uaria fuerūt opi

nati.

nati, Nam Plato, & Pithago. poſuerunt hac partem elementalem mundi poſt 36. mille annos ſolui debere atque iterum poſt cunctis eius repetitis partibus debere reformari. Rationem autem 36. millium annorum aſſignant ſic. Nam dicunt ꝙ omnis diſpoſitio cœli, & orbium cœleſtium naturaliter in tanto tempore finitur. Luna enim complet curſum ſuum in uno menſe. Mercurius, & Venus in minori tempore unius anni, Sol in uno anno terminat motum ſuum. Mars in duobus annis, Iuppiter in 12. Saturnus in 30. Primum mobile, ideſt cœlum chriſtallinum, ſiue aqueum à diaphanitate dictum terminat girum ſuum in 24. horis. Cœlum autem ſtellatum, ideſt firmamentum infra primum mobile complet curſum ſuum in 36. mille annis. Nam in centum annis mouetur uno gradu, ut dicunt aſtronomi. Dicunt ergo Plato, & Pythagoras, ꝙ mundus terminabitur, cum oẽs cœleſtes ſupradicti orbes curſus ſuos terminabunt. Incipiendo ab illo inſtanti quo creatū eſt firmamentum, quod fuit in equinoctio uernali. 18. Kalen. Aprilis die dominico, luna exiſtente plena ante urbem conditam. 4. mille quadringentis. 40. annis, ante incarnationem ſecundum Hebræos, & Hieronymum, ter millibus nongentis. 36. Secundum Bedam quinque millibus centum nonagintanouem. Cumq; iterum uirtute infuſa in ſubſtantijs cœlorum omnes cœli partes redibunt ad ſuum locum primæ creationis, tunc dicunt, omnia genera bilia, & corruptibilia eadem numero, quæ fuerunt uirtute corporum cœleſtium reuertentur. Sed hanc opinionem Aug. 12. de ciuit. Dei cap. 13. confutat dicens. Quod philoſophi, qui ſic tenent, putant non quod ſciunt, ſed quod uolunt. Sciunt ꝙ naturaliter à purà priuatione ad habitum, non eſt regreſſus, ideoq; ſic aduerſus eos concludit. Abſit à nobis, ut iſta credamus. Sicut enim ſemel Chriſtus pro nobis mortuus eſt, & reſurgens amplius non moritur. Ita, & nos poſt reſurrectionem ſemper cum domino erimus, cui modo

do dicimus, quod ſacer admonet Pſal. Tu domine ſeruabis nos, & cuſtodies a generatione hac in eternum. Empedocles Agrigentinus cum Anaxagora dixerunt, amicitia elementorum mundum fuiſſe ſolutum, & inimicities lite eorum, & diſſonantia fore reparandum ho rum opinionem, Philoſophus. 8. phi. reprobat. Eraclitus (teſte Philoſopho. 1. phy.) poſuit ignem mun di principium, & ut finis principio reſponderet, dixit eundem ignem terminandum, ut patet. 3. phy. Sed hic ſicut de principio mundi errauit, ſic de fine eius ma le dixit. Non enim ex igne, ſed ex nihilo Deus creauit mundum, & terminabitur non quò ad partes eſſentiales, ſcilicet cœlos, angelos, ſubſtantiamque elementalem, ſed quò ad aliquas eius partes accidentales, elementorum ſcilicet indiuidua ſpecierum, & motum cœlorum, ut in libro de cœlo declaratur. Seneca li. naturalium quæſtionum de mente Empedoclis dixit, arſuram eſſe terram naturaliter, cum uniuerſa ſydera conuenient in ſigno cancri, ſcilicet de menſe Iunii ex concurſu ſcilicet calidorum & ſiccorum, ſicut ex coniunctione planetarum humidorum, & frigidorum factum fuiſſe dicit diluuium tempore Noe, cum uniuerſa ſydera conuenerunt in capricorno de menſe Septembris. Sed dominus Petrus de Taranta. & Reichar. in 4. ſententiarum. diſtin. 48. dicunt. Quod nec concurſus humidorum, & frigidorum fuit cauſa neceſſaria diluuii tempore Noe, ſed bene congrua. Nec etiam cauſa termini mundi, per ignem diſpoſitio, eue concurſus calidorum, & ſiccorum, erit cauſa neceſſaria, ſed congrua; inquantum purgationem ignis purgaturi in fine ſæculorum ipſum mundum, præcedet uehemens ſiccitas naturaliter generata, congrua igni producendo ad nutum Dei, ad talem effectum: Ari. (ut ſupra nunc diximus, ut ſibi imponitur) dixit mundum perpetuo duraturum, ea ratione qua in de cœlo, & mundo dixit ingenerabile, & incorruptibile adinuicem conuerti. Sed contrarium

eſt,

eſt, quia 12. metha. dicit. Quod prima cauſa mouetur in ratione amati, & deſiderati, ac ſi diceret quòd intelligentiæ mouentes cœlum ex deſiderio, & amore, quē habent obediendi primæ cauſæ, ſicut nunc obediunt in mouendo, ſic ſemper obedient in deſinendo moucre. Fuerunt, & alii qui deformandum orbem, licet non cauſis naturalibus, ſed diuinæ committerent uoluntati. Tentarunt tamen audaci præſumptione ſub diffinitis, ac certis temporibus illam præſcribere. Nam Lactan.lib.7.diui.inſti. poſt ſextum concluſum millenarium, mundi conſummationem poſuit. Alii uerò quadraginta annos. Alii quingentos. Nonnulli tot annos à ſalute quot antea fluxerant, poſuerunt. Nonnulli mille ab aſcenſione domini uſque ad ultimum aduentum poſſe compleri dixerunt. Quidam de ſpiritu prophetiæ aliquid habere præſumentes, ut Abbas Ioachin. Et quidam moderniores ipſorum calculationibus inhærentes, ante finem 6. millia annorum, uel circa ſtulte complendum mundum expectabant. Quorum omnium error, quia maximus eſt, & ſermo eorum ſerpit, ut cancer. Idcirco eos Paulus Theſſalonicenſibus ſcribens ait. Nemo uos ſeducat ullo modo quaſi inſtet dies domini &c. Quæ uerba tractans Auguſti. dicit Trium de mundi termino dicentium. Primus, ꝙ dies domini prope ſit. Alter quòd longe. Tertius, neſcio Deus ſcit. Primus pluſquam ſecundus errat. Tertius uero cum Chriſto concordans in uiam conſtitutus eſt ueritatis. Nos igitur Chriſtiani omiſſis litigatoribus furioſis, ac pertinacibus philoſophorum, & hęreticorum turbis, ueniamus ad theologos datores ſimplicis ueritatis. Et ad ſacras ſcripturas, non humana induſtria, ſed ſpiritus ſancti inſtinctu conſcriptas. Et primo dicamus, & confiteamur, quòd mundus tranſibit, & concupiſcentia eius. Primæ Ioan.2. Et quòd cœlum, & terra tranſibunt. Luc.21. Mar.13. & Matth.24. Et quòd mundi terminus, erit effectus non naturę, ſed ſpiritusſancti. Dicamus ſecundo quòd inſtrumentum conflagrationis

flagrationis mundi erit maximus ignis, non ex concurſu naturali calidorum, & ſiccorum generatus, ut dixit Sene. aut ex concurſu ignium ſuperiorum, & inferiorum, ut dixerunt alii. Nec ſuccendetur ignis ille, ex reflexione radiorum ſolarium, in corporibus terreſtribus naturaliter ſolidis, ſicut fit ex reflexione ſolis ad ſpeculum concauum,& propinquum. Nec ex relaxatione ſpheræ ignis,quæ uirtute cœli detinetur nunc, ne fluat. Sed erit ille ignis uoluntate, & uirtute Dei ſupernaturaliter cauſatus, qui ſicut in principio mundi tẽpore Noe, deſtruxit ſeculum diluuio aquarum, ad purgandum ardorem concupiſcentiæ, & luxuriæ? Ita iterũ genus humanum,& mundum deſtruet per ignẽ,ad purgandum frigus malitiæ,& auaritiæ contra charitatẽ,ut ſic purgatio mundi fiat per contraria. Dicamus, & tertio,ꝙ quia(ut diximus)cõſummatio mundi non dependet à cauſa naturali,ſed à uoluntate diuina. idcirco non poteſt certitudinaliter ſciri tempus finis eius. Propterea Chriſtus interrogantib. diſcipulis de tempore, dixit Act. 1. De die illo, & hora nemo ſcit. Et Luc. 12. inquit Eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis ueniet. Et Matt. 25. Neſcitis diem neque horam. Et Mar. 13. Videte, uigilate,& orate, neſcitis.n. quando tempus ſit. Hinc Thom. in de potentia.q. 5. artic. 6. in hanc partem concludens ait. Finis mundi, cum a pura Dei uoluntate dependeat, naturali cognitione ſciri non poteſt. Cũq; completo numero electorum ſit finiendus,(ut dicit Gre.) Cuius completio eſt quædam diuinæ prædeſtinationis effectus non poterit niſi Chriſto reuelari, per quem quodammodo humani generis prædeſtinatio adimpletur. Et Aug. 18. de ciu. Dei.c. 13. in hanc concluſionem dicit. Fruſtra igitur annos qui remanent, huic ſeculo computare, ac definire conamur, cum hoc ſcire non eſſe noſtrum; Et Marcus aſtruat dicens. De die illo, & hora nemo ſcit, neque cœlorum angeli, apoſtolos etiam doctores futuros mundi omnes de hac re calculantes digito reſoluit ac-

quieſcere iubet ille qui dixit. Non eſt ueſtrum noſce tempora uel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Hæc Aug. ubi ſupra.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum Mundus uel aliqua creatura potuerit ab æterno produci.

QVAERITVR, ſi mundo, uel alicui creaturæ repugnet ſimpliciter eſſe ab æterno. Ad quam reſpondetur ſimpliciter negatiue, & ratio eſt, quia ſi hoc repugnaret creaturæ, hoc non poſſet eſſe, niſi altero duorum modorum, quia aut oporteret quòd cauſa agẽs neceſſario pręcederet effectum ſuum, & ſic effectus non eſſet coæternus cauſæ agenti, uel quia oporteret quòd nõ eſſe ipſius effectus neceſſario præcederet ſuum eſſe. Sed neutro iſtorum modorum poteſt repugnare creaturæ eſſe ab æterno, ut probabo, ergo. Primum autem probo ſic. Nã nulla cauſa producens effectum ſuum ſubito, præcedit effectum ſuum duratione, ſed Deus eſt agens non per motum, ſed in inſtanti, & ſubito, ergo non eſt neceſſarium ipſum præcedere ſuum effectum neceſſariò. Maior patet in omnibus mutationibus ſubitaneis. Nam ſtatim ad præſentiam ſolis cauſatur in inſtanti illuminatio in aere. Et ſtatim ignis cum incipit aſcendere ſurſum calefacit. Minor etiam patet de ſe. ergo. In cauſis autem non agentibus ſubito, ſed per motum, oportet agens præcedat duratione effectum ſuum, quia ſemper principium motus, effectum, & finem eius præcedit duratione. Nec etiam non eſſe effectus neceſſario præcedit duratione ſuum eſſe, quia cum dicitur aliquid fieri ex nihilo, hæc præpoſitio, ex, non deſignat cauſam materialem, ſed tantum ordinem, ut patet manifeſte bene perſcrutanti.

ADDITIO.

Sententia Diui Thomæ ſtat in hoc (ut habetur in prima parte diſtinct.46.artic.2.) quod Deus potuit producere mundum ab æterno, ſed hoc demonſtratiuè probari ab aliquo nunquã põt, neq; per medium intrinſecum, neque per extrinſecum, quia illud eſt uoluntatis Dei, cuius non poteſt haberi, nec ſciri ratio, quare magis vult mundum eſſe ab æterno, quàm non eſſe ab æterno. Scotus autem in 2.diſtin.1.quæſt.3.Sancti Doctoris opinionem impugnat, & cum Scoto videtur Hẽricus de Gandauo Doctor Seruorum, qui Quolib.1. quæſt.7.& Quodlib.9.quæſt.17. tenens oppoſitũ opinionis S. Thom. quod ſcilicet contradictionem includat aliud à Deo fuiſſe ſine principio durationis, ſiue ab ęterno fuiſſe, multas adducit rationes, licet Auguſtinus. lib.6. de Trinitate cap.1.& 10.de Ciuitate Dei cap.31. aliter videatur ſentire. Verum, quod mundus incœperit ſola fide tenetur, nec demonſtratiuè hoc ſciri poteſt, ſed id credere maximè expedit.

QVAESTIO QVINTA.

An homine mortuo anima informet corpus.

QVAERITVR, Si anima, moriente homine, deſinat informare ſucceſſiuè partẽ poſt partẽ corporis, an fortè oẽs partes ſimul in eodẽ inſtanti informare deſinat. Ad q̃ reſpõdetur affirmatiuè, ſcilicet ꝙ anima, moriente homine, deſinit informare ſucceſſiuè partẽ poſt partem. Et ratio eſt, quia anima non deſinit informare materiam ſibi ſubiectam, niſi diſpoſitio ipſius, quam ad operationes requirit, ſic irreformabiliter per naturam corrupta. Cum autem corruptio diſpoſitionis huiuſmodi reperiatur primo fieri in partibus remotioribus a corde, in quo eſt

ſons virtutis vitalis. Ergo habetur propoſitum. Huic concluſioni conſonat primo, ꝙ in moriente, pedes, primò reperiuntur frigidi, calore ſpiritibus deſtitutis, deinde manus, & ita deinceps ſucceſſiuè vſq; ad cor. Conſonat ſecundò illud cõe dictũ philoſophorum, quòd inter membra corporis, cor primo viuit, & vltimo moritur. 2. de gener. c. 4. Quod ſi contradicatur, ꝙ proportionabiliter ita debet eſſe in vltima de animatione corporis humani, ſicut in prima eiuſdem animatione, ſed in prima animatione corporis anima informat omnes partes corporis ſimul. Nam a primo inſtãti animationis embrionis, incipit corpus ſecundum omnem partem, quæ ſenſum habere ſolet, uegetari, & ſentire, licet imperfectè, ergo ſimiliter in deanimatione vltima corporis humani, debet anima deſinere informare in vno aliquo inſtanti omnes partes corporis ſimul. Ad hoc reſpondetur, ꝙ non eſt ſimile in prima, & poſtrema de animatione corporis. Nam prima animatio partiũ corporis eſt naturalis, & et diſpoſitio materiæ, ut informetur ab anima, intẽta eſt à natura. Sed ſeparatio, & animatio partiũ corporis, nõ eſt per ſe a natura intẽta, ſicut nec inductio in diſpoſitionis, ad quã ſeparatio aĩæ ſequitur, non fit ſecundùm ordinẽ, & iudiciũ naturæ, ergo &c. Propter tñ ea quæ nũc dicta ſunt, diligenter eſt ſciendum, ꝙ progreſſus corruptionis hominis ad quẽ ſeq̃tur ſeparatio aĩæ, fit ecõtrario progreſſui hominis ad vitã; progreſſus. n. ad vitã incipit in homine, ab exercitio operationum animæ vegetatiuę in embrione, ſecundo ſenſitiuè, tertio intellectiuè, ſiue rationatiuè (ut dicunt philoſophi naturales) progreſſus aũt corruptionis, contrarius eſt, quia primo deſinit uſus cõis, ſecundo actus ſenſationis, & tertio opus vegetationis. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

ADDITIO.

Ad hoc facit Philoſophorum ſententia, quod cor-

ruptio-

ruptionis cauſa eſt materia, ex quo ſequitur quod, illud quod eſt incorruptibile, ſit immateriale, & ſimplex. 8. Meth. com. 15.

QVAESTIO SEXTA:

An corde mortuo, anima corpus informet.

DVBITATVR, an poſſit contingere ꝙ corde iam mortuo, anima adhuc informaret aliquam aliam partem, uel aliud membrum corporis. Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ cũ conplexio fixa cęterorum membrorum corporis, nõ depēdeat à corde, nulla repugnantia uidetur, ꝙ cõplexione cordis corrupta, adhuc in aliqua parte alia corporis, poſſit eſſe complexio fixa ſufficiens unioni animæ, ad partē illam. Nã ſicut contingit ſæpe oculũ eſſe cœcũ irrecuperabiliter, & anima tñ adhuc totam materiã eius informare. Sic uidetur ēt ꝙ anima informare poſſit aliquam corporis partem, licet ſic infœlix eſſet, ꝙ anima operationes uegetatiuas in ea exercere non poſſet, quia perfectior requiri uidetur complexio, ad exercendum uitalē operationē, q̃ ad ſolam ipſius animæ ad corpus unionem. Et ita ſtat cum ceſſatione operationum uegetabilis, & ſenſibilis animæ in toto corpore, quod anima adhuc informanter inhæreat corpori. & ita hominem adhuc mortuum non eſſe, per ſolutionem unionis informatiuæ ad corpus. Illi autem qui dicunt, quod q̃ cito corrupta eſt irreformabilis diſpoſitio corporis uel partis eius, aut cordis, uel alterius membri principalis, ſine cuius operatione non ſtat uitam cõtinuari (ut puta de operationibus animæ uegetatiuæ) tam citò anima deſinit informare totum corpus qualitercunque alia membra fuerint diſpoſita. Iſti tales reſpiciunt ad regularem proceſſum hominis ad mortem, uel reſpiciunt ſolum, ad id quod ut plurimum contingere ſolet in morientib. communiter.n. in illis uidet̄ cor ultimo mori. Ex qua cõcluſione ſiue opinione, ſequit̄ hoc corolariũ, ꝙ nõ ſemꝑ, q uulgari æſtimatione habet̄ mortuus

ſit ſimpliciter mortuus, quia ad ceſſationem ſenſus, & motus cordis, non ſequitur ſemper deanimatio corporis. Sed poteſt contingere, ꝙ poſt illam ceſſationem quandoque per magnum tempus maneat unio informatiua animæ ad corpus, & ita contingere poteſt, ꝙ quandoq; homo uiuus ſepeliatur in ſepelitione mortuorum, qualiter tempore peſtilentiæ fieri conſueuit. Poteſt ētiam nonnunquam ex aliqua cauſa accidentali contingere, quòd in homine ſano ceſſat anhelitus, & oīs motus, & ſenſus longo tempore, ut per diē uel circa, ita ut omnino mortuus appareat. Immo aliquis poteſt ſic in naturalibus diſpoſitus eſſe, quod ad aliquem planctum, uel contēplationem fortē, ſpiritibus ad intra tractis, iaceret ſimillimus mortuo. Sicut beatus Aug. narrat in lib. de ciui. Dei. de quodam presbytero. Ergo niſi cauſa ſubſit, non eſt feſtinandum, aut præcipitanter agendum in ſepeliendo mortuos, ne contingat ſepelire uiuos. Hæc Henricus de Aſſia ubi ſupra.

ADDITIO.

Hinc Auer. narrat Arietis hiſtoriam, qui capite amputato, ambulabat. 7. phyſ. com. 4. & quamuis id Galenus neget, concordat nihilominus Alex. in Paraph. de anima cap. ultimo, ubi uult, quod corde ablato ab animali, poſſit moueri, & uiuere, uelut teſtudo, & Camaleo, & pari ratione, ablato capite, quo etiam dicit, Argumenta, de principatu animæ, utrum in corde, uel in capite conſiſtat, eſſe communia.

QVAESTIO SEPTIMA.

Anima exiens de corpore ad quam poſitionis differentiam exeat.

DVBITATIO eſt, an anima exiens de corpore naturaliter ad quam differentiam poſitionis exeat ſurſum, uel deorſum dextrū, an ſiniſtrum

ante

ante uel retro? Ad quam reſpondetur quòd licet cuiuſlibet morientis anima quamcito deſinit corpus informare naturalibus ſuis dereli&ta, potius iret in ſupremam partem cœli, cum naturaliter appetat loca ſuperiora uniuerſi, prout tamen ducitur, uel trahitur ab angelis bonis, uel malis, animę ſaluandorum plene purgatę, directè trahuntur ſurſum, & damnandorum directè deorſum, animę ſaluandorum non plene purgatę, directè exeunt à dextris ad purgatorium, & damnandorum à ſiniſtris in infernum. Hęc ille ubi ſupra.

QVAESTIO OCTAVA.

Anima de corpore egreſſa ad quos terminos uadat.

Queritur, ſi Anima exiens de corpore ad quos terminos uadat naturaliter, an de luce ad tenebras, uel de tenebris ad gaudia. Ad quam ſic reſpõdetur ꝙ anima rationalis poſtquã deſiit informare corpus, uel poſt ſolutionem unionis ipſius ad corpus, dupliciter poteſt intelligi de luce ad tenebras, uel de triſtitia ad gaudium trãſmutari, aut. ſ. de trãſmutatione ſ̃m intellectum, aut de tranſmutatione ſecũdum affectũ. Si loquamur primo modo dicitur, ꝙ Platonici qui poſuerunt corpus quaſi carcerem animę, impedientem eius perfectam cognitionem quam ſecundum ſe in ſua puritate naturaliter apta nata eſt habere. Ipſi dicunt ꝙ anima de ſeparatione eius a corpore nõ triſtatur, ſed potius gaudet, quemadmodum incarceratus gaudet, quando liberatur a carcere ſibi graui, & obſcuro, ad quem (ut dicunt,) non relinquitur pœnitus appetitus, uel illa inclinatio redeundi. Et propter hoc unum, ualde philoſophi auertebantur a reſurrectione mortuorum per reunionem animarum ad corpora, quia per eam credebant animas impediri, a perfectiore cognitione earum. Et hos Platonicos ſectatus eſt, (ut apparet) Cicero circa ſententiam libri de ſenectute ubi ita dicit, introducens Cirum maiorem in morte filios alloquẽtem. Mihi nunquam perſuaderi potuit filii, animas dũ in corporibus

bus eſſent mortalibus, uiuere, & cum exiſſent ex his emori. Nec uero tunc animum eſſe inſipientem cum ex inſipienti corpore euaſiſſet, ſed cum omni admixtione corporis liberatus purus, & integer eſſe cœpiſſet, tūc eſſe ſapientem, pro quo perſuaſionem adducens, inquit. Videtis.n. nihil morti eſſe tam ſimile, quam ſomnium in quo dormientium animi maxime declarant diuinitatem ſuam. Multa.n.cum remiſſi, & liberi ſunt, futura proſpiciunt. Ex quo intelligitur quales futuri ſint, cū ſe corporis uinculis relaxauerint. Hæc ille. Theologi autē quātum ad hanc tranſmutationem ſm intellectum animæ ſeparatæ a corpore, dicerent cū Platonicis, ꝙ exitus animarum de corporib. relictarū ſuis naturalib. eſt quaſi receſſus de regione caliginis ad regionē lucis, uel quaſi abſceſſus de umbra, ad lucē clariorē, non quia exeant corpus impediens earū cognitionem, ſed quia intrant modum cognoſcendi intellectuum ſeparatorū, non tamen plenū quantū ad omnia, cū anima ſit in ſima ſpecies in genere intelligentiarū, ſed partialē, qūo fortè, & ſeipſas ſicut, & res circūſtātes clarius cognoſcūt, q̃ in corpore cognoſcere potuerint. Et notāter dixi, ꝙ animæ exutæ nō habent plenū modum cognoſcēdi intellectuū ſeparatorū, quia ſi haberent, mox exute ſcirent ſe eſſe in charitate, uel nō ex ſuis naturalibus. Nā quælibet intelligentia ſeparata uidetur primo reflecti ſup ſe, intuitiua uiſione. Nec cōcedunt theologi, ꝙ anima exuta, non habeat naturalē inclinationem & appetitum reunionis ad corpus propriū, quia iterū impediretur a perfecta cognitione, (ut Platonici imaginātur,) ſed dicunt ꝙ cuilibet animę exutę, remanet naturale deſideriū reunionis ad corpus, quia anima naturaliter eſt forma, & per cōſequens naturaliter determinata, & inclinata ad formandū ſubiectū ſibi proportionatū. Nec ēt cōcedunt, ꝙ anima eſſet in corpore tanq̃ in carcere, quia aīa naturaliter illud ſibi determinat, tanq̃ habitaculū, ſeu organum conueniētiſſimum. Nec cōceditur, ꝙ anima ꝑ corpus impediatur, quia anima ſm rationem ſuę naturę eſt ꝑpetua, & ex hoc

natu

naturaliter eſſe ſeparatam a corpore, ideo congruit, vt etiam illi modo eſſendi eius correſpondeat ſpecialis modus naturaliter cognoſcendi ſe & alias res, quo modo per accidens clarius multa cognoſcet, quam per corpus, nec tamen dicitur impediri ab illa imaginatione ratione corporis, quia naturaliter inquantum forma, determinata eſt ad modum cognoſcēdi per corpus, igitur cum res non dicatur impediri per illum ſtatum ad quem naturaliter tendit, relinquitur igitur propoſitum, & hæc de tranſmutatione animæ exutæ ſecundum intellectum pro poſſe dicta ſint. Secundo autē modo loqui poſſumus de tranſmutatione animæ exutæ ſecundum affectū, an ſcilicet immediatè exuta a corpore tranſmutetur ad triſtitiam, uel gaudium, pœnam uel delectationem. Ad quod reſpondetur, ꝙ animæ defunctorum malorum fidelium, vel infidelium philoſophorum immediatè mutantur in triſtitiam. Ratio eſt, quia cum ſcientiæ in hac vita acquiſitæ remaneant in anima poſt mortem, remanent etiam in ea errores, & falſæ opiniones quibus in hac vita tales decepti ſunt. Statim ergo quòd anima ſeparatur a corpore clara viſione conuertens ſe ſuper ſe, & ſuper corpus, a quo ſeparata eſt, & ſuper res alias quæ circunſtant ad certam diſtantiam utique multis ſuſpiriis, & magnis afficitur triſtitiis, quia non reperit, quæ uanè ſperabat, non reperit ſicut putabat, non collocatur inter compares ſtellas fœliciter iocando, ſicut arbitrabatur, non aſcendit ſurſum ad lucem cœli, ſed deorſum ad tenebras inferni pleni mærore, videt ſe protrahi a dœmonibus horrendis. Vident animæ hęreticorum, iudæorum, & fidelium ſuperſtitioſorum clarè, quòd ſtultè & negligenter à virtute ſalutari deuiarunt. Vident animæ illorum qui ſe huiuſmodi honoribus, delitiis, & gaudiis ex toto dederunt credentes animas hominum in morte deſinere ſicut iumentorum, quòd ingreſſi ſunt regionem ignotam, ubi contraria honoribus prioris uitæ occurrunt ubi pro dominiis temporalibus ſub-

ijciuntur uiliſſimis dœmonibus, eorum deriſionibus & opprobriis, ò quanto merore, & ſtupore talium animæ turbantur. Fidelis uerò anima adhuc ſpecialiter plures habet cauſas doloris. Primò, quia nouit ſe per fidem ad iudicium particulare deduci, ubi iudicanda eſt, uel ad paradiſum. uel purgatorium uel ad infernū, quod quidem iudicium in magna perplexitate expectat. Secundò, quia uidet ſe ante oculos Chriſti indigne ueſtitam carentem habitibus uirtutum & indutam habitibus uitiorum. Tertiò, erubeſcit, & triſtatur anima fidelis, ex recordatione & reminiſcentia peccatorum & negligentiarum, quas cum adminiſtraret corpus, commiſit. Triſtatur, quia uide tabernaculum ſuum naturaliſſimum, in quo multas delectationes habuit, uel habitura erat, in quo perfectiones ſcientiarū, & uirtutum acquiſierat, uel acquiſitura erat, iam eius inhabitationi ineptum redditum, & abominabiliter corruptum. Dolet, quòd quaſi cogatur corpus deſerere & inde exire. Dolet ſicut qui uidet domum, uel ueſtem ſibi conuenientiſſimè diſpoſitam corrumpi, & fędari, ita ut cogatur inde exire, aut non ſine dolore & gemitu illam abiicere. Dolent finaliter quædam animæ & triſtantur propter pœnas ad quas ducuntur in inferno, uel purgatorio, iſtæ ergo ſunt cauſæ triſtitiarū animæ poſt mortem, ex quibus patet quid ſit ad hanc quæſtiunculā reſpondendum ſecundum philoſophos, platonicos & theologos. Hæc Henricus de Aſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO IX.

Vtrū iudicium particulare fiat a Chriſto, uel ab Angelis.

AN iudicium particulare animæ egredientis de corpore fiat a Chriſto corporaliter,, an ab angelis cuſtodibus animarū. Ad quam ſic rn̄detur, quod iudiciū in quo animę ad ſupplicum, uel gaudium poſt mortem iudicātur, eſt duplex. Primum eſt particulare, ſic dictum quatuor rationib.

Primo,

Primo, quia non eſt uniuerſaliter omnium. Secundo, quia non eſt totalium hominum, ſed ſolum partium eo rum. Tertiò, quia in illo iudicatur anima reſpectu ad merita, uel demerita, quæ intra ipſam ſunt, aut quo rum ipſa ſecundū ſe cā fuit, uel origē. Quarto quia non ad totam pœnam inferni, quam homo meruit tunc cō demnatur, ſed ad minorem quam habebit poſt iudicium generale. Vnde nec etiam dæmones, ut uidetur uelle Auguſt. habent modo tantas pœnas quantas habebunt poſt iudicium. Et quantum ad hoc iudicium particulare dicunt quidam, quòd Chriſtus corporaliter ſecundum humanitatem prçſideat cuilibet animæ ſtatim egredienti iuxta illud. Act. 10. Hic eſt qui conſtitutus eſt iudex uiuorum & mortuorum. Et Ioh 5. Pater omne iudicium dedit filio. Sed hoc non uidetur faciliter credibile, quòd Chriſtus corporaliter totiens deſcendere de cœlo, quoties aliquis homo moritur in toto orbe, quia ſi ita eſſet, tunc innumeris ipſe uicibus, ad innumerabilia mundi inferioris loca deſcenderet, in qualibet hora, immo in qualibet particula horç, quia innumerabiles homines moriuntur, infra idem tempus paruum in toto mundo, precipuè cum peſtilentia ſimiliter uiget in diuerſis ac diſtantiſſimis regionibus, ſicut ſçpe contingit, propter quod etiam ſequi uideretur quòd Chriſtus multotiens ſimul, & ſemel deſcenderet corporaliter circumſcriptiuè ad diuerſa loca mundi inferioris, quia poteſt bene contingere, quia idem inſtans in numero, ſit primum inſtans non eſſe mille hominum ſimile morientium in diuerſis locis. Propter quod probabilius dicendum uidetur quod Chriſtus corporaliter non deſcendat ad iudicium particulare cuiuſlibet animæ, ſed ueraciter eas iudicare dicitur per angelos, quos ad morientes mittit, ut iudicium exerceant cum proceſſibus & ſentētiis eis commiſſis à Chriſto iudice principali, qui ſolus iudicandorum qualitates plene nouit. Angelus, ergo ſecundum doctores cuilibet animç deputatus, fre-

quenter

quenter aut ſemper ei aſſiſtens, qui nouit uitam, merita, & demerita eius quem cuſtodiuit, & nouit ex ſuo officio quandoque, quomodo & ubi ſit mortuus homo ſibi commiſſus datur a Chriſto & conſtituitur iudex animæ a corpore ſeparandæ, ut eam iam ſeparatam colligat, & diuagari errabundè poſt morrem hinc inde non permittat, ſed eam perducat, aut ad gaudia paradiſi, uel ad pœnas purgatorii, uel inferni. In iudicio autem communi & uniuerſali Chriſtus corporaliter de cœlo deſcendens, præſidebit iudex, & omnes ipſe iudicialiter iudicabit, quia (ut dictum eſt) ipſe eſt q. conſtitutus eſt iudex uiuorum & mortuorum, ſ. in iudicio cōi & uniuerſali. Hæc Hen. de Aſſia ſuper Gene.

QVAESTIO X.

An ſit ſpacium inter hoīs mortem & iudicium particulare.

AN in primo inſtanti non eſſe hominis uſque ad eius iudicium particulare, ſit aliquod interuallum, & ſpacium temporis. Ad quam ſic reſpondetur, quod licet generaliter reſpectu omnium animarum non ſit concedendum interuallū aliquanti temporis, inter primum inſtans non eſſe hominis, & iudicium particulare animæ, tamen reſpectu aliquarum animarum poteſt concedi aliquod interuallum & ſpacium ante iudicium a primo inſtanti non eſſe hominis, ſicut fuit in illo famoſo magiſtro laudabilis uitæ habito, Pariſiis mortuo, qui inter exequias ibidem, congregatis omnibus doctoribus, magiſtris, & ſcolaribus, (ut ibi moris eſt) ſe in feretro erigens dixit. Ad iudicium uocatus ſum. Deinde altero die dixit. Iudicatus ſum, & tertio concludendo intulit. Condemnatus ſum; per ſpacium ergo trium dierum, uel circa diſtabat concluſio iudicii ab inſtanti mortis illius, & hinc habuit originem ordo Carthuſienſium, ut creditur. Simile legitur de anima beati Hieronymi in epiſtola Auguſti. ad Cyrillum epiſcopum. Et congruenter ante iudicium particulare tale interuallum ponitur.

nitur. Tum primo, quia licet Deus omnia inſtantaneę poſſit facere, tamen ut ordo & proceſſus decens ſapientiæ & iuſtitiæ ſuæ, magis appareat; qui magis procedere conſueuit in ſuis operibus ſecundum modum & capacitatem ſeu conditionem recipientis creaturæ, ſicut in prima formatione mundi in ſex dierum ſpacio facta apparet. Nam ſapientia Dei omnia diſponit ſuauiter, ideſt ſuis ordinibus, & interuallis diſponit conuenienter, atque decenter, conuenientius interuenit aliquod interuallum. Tum ſecundo, quia anima poſt ſeparationem a corpore, intrat nouum ſtatum, & modum eſſendi ſubſtantiarum ſeparatarum, in quo quidem ſtatu, nunquam vires ſuas exercuit, quo nec experta eſt, videtur ergo etiam viribus ſuis ſeparata per aliquid tempus relinquenda, vt agnoſcat quantum vltra vires ſuas naturales, vtriuſque ſtatus eius ipſam ſupernaturaliter oportet addiuuari, uel adiuta ſit, vt cœleſtem fęlicitatem attingat, uel attingeret. Vniuerſale autem iudicium, in quo erit accuſatio animæ iudicandæ a dœmonibus & ab angelis bonis excuſatio & comparatio peccatorum & meritorum, tota cęleſti curia animabus omnibus & cunctis angelis præſentibus, non fiet conuenienter totum ſimul in inſtanti, ſed cum aliquo temporis interuallo. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

Tertium caput primæ Decadis, circa quod quinque quęſtiones abſoluuntur. De locis, & receptaculis animarum è corporibus ſeparatarum.

QVAESTIO PRIMA.

Quot ſint loca animarum è corpore ſolutarum?

QVAESTIO huius tertii capitis vnica eſt, ſcilicet quot ſunt receptacula & loca animarum è corporibus ſolutarum. Ad quam ſic reſpondetur, quòd ſecundum theologos poſt mortem Chriſti, per quem ſinus Abrahæ, ideſt limbus ſanctorum patrum fuit expoliatus, & clauſus, loca in quibus recipiuntur animæ a corpore ſeparatæ ſunt quatuor, ſcilicet Paradiſus, infernus, purgatorum, & limbus. Ratio autem huius locorum quaternitatis eſt, quia anima quatuor modis decedit a corpore. Primo enim anima decedit quandoque ſine omni culpa, ſicut patet de pueris baptizatis & de martyribus & de viris perfectis qui ędificauerunt aurum & argentum, & lapides præcioſos, ideſt Dei dilectionē, Chriſti amorem, & bonam operationem, & locus talium eſt paradiſus in quo beatificantur, eo ꝙ ibi ſunt affluentię omnis boni. Secundo, quandoque anima decedit cū actuali & mortali culpa, & tunc eius receptaculum eſt infernus, in quo damnatur, in quo eſt carentia gratiæ, pœna damni, & pœna ſenſus ęternaliter. Tertio, decedit anima cum culpa, & pœnitentia inſufficienti, & tunc eius receptaculum eſt purgatorium, in quo purgatur, vbi non eſt carentia gratię, ſicut in inferno, ſed eſt ibi pœna ſenſus & damni temporalis. Quarto quan-

doq;

doque anima decedit cum originali culpa, tunc eius receptaculum eſt limbus, in quo eſt carentia gratiæ, & pœna damni æternalis, ſed non pœna ſenſus. Hęc dominus Petrus de Taranta. Et Thom. in 4. diſtinctio. 31.

SEcunda quęſtio ſub hoc tertio capite eſt de cœlo empyræo, receptaculo angelorum & beatorum hominum. Sub qua nouem abſoluentur quęſtiunculę, quarum quęlibet infra ſcrutabitur ordine ſuo.

QVAESTIO PRIMA III. CAP.

Vtrum cœlum Empyreum ſecundum ueritatem reperiatur.

PRima quęſtiuncula eſt, Si cœlum empyreum receptaculum angelorum, & beatorum hominum ſecundum ueritatem reperiatur. Ad quam reſpondetur, quòd exiſtentia cœli empyrei humana ratione inueſtigari non poteſt. Cuius ratio eſt, quia quicquid humana ratione inueſtigatur, oportet quòd ſubiaceat mortui, & uiſui, cœlum autem empyreum eſt immobile & uiſui non ſubiectum, propter quod philoſophi naturales cœlum empyreum immobile negant, ergo. Item pręmium & locus prę mii debent aſſimilari, ſed beatitudo & gloria ſanctorum excedit inueſtigationem humanam, quia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe, ut dicit Paulus 1. Cor. Ergo nec locus congruus beatitudini inueſtigari poterit naturaliter. Propterea dicitur Prouerb. 25. Cœlum ſurſum & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile. Et Sapient. 9. dicitur. Difficile æſtimamus, quę in terra ſunt & quam in proſpectu ſunt inuenimus cum labore, quæ autem

tem in cœlis ſunt, quis inueſtigabit? Et idcirco dicunt doctores ꝙ cœlum empyreum non inuenitur poſitum niſi per auctoritates Strabi, Bedæ, & Baſilii. Nam Strabo, & Beda dicunt quòd cœlum empyreum ſtatim factum, fuit repletum angelis. Et Baſilius homelia.2. in lib. Exameron dicit. Sicut damnati in tenebras ultimas abiguntur, ita remuneratio pro dignis operib. reſtauratur in ea luce, quæ eſt extra mundum, in qua angeli, & beati, quietis domicilium ſortiuntur. Tho. 1. par. q. 71. ar. 3. & in 2. ſen. d. 2. & quolibeto 6.

QVAESTIO SECVNDA III. CAP.

Quid ſit cœlum Empyreum.

SEcunda quæſtiuncula eſt. Quid ſit cœlum empyreum. Ad quam ſic reſpondetur, quòd cœlum empyreum, eſt corpus intellectuale, & ſpirituale immobile, quietum & lucidiſſimum, inter omnia ſimplicia corpora nobiliſſimum, contemplationi gloriæ aptiſſimum, mox factum, repletum angelis. Circunſtans immediate omnes cœlos mobiles, ornatum uarietatibus præmiorum, omniumque amęnitatibus, incogitabilis pulchritudinis, & indicibilis diſpoſitionis in gloria, ut decet aulam regis ſupremi. Dicitur primo quod cœlum empyreum ſit corpus, quod ſic ſuaderi poteſt. Spes enim & intentio cuiuſcunque excitatur, & roboratur ex inſpectione alicuius exemplaris. in futura autem remuneratione ſperamus gloriam ſpiritualem & corporalem, ſicut ergo excitamur, & roboramur in ſpe gloriæ ſpiritualis animæ, exemplo beatitudinis, & gloriæ a principio mundi inchoatæ, beatorum angelorum, quorum ęqualitas nobis promittitur, iuxta illud Matth. 22 Eritis ſicut angeli Dei in cœlo, ita ſimiliter excitamur, & roboramur in ſpe glorię incorruptionis & immutabilitatis corporis ex inſpectione incorruptionis & immutabilitatis corpo-

is cœli empyrei in principio mundi creati. Dicitur ſecundo intellectuale, non quòd non habeat materiam naturalem, ſed quia non ſubiicitur uiſui noſtro. Dicitur etiam corpus ſpirituale, quia locus eſt beatorum ſpirituum & hominum glorificatorum. Dicitur etiam cœlum, a celando inuiſibilia, & dicitur empyreum qua ſi intus igneum a pyr quod eſt ignis, eo quòd conuenit cum igne in ſplendore, non in ardore. Dicitur tertio immobile, quietum & lucidiſſimum. Nam cum res omnino determinetur ex fine, & finis huius corporis ſit inhabitatio ſanctorum, oportet conditiones eius accipere ſecundum quòd conuenit ſtatui ſanctorū beatorum, propter quos creatum eſt, Et quia illi ſunt in plena participatione quietis, & æternitatis, & æternæ lucis, ideo tale corpus debet eſſe immobile quietum incorruptibile, & lucidiſſimum, quam lucem cœlum empyreum non determinat ſibi a natura ſicut facit flamma, uel ignis, ſed ſibi determinat limpidiſſimam diaphanitatem, quam habet a ſplendore glorificati corporis Chriſti, ſicut hic aer illuminatur a ſole. Vnde & Apoc. 21. dicitur. Ciuitas Dei non eget ſole, neque luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus. Dicitur 4. inter omnia ſimplicia corpora nobiliſſimum, quia ſcilicet eſt ſupremum omnium locorum corporalium. Dicitur quinto comtemplationi gloriæ aptiſſimum. Nam ſicut contemplatio Dei in qua conſiſtit fœlicitas angelorum, & hominum beatorum, ſuper omnia corporalia, eleuat intellectum.. Ita cœlum empyreum inter omnia corporalia eſt magis eleuatum, & per conſequens contemplationi magis aptum. Dicitur ſexto, mox factum, repletum angelis, non quòd ibi non ſint multa loca uacua, in quibus ſunt & erunt beati, ſed dicitur repletum ſecundum modum loquēdi noſtrum ſecundum quem dicimus aliquam ciuitatem plenam hominibus, cum in ea omnium hominum habitacula plena ſunt. Dicitur ſeptimo, circunſtans imme-

diate omnes cœlos mobiles, ideſt cœlum criſtallinum, quòd dicitur etiam aqueum propter ſimilitudinem, quam habet cum aqua congelata in diaphanitate & ſoliditate, quod cœlum aſtrologi uocant nonam ſpheram. Circundat etiam cœlum ſydereum, ideſt firmamentum in quo ſunt ſtellæ, & cœlum aereum in quo ſunt aues, diuiſum in ſeptem cœlos, ſeptem planetarum, ſcilicet Saturni, Iouis, Martis, Solis, Mercurii, Veneris, & Lunæ, in quo quidem cœlo empyreo raptus Paulus uidit Archana Dei, ideſt eſſentiam diuinam. 2. Corinth. 12. Dicitur octauo ornatum uarietate prẹmiorum. Nam ibi ſunt nouem chori angelorum orbiculares, & multæ manſiones animarum, diſtinctorũ meritorum & prẹmiorum Dicitur nono omniũ amenitatibus plenum. Nam dicitur paradiſus quaſi ortus delitiarũ cẹtera plana ſunt. De hoc loco dicitur Baruc. 3. O Iſrael quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius magnus & non habens finem. De hoc dicit Moyſes. In principio creauit Deus cœlum. & Paulus Gal. 4. Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Et eccleſia cantat. Vrbs beata Hieruſalem. Et Pſal. Vnam petii a domino & hãc requiram &c. Sed pro maiori euidentia eorum quæ in prædicta deſcriptione cœli empyrei poſita ſunt. Arguitur primo, ꝙ cœlum empyreũ nõ ſit corpus materiale, & naturale, quia corpus materiale, & naturale eſt mobiles. Cum natura ſit principium motus, materia etiam & motus ſe cõſequuntur, ſed per dicta corpus empyreum eſt immobile, ergo. Ad hoc reſpondetur, ꝙ non omne naturale eſt mobile, ſed tantum illud quod eſt generabile & corruptibile, de quo intendit philoſophus. 2. phyſi. Nec omne materiale eſt mobile. Mathematicus enim non abſtrahit ab omni materia, ſed a ſenſibili tantum. Arguitur ſecundo contra illud quod dictum eſt, ꝙ cœlum empyreum ſit lucidiſſimum, quia ſi ſic, cum alii cœli ſint perſpicui diaphani, appareret nobis undique tale cœlum. Ad hoc reſpondetur, quòd ſicut ſuſpenditur

clari-

claritas corporis Chriſti ſub hoſtia ne radiet, ita deus decreuit ſuſpendere radiationes cœli empyrei in cœlos inferiores, & hoc ne tota circumferentia cœli appareret nobis tanquā una lux continua, quia ſic non haberemus diſtinctionē ſtellarū cœli, nec diſtinctionem diei & noctis ſuper terram, quod pro ſtatu huius uitæ non expedit, ſed fortè tempore futuri ſæcul radiabit undiq; per totū mundū inferiorem, ita ꝙ nulla umbra uel obſcuritas remanebit tunc in elementis. Et conceſſo tamen quod lumen cœli empyrei multiplicetur per cœlos inferiores, quorū fortè ab eo tota uirtus dependet, tamen poteſt eſſe quòd propter longitudinem diſtantię radii claritatis eius deficiant, antequam perueniant ad nos, & ideo nobis nihil de illo apparet. Tertio arguitur contra illud quod dictum eſt, ꝙ cœlum empyreum mox creatum, fuit repletum angelis, quia ſi ſic, non fuit aliquod ſpacium uacuum ab angelo pro beatis. Reſpondet ad hoc Albertus in de.4.coœuis. Quod angeli non implent cœlum empyreum, ut locatum locū, ſed implent ſecūdum diſtinctionem hierarchiarum, & chororum, & manſionū, & quæ in domo patris multę ſunt Hęc ex Henr. de Aliia, & Th.2.ſententiarum. diſt. 12.

QVAESTIO TERTIA III. CAP.

Quid ſit dos ſpiritualis animæ, & corporis beati in cœlo empyreo.

TERTIA quæſtiuncula eſt. Quid eſt dos ſpiritualis animarum, & corporum beatorum in cęlo empyreo. Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ dotes ſpirituales animarum & corporum beatorū appellatæ ſunt ad ſimilitudinem dotium corporalium nubilium filiarum. Dos autem matrimonii corporalis ſecundum iura ciuilia ſic diffinitur. Dos eſt illud quod datur a parentibus, ſponſæ a parentibus uiri filiæ, ut facilius nubat cum ſponſa in domum ſponſi ad-

 ducitur

ducitur, unde ornetur ſponſa delectabiliter uterque ad inuicem uniantur, atque prouideatur uiro, unde poſſit ſufficienter ſponſam & liberos nutrire, inammiſſibiliter ſoluto matrimonio ſponſæ reſeruatum. Et dicitur, ꝙ dos datur natura a parentibus ſponſæ, intellige communiter. Nam propter duo contingit ꝙ ſponſus, uel pater ſponſi aſſignat dotes uice patris puellæ. Primo, propter exceſſum affectus, Nam ſponſus, uel pater ſponſi propter amorem nimium quem habet ad ſponſam dotat eam, ſicut contigit de Emor qui uoluit aſſignare dotem quam debebat recipere, & augere propter uehementem amorem filii ſui Sichem ad Dinam filiam Iacob, unde dixit pater eius. Emor ad Iacob & ad filios eius. Sichem filius meus adheſit animæ filiæ ueſtrę, date eam illi uxorem. Et ſubdit, Augete dotem, & munera poſtulate, libenter tribuam quod petieritis. Gen. 34. Secunda cauſa eſt propter commiſſum ſcelus, ſ. in pœnam ſponſi, qui uirginem corrupit, & uiolauit ſcilicet, ut uirgini a ſe corruptæ de ſuo dotem aſſignet, quam pater puellę debuerat aſſignare, ut dicitur Exod. 22. Si ſeduxerit quis uirginem, dormieritq́; cum ea, dotabit eam & accipiet eam in uxorem. Dicitur ſecundo, quòd dos datur parentib. ſponſi, uel ſponſo: nam dos debet eſſe penes eum qui ſupportat onera matrimonii, ut dicit Bartholus in l. Si is qui, & ſtichum. §. 1. ff. de iure dotium. Et intellige tu, quòd dos aſſignatur ſponſo quantum ad uſum uel ad diſpenſationem. Sponſæ uerò quãtum ad dominium & proprietatem. Dicitur tertio, filiæ, ut facilius nubat. Nam non faciliter ducitur filia cuiuſcunque ſine dote. ff. Soluto matrimonio. l. 1. Dicitur quarto cum ſponſa ad domum traducitur, nam in matrimonii inchoatione ſcilicet quando deſponſatur ſponſa, dotes promittuntur ſponſo. Sed cum introducitur ſponſa in domum ſponſi, tunc ſponſo dotes aſſignãtur. Tu tamen intellige, quòd ſi maritus cui dos promiſſa eſt, dotem non recipit, poteſt uxorem de domo expellere, ut dicit gl. in authenticis, de non ligendo ſecundo

cundo nubentes.§.fi.colla.i. Licet contrarium habeatur in cap.per ueſtras, de donationibus inter uirum, & uxorem. Dicitur quinto, ut inde ſponſa ornetur, & decoretur. Intellige ſecundum ſtatum ſuum, & morem patriæ Dicitur ſexto, ut delectabiliter uterque adinuicem uniantur. Nam dos eſt illud per quod ſponſa delectabiliter coniungitur uiro, & econuerſo. Dicitur ſeptimo, & ut prouideatur uiro unde poſſit ſufficienter &c. ut patet in l.pro oneribus. C. de iure dotium. Dicitur octauo, inammiſſibiliter &c. Nam dos cenſetur eſſe patrimonium mulierum, ut dicit Ioan. Andr. de foro competenti, ex tenore, ff. de minoribus. 25. annis.l denique §.patrimonium. Ad ſimilitudinem ergo dotium corporalium huiuſmodi dantur diuinitus ipſis beatis, quando in gloriam transferuntur aliqua dona & ad eorum ornatum, quæ dona & ornatus uocantur dotes ſpirituales, quæ dos ſpiritualis ſic diffinitur. Dos eſt perpetuus ornatus animæ, & corporis uitæ ſufficiens in æterna beatitudine iugiter perſeuerans. Sicut enim primo dos corporalis datur a patre carnali ſponſæ in dominium, & ſponſo in uſum. Sic in matrimonim ſpirituali Chriſti & animæ dantur a tota trinitate, quę eſt pater ſponſæ, ſcilicet animæ, eccleſiæ dona & ornamenta ſiue decores ſpirituales. Nam pater tenetur dotare filiam non ſolum contrahentem matrimonium carnale, ſed etiam ſpirituale, ut dicit Bald. in l. fin. C.de dotis promiſſione. Et dantur Chriſto ſponſo in deſponſationem, & eccleſiæ ſiue membris eius, ideſt animabus in dominium & proprietatem. Et ſicut in matrimonio carnali dotes dantur in ſolatium ſponſorum, & ut ſubleuetur onus matrimonii. Sic in matrimonio ſpirituali inter Chriſtum & animam per dotes ſpirituales, ideſt per ornamentum & decorem animæ fit quædam ſpiritualis iocunditas in anima principaliter ex gratia & gloria quibus nihil eſt delectabilius, per quæ anima ſponſo Chriſto delectabiliter unitur. In quo matrimo-

nio ſpirituali non ſunt onera, ſicut in corporali, ſed ſumma iocunditas ex gratia conſummata, uel gloria in cœlo. Et ſicut in carnali matrimonio dotes dantur ſponſæ in dominium, & ſponſo in uſum. Sic in matrimonio ſpirituali ornatus dantur ſponſo in uſum, id eſt inquantum tendunt ad honorem & gloriam Chriſti, ſed ſponſæ, id eſt animæ, uel eccleſiæ in dominium inquantum per eas ornantur. Et ſicut in matrimonio corporali non dantur dotes quando mulier deſponſatur, ſed cum introducitur in domum, ſic dotes ſpirituales non dantur animabus quandiu peregrinantur a domino, ut dicit apoſtolus, 2.ad Corinth. 5. Sed quando transferuntur in gloriam, in qua gloria animæ perfruuntur ſponſo præſentialiter. Et iſtæ dotes ſpirituales tanto digniores ſunt corporalibus quanto anima plus eſt, quam corpus. Iſtæ conſiſtunt in bonis interioribus gloriæ, Pſalm. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta uarietate. Sed dotes corporales deforis in bonis exterioribus fortunę. De quo matrimonio ſpirituali & dotibus, & ſponſis dicitur Apo. 19. Gaudeamus & exulte. & demus gloriam ei quoniam uenerunt nuptiæ agni & uxor eius præparauit ſe & datum eſt illi, ut cooperiat ſepiſſino ſplendente, & candido, biſſinum autem ſunt iuſtificationes ſanctorum. Hæc elicitiue ex Thom, quarto ſententia. diſt. 49. Sed hic eſt una dubitatio, Nam dictum eſt ſupra in primo. §. diffinitionis dotis temporalis quòd ſi pater ſponſi, uel ſponſus dotent puellam nubilem, uel ſponſum, dicetur uno modo ſponſus raptor puellæ & uiolator. Cum autem Chriſtus ſponſus ſponſæ, id eſt animæ dotem largiatur ſecundum illud Iſai. 41. Induit me ueſtimentis ſalutis & quaſi ſponſam ornatam ornauit me monilibus ſuis. Erit ergo Chriſtus ſecundum hoc ſponſus raptor uel uiolator animæ. Ad hoc reſpondetur dupliciter. Primo, ꝙ ſecundum canones, ſponſus dicitur, tunc raptor puel-

lę

lę, quando puella in turpi actu non conſentit. Si autem puella conſentiat non dicetur ſponſus raptor uel uiolator. Extra de raptoribus & incendiaris, cap. primo cum glo. ibi ponit gloſa caſum in terminis ſic dicens. Quidam miles uolens contrahere cum puella quadam, parentes eam illi dare nolebant, tandem de conſenſu puellę illam rapuit, & cum ea contraxit matrimonium, & carnaliter cognouit eam: Quę poſtea monaſterium intrauit, miles tanquam ſuam uxorem petit; quia ſine licentia ſui poſt carnalem copulam intrare monaſterium non potuit, dicebat illa quod non tenebatur ei tanquam uiro adhęrere, quia eam rapuerat, & raptor cum rapto contrahere non poteſt. Ad hoc reſpondet Papa quod non fuit raptus cum ipſe conſenſerit, & poſt matrimonium contractum, & conſummatum religionem intrare non potuit uiro inuito, licet rapta fuerit, quare ſi hoc conſtiterit, debet ei reſtitui. Hæc glo. ibi ad literam. Quare ad propoſitum cum Chriſtus animam in ſponſam accipit conſentientem, non in actu turpiſſimo carnis, ſed in fide, & miſericordia, ſecundum illud Oſeæ. 1. Deſponſaui te mihi in fide, & in miſericordia & miſerationibus, & 2. Corinth. 10. Deſpondi enim uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto, ergo non eſt cenſendus Chriſtus ſponſus raptor animę. Secundo etiam ad hoc dicitur, quod licet de communi iure dos detur ſponſo a ſponſa, uel ab aliquo eius nomine, quandoque tamen contingit, econuerſo, & hoc per maxime, quando grandis eſt amor patris ſponſi, uel ſponſi ad ſponſam quę pauper eſt, unde ſponſus uel pater ſponſi eam dotat, dote quā dicit a ſponſa accepiſſe, & contentatur de dote. Et ſic in propoſito ex grandi amore Dei patris, & filii, eius Ieſu. Chriſti ad animam ſponſam fidelem, datur dos patre & filio Chriſto, & contentantur cum ad eorum honorem & gloriam cedat, hęc ex theologis & canoniſtis.

4.dicit. Quod dos uiſionis, eſt quidam habitus luminoſus in intellectu, quo eleuatur ad clare Deum uidendum, & hæc dos eſt in potentia intellectiua animæ, & ſuccedit uirtuti theologicæ fidei, quæ euacuabitur, cum uenerit, quod perfectum eſt primæ Cor. 13. Secundo ab beatitudinem, uel ad operationem in qua perfecta beatitudo conſiſtit, requiritur intima præſentia, ſiue depræhenſio, ſecunda dos animę, quæ nihil aliud eſt quam in præſentia Deum habere, & in ſe ipſo ipſum tenere, & hęc compręhenſio ſequitur ex uiſione, nam cum in patria Deus uiſus non uideatur per ſimilitudinem, ſed per eſſentiam, efficitur intra uidentem, & ſic uidens tantum cognoſcit quantum ipſum cognoſcere poteſt illumq; ſecundum menſuram uidentis compręhendit, & hæc comprahenſio ſuccedit, & reſpondet ſpei, quę ibi euacuabitur. Nam ſicut ceſſat motus habita forma, ita ceſſat ſpes habito qđ ſperabatur. Cum igitur in patria erit compræhenſio, tentio, & ſecura poſſeſſio Dei, non quidem per gratiam ſicut hic, ſed per gloriam, quę nec per peccatum poterit amitti amplius, tunc ibi ceſſabit omnis ſpes, & hoc modo hęc compręhenſio pertinet ut quidam dicunt ad memoriam, quam dotem tentionis, ſic Richardus diffinit. Dos compręhenſionis eſt habitus, perfectus quo uoluntas eſt perfectè ſecura de perpetuatione tentionis Dei Tertio ad beatitudinem, uel ad operationem in qua perfecta beatitudo conſiſtit, requiritur ſumma conplacentia, ſiue delectatio, quam nominat fruitio ex parte complementi, & eſt tertia dos. Poſtquam.n. res compręhenditur, & poſſidetur, ſequitur quidem ad eam amor, & delectatio. Nam ad unionem, ſeu uiſionem maxime conuenientis ſequitur delectatio ſumma de re uiſa, & poſſeſſa. Cum igitur in patria Deum maxime intellectui noſtro conuenientem uidebimus, & compręhendemus, ſequitur, ꝙ ibi conſequenter erit ſumma delectatio, in qua perficietur noſtra fœlicitas. Et hanc dotem ſic diffinit

Richar.

Richar. in 4. Dos fruitionis, ſiue delectationis eſt perfectus charitatis habitus quo anima fruitur Deo completiuè, & in eo delectatur, & hæc dos ſuccedit charitati, & eſt in uoluntate completiue. De his tribus dotibus dixit Aug. in Enchiridion, & ponitur in 2. ſententiarum di. 1. Fecit Deus rationalem creaturam, ut ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidendo frueretur. Et Tho. eliciriue in 1. & 4. ſenten. ubi ſupra. Sed forte argues, ꝙ dotes ſunt quinque, quia Boet. 3. de conſol. ponit 5. ad beatitudinem pertinentia, quæ ſunt ſufficientia, quam promittunt diuitiæ. Iocunditas, quam promittit uoluptas. Celebritas quam promittit fama. Securitas quam promittit potentia. Reuerentia quam promittit dignitas. Reſpondetur, & dicitur, quòd iſta quinque non debent dici dotes, ſed quædam beatitudinis conditiones, quod patet, quia in uera beatitudine ſunt omnia quæ in hominibus in temporali fœlicitate quęruntur, quæ uel pertinent ad immutationum à malo ſicut ſecuritas, uel ad conſecutionem boni, & conuenientis, ſicut iocunditas, & perfecti ſicut ſufficientia, uel ad manifeſtationem boni, ſicut celebritas inquantum bonum unius eſt in notitia multorum, & reuerentia inquantum illius notitiæ, uel boni ſignum aliquod exhibetur. Reuerentia enim conſiſtit in exhibitione honoris, qui eſt teſtimonium uirtutis. Et ſic patet ꝙ non ſunt niſi. 3. dotes, ſcilicet uiſio, compręhenſio, & delectatio, ſiue fruitio. Et reſpondent, ut quidam dicunt tribus uirtutibus theologicis, ſcilicet, Fidei, Spei, & Charitati. Nam fidei reſpondet uiſio. Spei compręhenſio, uel tentio. Charitati dilectio, uel fruitio qualis habetur a beatis in patria, Hęc Thom. 4. ſcrip. ſententiarum. diſtin. 49, artic. 5,

QVAE.

QVAESTIO QVINTA. III. CAPI.

De quatuor dotibus corporum glorificatorum.

QVAERITVR, quot ſunt dotes corporum in cœlo empyreo glorificatorum. Ad quam ſic reſpondetur, quod præter tres dotes animæ dictas ponuntur etiam in corpore glorioſo 4. dotes, ſcilicet impaſſibilitas, ſubtilitas, agilitas, & claritas. Et ratio huius eſt, quia ſicut dotes animæ ſunt quidam ornatus, & quædam diſpoſitiones animæ quibus ornatur, & diſponitur, ut perfectè coniungatur Deo. Ita dotes corporales, ſunt quidam ornatus, & quædam diſpoſitiones quibus corpus glorioſum perfectè animæ ſubiicitur. Et hæ quatuor dotes quatuor uirtutibus Cardinalibus adaptantur, eo ꝙ Cardinalium uirtutum materia ſunt bona corporalia, ut ſcilicet prudentiæ, reſpondeat claritas propter cognitionem. Iuſtitię quę eſt perpetua, & immortalis, reſpondeat impaſſibilitas. Fortitudini ex qua contingit, ut nihil corpori poſſit reſiſtere, reſpondeat agilitas; temperantię qua corpus attenuatur, reſpondeat ſubtilitas. Tho. in 4. di. 49. Numerum autem harum quatuor dotium corporum doctores ſumunt a diuerſis. Nam. S. Tho ſumit numerum illarum ab his quæ anima rationalis pro pręſenti ſtatu communiter confert corpori corruptibili. Videmus enim dicit ipſe ſuper primam epiſtolam ad Cor. 15. cap. Quod ex anima corruptibili quatuor proueniunt, & tanto perfectiori modo quanto anima fuerit uirtuoſior. Nam primo, corpori dat eſſe corporale, ipſa enim eſt actus corporis. 2. de anima. Sed tunc cum erit uirtuoſior, immo in ſummo perfectionis uirtutis dabit eſſe non corporale, ſed ſpirituale, & hæc eſt dos quæ dicitur ſubtilitas. Secundo hic anima dat corpori incorruptionem, unde

unde uidemus homines, ꝙ quanto ſunt fortioris naturę, minus à calore, & frigore patiuntur, cum ergo tunc anima erit perfectiſſima, conſeruabit tunc corpus omnino impaſſibile, & hęc dos eſt impaſſibilitas. Tertio hic anima dat corpori pulchritudinem, & claritatem. Infirmi enim, & mortui propter debilitatem operationis animę in corpus, efficiuntur diſcolorati, ſed quando erit in ſumma perfectione, faciet corpus clariſſimum, & fulgentiſſimum. Et hęc dos eſt claritas. Quarto, anima hic dat corpori motum, & tanto facilius quanto uirtus animæ fuerit fortior ſupra corpus, & ideo quando erit in ultima ſui perfectione, dabit corpori agilitatem, & hęc dos eſt agilitas. hęc Tho. ubi ſupra. Dominus autem Bonauentura. 4. diſtin. 49. aliunde recipit rationes quatuor dotium corporis, ſcilicet, ex quatuor elementis, ex quibus corpus noſtrum compoſitum eſt. Nam quia elementa ſunt imperfecta, corpus noſtrum quadruplicem habet ab eis defectibilitatem. Habet enim primo corpus noſtrum ab aqua, quę eſt elementum humidum, & paſſibile corruptionem, & paſſibilitatem, & huic reſpondet dos quę eſt impaſſibilitas. Secundo corpus noſtrum habet a terra obſcuritatem, quia terra eſt elementum opacum, & huic reſpondet claritas. Tertio corpus noſtrum habet ab igne actibilitatem. Nam color continue conſumit, & ideo continue indiget homo alimonia cibornm, quibus fit corpus ſpiſſum, & groſſum, contra quę erit dos penetrabilitatis, ſiue ſubtilitatis. Quarto corpus noſtrum habet ab aere infirmitatem: aer enim facillimè immutatur, & cędit cuilibet impellenti, ſed tunc facilius mouebitur corpus per dotem agilitatis. Prima igitur dos corporis glorioſi eſt immortalitas, ſiue impaſſibilitas uigoroſa qua corpus ex uirtute animę ab omni lęſione ſeruabitur immune. Ratio huius dotis eſt iſta, quia ſicut anima erit perfecte ſubiecta Deo, ita corpus humanum, & quicquid in eo eſt, erit animę rationali perfecte ſubiectum,

& ideo in corpore glorioſo non poterit eſſe aliqua immutatio contra diſpoſitionem illam, qua perficietur ab anima. Vnde in corporibus ſanctorum poſt reſurrectionem nulla actio, uel paſſio poterit prouenire à qualitatibus elementalibus, quæ fit contra diſpoſitionem animæ, quæ intendit corpus perpetuò conſeruare. corpora enim noſtra nunc propter inæqualitatem, contrarietatem, & litem, & pugnam quatuor elementorum ex quibus componuntur, tandem corrumpuntur, & incinerantur, in die autem iudicii in beatis omnis contrarietas, & lis, & pugna, & inæqualitas reducetur ad omnimodam pacem, concordiam, & æqualitatem. Vnde Apo. 7. & 22. dicitur. In die illo mors non erit ultra, neque luctus, neque clamor, neque ullus dolor, quoniam priora abierunt. Et Pau. 1. Cor. 15. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in uictoria. Et Aug. ad Dioſcorum. Tam potenti uirtute Deus fecit animam, ut eius beatitudo redundaret in corpus, & plenitudo ſanitatis, & uigor incorruptionis. Secunda corporis glorioſi ponitur eſſe ſubtilitas uirtuoſa. Nam quanto corpora ſunt nobiliora tanto ſunt ſubtiliora, ſed corpora glorioſa inter omnia corpora ſunt nobiliſſima, ergo ſubtiliſſima. Dicitur autem quid ſubtile a uirtute penetrandi. 2. de generatione. Vnde dicitur intellectus ſubtilis, quia pertingit penetrando, uſque ad intrinſeca principia, & naturales proprietates rei latentis. Et dicitur quis habere ſubtilem uiſum, quia ad aliquid longe nimium poteſt pertingere uiſu. Et corpus, ſiue gladius ſubtilis, quia poteſt penetrare, & pertingere uſque ad intima rei. In die autem iudicii corpora glorioſa ex uirtute beatitudinis animæ redundantis in corpora, erunt tantæ actiuæ uirtutis, quòd potuerunt penetrare quæcunque corpora ſuperiora, & inferiora, multo efficacius

quam

quam aqua, uel uinum, uel ignis, uel aer, uel uentus. Aqua enim penetratiua eſt, quia ſimplex, ſed uinum multomagis. Propter quod aqua bibita cum modico uino magis refrigerat ſanum, quàm ſi biberetur ſola, quia uinum facit eam ad loca corporis efficacius penetrare, ad quæ aqua per ſe penetrare non poſſet, ut dicit Rich. in 4. diſtinct. 49. Corpora ergo ſanctorum poſt iudicium per dotem ſubtilitatis penetrabunt cœlos, ſine eorum læſione, aut fractione, ſicut nunc lux uitrum, & corpora inferiora cędent eis, penè tranſibunt montes, & ſaxa ſine reſiſtentia, & læſione, vnde oſtia, muri, clauſuræ, immo, & capſæ ferratæ cædent eis. Pſal. in nomine tuo tranſgrediar murum. Et Greg. in 4. li. mora. dicit. In die reſurrectionis, gloria erit corpus noſtrum ſubtile perfectum ſpiritualis potentiæ, ſed palpabile per uirtutem naturæ. Tertia dos corporis glorioſi erat agilitas uigoroſa. Non enim corpora glorioſa erunt grauia, quia in motu corporum glorioſorum non erit aliquis labor, ſed erunt agilia, eo, quòd anima tunc perfectè dominabitur corpori, & ideo corpus per dotem agilitati ſubiicietur animæ quantum ad imperium quo ad motum, ut ſine labore aliquo quò uult moueatur ſubito, ergo homo cum corpore mutabitur de loco ad locum, immo quaſi in momento quocunque uoluerit, diſcurret. Magna eſt agilitas aquarum currentium. Maior eſt auium uolantium. Maior ſagittarum. Maior ſolis. Maior imaginationis quæ ſubito uadit, quò uult. Sed ſupra omnes maior erit agilitas corporum glorioſorum. Vnde Iſaiæ. 4. dicitur. Current, & non laborabunt, uolabunt, & non deficient, & Sapientiæ. 3. & Matth. 13. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Quod ſi arguatur, quia ſcribitur primæ ad The. 4. Quod corpora glorioſa dicuntur ferri ab angelis, & nubibus, ergo non erunt agilia, ſed grauia. Reſpondetur, quòd corpora glorioſa non dicuntur ferri ab angelis, quia grauia, &

pro-

propter defectum agilitatis, quia tunc eorum motus eſſet cum labore, & pœna, & corpora eorum ſic non eſſent ſubiecta animabus perfectis, & beatis, ut dictum eſt. Sed dicuntur corpora glorioſa ferri a prædictis ad reuerentiam deſignandam quæ corporibus glorioſis, & ab angelis, & ab omnib. creaturis deferetur. Quarta dos corporis glorificati erit claritas glorioſa, de qua dicitur Matt. 13. Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum, quod quidem iuxta doctorum ſententiam intelligendum eſt, non de claritate ſolis ſecundum quòd nunc lucet, ſed ſecundum quòd poſt diem iudicii lucidus erit. Sed teſte Iſa. 30. cap. In die illa erit lux lunæ, ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. Sequitur, quòd minimus inter ſanctos ad minus lucebit ſepties, quàm nunc luceat ſol. Et ſi hoc uerum eſt, qui in duplo erit beatior, erit quatuordecim tantum lucidus, & ſic multiplicando de gradibus beatitudinis beatorum uſque ad uirginem, & Chriſtum, quantum ergo erit luminoſum corpus eius ſanctiſſimum? Propter claritatem ergo, & planetarum, & corporum glorificatorum (quorum unum loco ſolis ad nunc illuminandum mundum poſſet ponere Deus) dicit. Thom. in 4. ubi ſupra. Quod in die iudicii nox nullibi erit niſi in centro terræ. De hac claritate dicit Iob. 23. Non adæquabitur ei aurum, uel uitrum. Et Paulus ad Ephe. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Hic tamen notandum eſt, quod Chriſtus non habuit dotem claritatis, ſicut nec etiam alias dotes. Nam neque angeli, neque Chriſtus habuerunt dotes. Non quidem angeli cum ipſi non habeant rationem ſponſæ, quæ conformitatem naturæ cum ſponſo habere debet. Nec etiam Chriſtus habuit dotes, quia dos aſſignatur ſponſæ, & non ſponſo. Chriſtus autem eſt ſponſus, & non ſponſa. Ioann. 3. ergo. Vnde non eſt dicendum ſicut dicit Hugo de Sancto Victore, quòd

Chriſtus

Chriſtus aſſumpſit quatuor dotes. Claritatis in tranſfiguratione. Agilitatis ambulando ſuper mare. Subtilitatis egrediendo de clauſo utero uirginis, & impaſſibilitatis in cœna quando dedit corpus ſuum ad comedendum ſine hoc quòd diuideretur, quia dotes nominantur, & ſunt quædam naturalia. Sed claritas Chriſti in transfiguratione fuit miraculoſa, ſicut, & quod ambulauerit ſuper undas maris, quòd ſine uiro conciperetur, & quòd clauſo uirginis utero exiuerit, & alia huiuſmodi, ut dicit Th. 4. ſen. di. 59 ar. 3. Sed forte quęres, utrum claritas corporis glorioſi poterit naturaliter uideri ab oculo non glorioſo? Reſpondetur quòd ſic, nam claritas corporis Chriſti cui aſſimilabitur, uiſa fuit ab oculis diſcipulorum non glorioſis. Et impij uidebunt claritatem iuſtorum, ex quo torquebuntur ergo & claritas corporum beatorum poterit videri ab oculis non glorioſis, & conſequenter uidebitur gloria animarum intra corpora glorificata poſitarum, ſicut in uitro cognoſcitur color corporis, quod in uaſe uitreo continetur; propterea Greg. dicit: Ibi quippe uniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abſcondet, ſed patebit animus corporalibus oculis, & ipſa etiam corporis harmonia. Sicque uniuſcuiuſque tunc mens erit conſpicabilis alteri, ſicut nunc eſſe non poteſt conſpicabilis ſibi &c. Si autem quæratur utrum neceſſario illa claritas uideatur. Dicitur quòd non, nam in corpore glorioſo eſt ſumma obedientia ad animam, ergo in uoluntate, & poteſtate animæ erit quòd corpus ſuum uideatur, uel non, ſicut corniculus oſtendit ſuam claritatem quando uult, aut non, ſicut ſibi placet, & Chriſtus diſparuit quando uoluit ab oculis diſcipulornm in Emaus, & quando uoluit uiderunt eum, & cognouerunt, propterea dicit Augu. 19. de ciui. Dei c 27. Imperabit Deus homini animus corpori, &c. Iſtas quatuor dotes Paulus. 1. Cor. 15. poſuit dicens. Stella differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum Seminatur

natur, ſcilicet corpus corruptibile, & ſepelitur in corruptione in terra. reſurget in incorruptione, ſcilicet immortale. Ecce immortalitas ſiue impaſſibilitas. Et dicitur ſeminatur, ſcilicet mortuus dum ſepelitur. Nam apoſtolus uocat ſepelire, ſeminare. Sicut enim granum ſeminatur, ut faciat fructum, ita ſeminatur corpus, & ſepelitur, ut reſurgat glorioſum cum fructibus. Sequitur textus. Seminatur corpus animale, & groſſum materiale, ſurget corpus ſpirituale, ſcilicet quò ad omne animæ imperium, quò ad motum, uel quia habebit conditiones ſpiritus ad penetrandum ubique ſine fractura, ecce dos ſubtilitatis. Seminatur in infirmitate, ideſt ſepelitur corpus infirmum ab anima de difficili mobile, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sapien. 9. Surget in uirtute, ideſt in immobilitate, ſcilicet ſecundum uoluntatem animæ, & per dotem agilitatis. Seminatur, id eſt ſepelitur corpus ſecundum Ambr. in ignobilitate oſcuritatis, & deformitatis, ſurget in gloria, ideſt cum claritate, & formoſitate per dotem claritatis. De iſtis quatuor dotibus dicebat Aug. 22. de ciuita. Dei c. 20. Aberit a corporibus noſtris omnis tarditas, omnis deformitas, omniſque infirmitas, omniſque corruptio. Tunc uerificabitur illud Prouer. ultimo. Omnes domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus, ſcilicet dotibus animæ, & corporis. Tunc uerificabitur illud Apo. 6. Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt, ut quieſcerent adhuc modicum tempus donec impleretur numerus confratrum ſuorum. Et tunc dicet anima illud Iſa. 61. Induit me dominus ueſtimentis ſalutis, & quaſi ſponſam ornatam me ornauit monilibus ſuis.

QVAESTIO SEXTA. III. CAPI.

An dotes animarum, & corporum in cœlo ſint idem cum beatitudine ipſarum.

QVAERITVR, Si dotes animarum, & corporum in cœlo empyreo ſint idem cum beatitudine ipſarum. Ad quam reſpondetur negatiue dicendo, quòd dos differt a beatitudine in quinque, ſcilicet in ſubiecto, in numero, in modo, uocabulo, & in termino. Primo differt in ſubiecto, quia beatitudo ineſt homini ſ'm illud quod eſt potiſſimũ in eo, ſ. ſecundum intellectum, ut dicit philoſophus. 1. Ethico. Sed dos eſt etiam in corpore. Secundò dos differt a beatitudine in numero, quia beatitudo eſt una tantum, dotes uero ſunt plures, ut pátuit ſupra. Tertio differt in habendi modo, quia dos datur ſine meritis, ſed beatitudo non datur, ſed redditur. Quarto differt in ſignificato, quia dos eſt quidam ornatus corporis, & animæ, ideſt quidam decor beati, æterna beatitudine iugiter perſeuerans, ut dictum eſt. Sed beatitudo proprie loquendo, non eſt ornatus animæ, ſed aliquid quod ex ornatu prouenit. Quinto differt in termino, id eſt in fine ultimo, quia dos ordinatur ad delectabilem unionem; quod patet, quia dos eſt illud per quod ſponſa delectabiliter iungitur ſponſo. Sed beatitudo non ordinatur ad coniunctionem, ſed eſt ipſa coniunctio animæ cum Chriſto, quæ eſt per operationem, ideſt per ipſam Dei claram uiſionem. Vnde dotes non ſunt ipſa beatitudo, ſed ſunt quædam diſpoſitiones, uel qualitates, uel ornatus ex quibus beati ad beatitudinem ordinantur, ita quòd dotes ſunt bona diſponentia ad coniunctionem cum Chriſto per operationem, id eſt, per immediatam uiſionem. Tho. in 4. ſenten. di. 49. arti. 2. elicitiuè.

QVAE-

QVAESTIO SEPTIMA. III. CAPI.

An ad ueram, & perfectam beatitudinem aliud neceſſario requiratur, ultra quatuor dotes prædictas.

QVAERITVR, Si ultrà dotes prædictas quicquam aliud neceſſario requiratur ad ueram, & perfectam in cœlo empyreo beatitudinem. Ad quam reſpondetur affirmatiue ꝙ ſic. Nam ultrà dotes requiruntur tria, ſ. diuinæ gratiæ influentia, luminis gloriæ refulgentia, diuinæ eſſentiæ clara euidentia. Primo requiritur influentia diuinæ gratiæ, ꝓbatur ratione, auctoritate, & ſimilitudine. Nam nullus intellectus creatus angelicus, uel humanus, ſuà naturali uirtute poteſt pertingere, ubi conſiſtit perfecta beatitudo: habitat enim Deus lucem inaceſſibilem, & nos cum creati ſumus, ad increatum, & diuinum nō attingimus naturaliter, ſed ad creatum, & finitum, ergo indigemus diuina gratia, ꝑꝑ hoc Paulus. Ro.6. dicit. Gratia Dei uita æterna, ideſt uita quæ eſt uiſio Dei, & Ieſu Chriſti, quem miſit pater in mundum, eſt ex gratia Dei. Et primæ ad Thim. 6. Deus lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum uidit. Vbi gl. dicit ꝙ nullus hominum ad eam ex ſe accedit, ſed cui datur ex dono Dei, donum autem Dei eſt gratia eius. Et Ambro. ſuper Lucam cum Augu. in lib. de uidendo Deum dicunt. Non eſt in poteſtate noſtra uidere Deum, ſed in poteſtate illius apparere. Et ſubdit. Si non in poteſtate noſtra uidendi Deum, eſt tamen in poteſtate noſtra gratia promerendi, ut uidere poſſimus. Et probatur etiam ſimilitudine. Nam ſicut aqua quę inferior eſt igne, non poteſt eſſe calida niſi per ignem ſuperiorem, ita intellectus creatus, naturaliter infra Deum, ad diuinam eſſentiam ſurſum ferri non poteſt, niſi uirtute gratiæ ipſius. Et ſicut ferrum

graue ſurſum trahi non poteſt niſi uirtute ſuperioris magnetis, ita intellectus humanus grauis ad Dei eſſentiam, non niſi per gratiam eius eleuari poteſt. Secundo requiritur refulgentia luminis gloriæ, non quidem ex parte diuinæ eſſentiæ, quæ de ſe abſque medio maxime eſt intelligibilis, ſed ex parte intellectus noſtri, ut ſcilicet habilitetur, fortificetur, & eleuetur. Primo quidem ut habilitetur, quia ſicut lux non recipitur in corpore, niſi corpus diſponatur per diaphanum, ideſt per tranſparentiam diſponentem corpus ad ſuſceptionem luminis, ita intellectus noſter non ſuſcipit iſtum actum, ſcilicet uidere diuinam eſſentiam niſi diſponatur per lumen gloriæ. Item, ut fortificetur, nam ita eſt debilis intellectus noſter creatus, & naturalis, reſpectu diuinę eſſentiæ, ſicut oculus ueſpertilionis ad lumen ſolis. 2. meth. ideo Pſal. dicit. Amictus lumine ſicut ueſtimento. Item, ut eleuetur, nam cum diuina eſſentia diſtet in infinitum a quolibet intellectu creato, intellectus creatus ei non coniungeretur, niſi ad uiſionem eius eleuaretur per lumen gloriæ, quam uirtutem eleuandi lumen gloriæ non habet ex uirtute propria, cum ſit etiam quid creatum, ſed ex uirtute quam ad hoc ſortitur à Deo, de quo lumine dicitur in Pſal. In lumine tuo uidemus lumen. Tertio requiritur ad perfectam beatitudinem diuinæ eſſentiæ clara euidentia, nam nunc Deus cognoſcitur a nobis, per creaturas, & per imaginem ipſarum, & ueſtigia, unde dicit. Damaſce. Non dimiſit nos Deus in omnimoda ſui ignorantia, ſed omnibus cognitio exiſtendi deum ab ipſo inſerta eſt. Sed oportet quod in patria altiori modo cognoſcatur, ſcilicet per gloriam, & hoc modo clare uidebitur eſſentia Dei, nec poſſet eſſe aliter. Primo, quia deſiderium ſanctorum aliter eſſet fruſtratum, quod eſſe non poteſt. Deſiderium autem eorum eſt illud Moyſi. Exod. 33. Oſtende mihi gloriam tuam, & illud Philippi. Ioann. 13. Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Item præ-

mium

mium in hoc conſiſtit, quòd Deus uideatur perfectè, & cognoſcatur, ſed hoc non poteſt eſſe niſi per eſſentiam, uideatur, ergo. Hæc ex Thom. 3. contra Gentiles, & Alexandro de Ales. 3. parte ſummę.

QVAESTIO OCTAVA.
III. CAPI.

Vtrum quinque ſenſus corporis glorificati, beatificabuntur.

QVAERITVR, Si quinque ſenſus exteriores in glorificatis corporibus in cœlo empyreo beatificabuntur. Ad quam uidetur quibuſdam reſpondendum negatiue, & primo ſic. Nam ſi quinque ſenſus deberent beatificari, hoc eſſet per actuationem cuiuſlibet reſpectu obiecti ipſius conuenientiſſimi, ſicut potentia intellectiua beatificatur in clara uiſione obiecti nobiliſſimi, quod eſt diuina eſſentia, & de uoluntate quæ beatificatur in dilectione ſummi. Si ergo potentiæ ſenſitiuæ erunt finaliter beatæ, erit quælibet earum perfectè actuata reſpectu obiecti nobiliſſimi, & conuenientisſimi, cuius eſt capax. Sed non uidetur quæ erunt, uel eſſe poterũt illa obiecta, in quibus beatificentur præcipue tres ſenſus inferiores, ſcilicet olfactus, guſtus, & tactus, cum res ſenſuales, in quibus illi ſenſus delectantur non erunt in regno cœleſti, quia ibi non erit temperies inter frigus, & æſtum, non erit ſitis, neque eſuries, non fragrantiæ aromatum, non applicatio rerum ſapidarum, ſed erunt omnes ſicut Angeli Dei, non manducantes, non bibentes, nec generationi uacantes, dicente Saluatore: Matt. 22. Saducceis carnaliter de ſtatu futuræ beatitudinis ſentientibus. Erratis inquit neſcientes ſcripturas neque uirtutem Dei. In reſurrectione enim neque nu-

bent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo, ergo non poterunt beatificari quinque ſenſus hominum glorificatorum. Sed in contrarium eſt Auguſt.li. de perfectione iuſtitiæ hominis, ubi dicit, quod in plenitudine charitatis patriæ, implebitur præceptum illud. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus uiribus, quod eſſe non poſſet, niſi operatio, & uſus omnium humanarum uirium, & potentiarum in patria, in obiectis ſuis quietarentur, ut declarat Tho. in 4. di. 44. ar. 6. Ad hanc dubitationem reſpondeo, dicendum eſt ꝙ dupliciter loqui poſſumus de beatificatione ſenſuum exteriorum hominis glorificati, uidelicet aut quãtum ad obiecta eorum, aut quantũ ad actus. Si loquamur quantum obiecta, dicitur, ꝙ quelibet potentia habebit obiectum ſuũ. Nam uiſus habebit obiectum, corpus Chriſti, quod inter omnia corpora pulcherrimum erit, & gratiſſimum ad uidendum unde Ioan. 29. Scio ꝙ redemptor &c. uſque in ſinu meo. Auditus habebit obiectum Chriſtum, naturalibus organis uocem formantem, Pſal. Auditui meo dabis gaudium, & letitiam, & hoc dupliciter, ſcilicet cantando, & loquendo. De loquendo dicitur. Cant. 5. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus meus locutus eſt, dicit ſponſa laudans Chriſtum ſponſum. De cantando hab[illegible] in officio beatæ Agnetis dicentis. Amo Chriſtum, in cuius talamum introiui, cuius mater uirgo eſt, cuius pater fœminã neſcit, cuius mihi organa modulatis uocibus cantant. Erit ẽt ibi cantus aliorum ſanctorum, de quo dicitur, ab eccleſia. In ciuitate dñi clarere ſonant iugiter organa ſanctorum. Et in hymno dedicationis, dicitur. Omnis illa Deo ſacra, & dilecta ciuitas, plena modulis in laude, & canoro iubilo, trinum Deum unumque, cum fauore prædicat, Erit ibi cantus angelorum, ſed non corporaliter. Sed ut dicit Chryſoſtom. Cantus eorum eſt diſcurſus unius, poſt alıud circa attributa, & alias perfectiones Dei, qui cum intelligunt diſcurrendo letantur, & iubilant in cognoſcendo,

ſcendo, & affirmātes replicant ad unumquodque. Sanctus, ſanctus, ſanctus. Odoratus habebit obiectum ſuum, ſcilicet corpus Chriſti, de quo dicitur Cant. 1. In odore unguentorum tuorum, ideſt non unius ſimplicis aromatis, ſed quaſi in mixtura omnium odorum, Ideo adoleſcentulę, ideſt omnes creaturę electę &c. Tactus habit obiectum ſuum, ſcilicet corpus Chriſti, & carnes aliorum ſanctorum. Guſtus habebit obiectum ſuum, ſuauitatem corporū glorificatorum. Pſal. Guſtate, & uidete &c. Si autem nos loquamur de actuatione ſenſuum, ſcilicet ſi uere odorabunt, uerę comedent, uere tangent, &c. Dicitur, quod circa hoc quintuplex eſt modus dicendi. Primus eſt, ꝙ in glorificatis corporibus ſenſus erunt ſuſpenſi ab oī actu, ratione uehementiſſimę cōuerſionis intellectus ab obiectum beatificum, quemadmodum accidit in uehementibus, & profundis contemplationibus in quibus contingit taliter hominem capi, ut oīs ſenſus ita deſtitutus ſit uiribus, ꝙ etiam obiectis applicatis non ſentiunt. Si ergo hoc facere poteſt contemplatio paſſibilis uię, uidetur à fortiori, ꝙ ſimilem ſuſpenſionem ſenſuum facere poſſit beatifica contemplatio, quæ erit in patria. Nec uidetur quare ibi ſenſus a ſenſibilibus actuari oporteat, ubi intellectus omnium ſenſibilium ſpecies, & differentias clare conſpicit in uerbo. Secundus modus dicendi eſt, ꝙ ſenſus glorificati corporis, non erunt deſtituti uiribus modo ſuperius dicto, immo erunt in eis actus longe ꝗ̄ hic, perfectiores. Aliqui tamen ſenſus quorum obiecta non congruunt regioni cœleſti, ut olfactus, guſtus, tactus, erunt ibi ſine actuatione à propriis ſuis obiectis. Et alij ſenſus, quorum obiecta ſtatum hominum taliter diſpoſitorum decent, aut illam regionem decorant, ibi actuabuntur ab obiectis ſuis conuenientiſſimis, ut uiſus in claritate luminis, & forte etiam auditus. Tertius modus dicendi eſt, quòd in regione illa cœleſti, quomodocunque diuina diſpoſitione, ſicut erunt realiter obiecta conuenien-

tiſſima omnium ſenſuum, ut dictum eſt. Ita etiam erunt actuationes omnium reſpectu obiecti conuenientiſſimi, quia non uidetur quid prohibeat corpora glorificata eſſe diuerſorum colorum, & fragrare odoribus, & ſonare uocibus ſuauiſſimis, poteſt etiam corpus Chriſti glorioſum, obiectalem influxum obiectorum quinq; ſenſum supplere, ſupplet ibi obiectum uiſus,iuxta illud Apo.21. Et ciuitas illa non eget ſole, neq; luna,ut luceant ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus. Quartus modus dicendi eſt ꝙ quilibet ſenſuum erit conuenientiſſimè actuatus,non quidem ex influxibus obiectalibus obiectorum propriorum, ſed diuina eſſentia tales influxus ſupplebit, ſicut fieri poteſt, cum obiectaliter influere pertineat ad potẽtiā actiuā. Et per hoc uidetur eſſe, ꝙ finaliter hominibus glorificatis Deus erit oīa in omnibus Vnde B. Aug. 22.de ci. Dei c.ul.dicit. Quid.n. eſt aliud quod per prophe. dicitur. Ero illorū Deus, niſi ego ero unde ſatientur. Ego ero quæcunq; honeſte deſiderantur, & uita, & ſalus, & uirtus, & copia, & gloria, honor, pax, & oīa bona. Sic.n. & illud intelligitur qđ ait apoſtolus. Vt ſit ipſe oīa in omnibus, ipſe.n. erit finis omnium deſideriorū. Quintus modus dicendi eſt prædicabilis, ſcilicet quod potentia uiſiua uidebit non per intellectum, ut nunc faciunt ſancti, ſed per actum uidendi intramittendo, & ſuſcipiendo ab obiecto, ut dicit philoſphus in de ſenſu, & ſenſato. Et tunc adimplebitur illud Lucæ. 3. Videbit omnis caro ſalutare Dei, ideſt Chriſtum. Et Iſaiæ. 33. Regem in decore ſuo uidebunt, & oculi eorum cernent terram de longe. Vnde nec differentia ſituum, nec altitudo corporum, uel montium poterit impedire uiſionem oculorum ſanctorum. Et Auguſtinus 22. de ciuita. Dei dicit. Durum eſt dicere, quod ſancti talia tunc corpora habebunt, ut non poſſint oculos claudere, & aperire, cum uelint, ſed habebunt oculi illi corporei officium ſuum, uteturque

Ilis ſpiritus per ſpirituale corpus. Sed uidetur, quòd oculi glorioſi cum erunt lucidiſſimi actu non poterũt recipere ſpecies uiſibiles ab obiectis, & per conſequens ibi non erit actus uidendi. Exemplum patet in ſpeculo quod directè ponitur ſub radio ſolis. Speculum enim tunc non recipit ſpeciem corporis oppoſiti. Ad hoc reſpondet Sanctus Thom. in 4. diſtin.44. quod intentio luminis non impedit receptionem ſpeciei in pupilla, dummodo remaneat natura diaphani ut patet in aere qui quanto plus illuminatur, tanto magis uidetur niſi ſit defectus ex parte uidentis. Quod autem in ſpeculo non fiat ſpecies in radio ſolis, non accidit ex lumine, ſed ex hoc quod ſpecies in ſpeculo fit per reflexionem, quod non contingit in pupilla. Reflexio autem non fit niſi in aere opaco, fortitudo autem radij remouet opacitatem à ſpeculo, & ideo ſpecies non reſultat. Erit ſecundo ibi actus proprius aurium, ſenſibiliter. Nam aures beatorum corpornm non erunt, ut idolorum, ſed audient uoces & laudes reales domini, Iſai. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea gratiarum actio, & uox laudis. Et Pſalm. Exultationes Dei in faucibus eorum. Vbi dicit Aug. Quod corda & linguæ non ſufficient laudare Deum. Et Thom. in quarto diſtinctio.44. dicit quod laus uocalis erit in patria, erunt etiam ibi ſpecies cantus, non ſolum deciſæ ab obiecto, ſed etiam aliorum animalium per ſpecies influxas adeo. Non enim erunt philomenæ, & cętera animalia cantantia, ut præſentialiter fluant uoces, & cantus ab ore eorum. Sed huiuſmodi cantus erunt deſuper influxi. Nec erit falſum iudicium ſanctorum audientium, ſicut in freneticis, ſed cognoſcẽt deſuper ſic uerum eſſe: hoc modo loquitur Canti. 2. Flores apparuerunt in terra noſtra, uox turturis &c. Audientur etiam ibi riſus, ut dicit Thom. quolib. 10. ſecundum illud Iob. 8. donec impleatur os tuum riſu. Erit tertio uſus & actus proprius ſenſibilis odoratus narium, ut dicit Thom. in quarta
diſt.

diſtin.44. Cum eccleſia cantet,quod odor ſuauiſſimus erunt corpora ſanctorum, aliter enim eſſent, ut idola. Et plus hic emitterent odorem oſſa ſanctorum, q̃ ibi corporum. Et probatur etiam ratione, nam ſi de cadaueribus damnatorum corporum aſcendet fętor, ut dicitur Iſai. 24. Apoc. 14. ut damnati puniantur in fętore, ſecundum illud Pſal. Ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum, ergo de corporibus ſanctorum aſcendet odor, ut ſancti etiam pręmientur in odore. Quod ſi arguatur ꝙ requirit mixturam calidi, frigidi, humidi, & ſicci, contrariorum, quę ubi ſunt ibi neceſſe eſt eſſe corruptionem. Cũ ergo corpora ſanctorum ſint incorruptibilia ergo. Ad hoc dicitur, ꝙ dos impaſſibilitatis donata ſanctis, facit eos incorruptibiles, licet habeant ueras carnes compactas ex humido, & ſicco, calido, & frigido, reductis ad proportionem optimam, unde & ſunt corpora idonea, ut ſint odorifera, & ſuauiſſima. Erit quarto actuatus guſtus ſanctorum, non in alimento, ſed ut dicit Thom. in 4. diſt. 44. quantum ad ſaporum iudicium. Vnde Iob. 6. dicitur, quis guſtare poterit, quod guſtatum affert mortem? quod quidem iudicium ſaporum erit (ut dicit Thom. ubi ſupra) per immutationem linguę ab aliqua humiditate coniuncta. Quod ſi contra arguatur, quia ſi ſic, ſequeretur, ꝙ ſaliua eſſet pręmium eſſentiale ipſius guſtus. Reſpondetur dupliciter. Vno modo, quod guſtus fiet in actu, per immutationem ſpiritualem ſiue intentionalem abſq; ſumptione cibi, & maſticatione facta a corpore Chriſti, & corporibus ſanctorum, mediante ſapore eius formaliter inhęrente: quę corpora ſi maſticata fuiſſent ante glorificationem, nata fuiſſent immutare ſuo ſapore ipſum guſtum. Secundo, dicitur ꝙ Thom. non dicit, ꝙ ſaliua immutabit guſtum ſanctorum, aſſertiuè, ſed reliquit illud in dubio, de cuius guſtus actuatione, dicit Pſalm. Guſtate & uidete quoniam ſuauis &c. Erit quinto actuatus ſenſus, tactus, unde Tho. dicitur, Infer digitum tuum &c.

Vnde

Vnde dominus Ieſus, dixit Mariæ Magdalenæ uolenti cum tangere. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum, quaſi diceret, quando ero ibi, tangetis. Et probatur hoc rationibus. Primo, quia ibi ſenſus tactus non eſt ſicut idolorum. Secundo, quia hic ſenſus non erit cęteris ſenſibus actuatis inferior. Tertio, quia totum hominem oportet beatificari in Chriſto, & fœlicitari, quod non eſſet ſi deficeret a ſua actione tactus, ergo omnes quinque ſenſus beatificabuntur. Viſus dicit. Video bona domini in terra uiuentium. Auditus. Audiam quod loquatur in me dominus deus. Odoratus. In odorem unguentorum tuorum currimus &c. Guſtus. Guſtate, & uidete quoniam ſuauis eſt dominus. Tactus Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quis autem iſtorum quinque modorum erit, quo uerius uires, & potentiæ inferiores beatificabuntur, mortalibus non conſtat; propterea dicit Auguſt. 22.de ciuit.dei.cap. vltim. Temere inquit diffinire non audeo, quod cogitare non ualeo, Sufficere tamen debet mortalibus hoc ſcire, & credere, ꝙ quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, pręparauit Deus ijs qui diligunt eum, Sed forte ſapienter dubitabit quiſquā adhuc circa actum odoratus, & auditus. Nam primo ſenſus odoratus in actu ſuo eſſe non poteſt, niſi aliqua corruptione facta, quia odor non ſentitur ſine aliqua fumali euaporatione, quę in quadam reſolutione, & corruptione conſiſtit, poſt reſurrectionem uero nihil corrumpetur quia tota creatura ueſtietur quadam uirtute incorruptionis, ergo ſenſus odoratus non erit ibi in actu. Ad hoc reſpondet Thom. in 4.d.44. dicēs. Quidam poſuerunt, quod odor nihil aliud eſt quam quædam fumalis euaporatio, ſed hęc poſitio non poteſt eſſe uera, quod patet ex hoc quod uultures currunt ex odore percepto ad cadauer ex locis remotiſſimis, nec eſſet poſſibile, quod euaporatio aliqua pertingeret a cadauere ad tam remota loca, etiam ſi to-

tum

tum reſolueretur in uaporem, & præcipuè cum ſenſibilia inæquali diſtantia ad quamlibet partem immutent. Vnde odor quandoque immutat medium, quandoque & inſtrumentum, ſpirituali immutatione, ſine aliqua immutatione pertingente ad organum. Sed quod aliqua euaporatio requiratur, hoc eſt, quia odor in corporibus eſt humiditate conſperſus. Vnde oportet reſolutionem fieri ad hoc ꝙ percipiatur. Sed in corporibus glorioſis, erit odor in ultima ſua perfectione nullo modo per humidum ſuppreſſus, unde immutabit ſpiritu ali immutatione, ſicut odor fumalis euaporatio nis facit, & ſenſus odoratus in ſanctis, quia nulla humiditate impedietur, cognoſcet non ſolum excellentias odorum, ſicut nunc in nobis non contingit propter nimiam cerebri humiditatem, ſed etiam nimias odorum differentias. Secundo dubitatur circa actum ſenſus auditus, ſcilicet ſi in cœlo empyreo erit laus uocalis, & ſi formabuntur ibi uoces, & uidetur quod non. Nam omne corpus in quo formatur uox, & per quod fit motus, in medio oportet ꝙ contineat aerem, & ſit diuiſibile, per denſitatem & raritatem. Sed ſi in cœlo empyreo erit laus uocalis, ut dicunt aliqui, & ſancti inambulent per illud, ut dicitur Sapient. 3. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillę in arundineto diſcurrent, ergo erit ibi aer, & condenſatio, & rarefactio aeris. Sed ubicunq; eſt denſitas & raritas, eſt generatio, & corruptio cum ſint quædam principia corruptionis, & generationis, ergo oportet dicere uel quod ibi non ſit uox laudis, nec motus per medium. Aut ſi dicatur, quod ſit ibi uox laudis dicere oportebit, ꝙ ibi ſit aer & condenſatio, & rarefactio & per conſequens generatio, & corruptio, & duo corpora poſſint eſſe ſimul, quæ omnia repugnant excellentiæ corporis cœli empyrei. Ad hoc reſpondet Thom. 2. ſenten. diſt. 2. q. 2. ad quintum argumentum quæſtiunculæ ſecundæ dicens, quòd cœlum empyreum eſt locus angelorum, animarum, & hominum. Angelorum autem & anima

rum

rum exutarum conſtat quòd non erit in cœlo empyreo laus uocalis. Sed utrum hominum ſit futura laus uocalis poſt iudicium, quidam dicunt quod non, ſed ſolum mentalis, quæ dignior eſt, quia non erit ibi reſpiratio quam requirit uox 2. de anima. Alii dicunt, quòd ibi erit uocalis laus, ut nihil in ſanctis uacet a laude diuina, neque mens neque lingua. Quomodo autem eſſe poſſit ita dicunt, quòd, ſi in pulmone & inſtrumentis uocalibus eſt aer naturalis complantatus ſicut & animalia quæ habent etiam ſpiritum cõplantatum, & per illum aerem potuerunt ſancti uoces formare, & hoc quantum ad aliquid uidetur eſſe conueniens, quia ad formationem uocis, non eſt neceſſaria expulſio, uel attractio aeris, unde reſpirando, uel expirando non poteſt animal uocem formare, 2. de anima, ſed quo ad aliquid, uidetur inſufficiens, quia ad uocem non tantum exigitur aer interior, ſed etiam exterior cuius confractione & motu ſonus deferatur. Propter hoc addendum eſt, & dicendum quòd quædam ſenſibilia deferuntur ad ſenſum, & ſecundum eſſe ſpirituale tantum, ſicut ſpecies colorum. Quædam autem contingunt organum ſecundum eſſe ſuum materiale, ſicut in guſtu, & tactu. Quædam uero deferuntur utroque modo, ſicut ſpecies odorum cum permixtione fumalis euaporationis, quandoque tamén ſpecies extenduntur ultra fumalem euaporationem, & ſimiliter de ſono, & motu, ibi tamen ſpecies ſoni defertur ſecundum eſſe ſpirituale tantum: unde non oportebit eſſe motum in medio, aut fractionem, aut condenſationem. Vel poteſt dici, quòd erit etiam ibi confractio cœli empyrei, nec hoc cedet in eius ignobilitatem, quia erit inſtrumentum motum a lingua glorificata, & materia uocis prolatæ in laudem diuinam, nec propter hoc ſequitur quod ſit generabile, & corruptibile, quia raritas, & denſitas ſunt equiuocè dicta in illo corpore, & illis corporibus, ſicut etiam ponunt aſtrologi inter duas ſpheras, quæ non poſſunt ſcindi, eſſe aliquód ſpacium repletum

tum corpore diuiſibili eum in illo ſpacio ſit motus planetarum, ſecundum motum epicicli. Item per mi raculum fieri poteſt ꝙ duo corpora ſint in eodem lo co, quòd oportet eſſe ad minus dum corpus glorioſũ ſupra cœlum empyreum transfertur mediante cœleſti corpore, quod non ſcinditur. Quid autem de his uerum ſit, incertum eſt, quia nec fide determinatur, nec pro batur ratione. Ex Thoma & Henrico de Aſſia elicitiuè.

QVAESTIO NONA, III. CAP.

Quid, & quot ſunt aureolæ, quæ nonnullis beatis dantur.

QVAERITVR Quid, & quot ſunt aureolæ quaſi parafernales, martyrum, confeſſorum, & uirginum, in cœlo empyreo. Ad quam re ſpondetur, ꝙ aureola eſt quoddam gaudium accidentale, quo beati gaudent de bonis operibus a ſe factis, quæ per uictoriam acquiſiuerunt. Nam uictori bus corona datur. Circa quam aureolam, quatuor de clarabuntur, ſcilicet eſſentia, ſufficientia, eminentia, correſpondentia. Primum eſt eſſentia, nam dictum eſt, quod aureola eſt gaudium quoddam accidentale. Pro quo ſciendum eſt, ꝙ in beatis eſt duplex gaudium, ſcilicet eſſentiale, & accidentale. Primum enim præ mium, uel gaudium beatorum eſt eſſentiale, quod con ſiſtit in perfecta coniunctione animæ ad Deum, per ui ſionem & fruitionem Dei, inquantum anima perfectè coniungitur Deo, uidendo, amando eum, & fruen do, & hoc præmium ſimilitudinariè corona aurea no minatur triplici ratione. Primo ſigni, quia corona eſt proprium ſignum regiæ dignitatis. Sed per iſtud præ mium eſſentiale quod in Dei uiſione conſiſtit, quodam modo efficitur homo particeps diuinitatis, & per con ſequens regiæ dignitatis, ut dicitur Apo. 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes. Secundo hoc præ mium

mium eſſentiale uocatur corona ratione circuli. Nam figura circularis eſt perfectiſſima, eo quòd nihil ſibi addi poteſt quin ſit ea minus, & ſignificat præmium, & gaudium eſſentiale beatorum, cum nullum præmiũ addi poſſit, quin ſit eo minus, quod patet, quia nihil eſt maius uiſione Dei. Tertiò, præmium eſſentiale uocatur aurea ratione materiei, ſiue numeri, q ſicut auro nullnm metallum eſt præcioſius, ita uiſione dei, quæ eſt pręmium eſſentiale ſanctorum, nullum aliud pręmium eſt maius & nobilius. Quod autem aurum ſit inter metalla præcioſius patet ex ualore & ratione, patet etiam, quia nulla ęgritudo apparet in eo, neutra enim pars eius eſt intēperata aut imperfecta, ut dicit Hermes egyptius. Omnia enim metalla fiunt ex ſulphuræ quaſi ex parte, & ſubſtantia ſeminis paterni, & ex argēto uiuo, quaſi ex matre & menſtruo, quod mēſtruum coagulatur in ſubſtantiam embrionis uirtute ſulphuris digerentis ipſum & adurentis, quæ duo ſcilicet ſulphur, & argentũ uiuum in auro, ſunt magis lucida & purificata per loturas fortiſſimas, ita quòd nihil unctuoſitatis cremabilis nec humiditatis aqueæ flegmate poteſt amplius euaporari, ut patet in anulo circundante digitum non tangente, non ſic in anulo argenteo, uel aliorum metallorum quæ plus & minus tangunt corpora contigua, ut dicit Albertus in quarto mineralium cap. 7. Secundum præmium, uel ſecundum gaudium beatorum in patria additum præmio eſſentiali ipſorum, ideſt uiſioni diuinæ eſt, accidentale, & uocatur aureola diminutiuè, quia quaſi minimum eſt hoc præmium accidentale, reſpectu præmii eſſentialis uiſionis diuinæ. De quibus coronis aureis, & aureolis tamquam de primo eſſentiali & accidentali dicitur. Exod. 25. Archam de lignis Sethim, quæ ſunt imputribilia, ut dicit Ioſephus,) compingite & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris, quod ſignificat pręmium eſſentiale. Facieſq; alteram coronam aureolam per circummitum quod ſignificat præmium accidentale. De primo corona

na dicitur Eccleſia. 45. Corona aurea ſuper caput expreſſa ſigno ſanctitatis. De ſecundo cantat Eccleſia. Filiæ Hieruſalem uenite, & uidete martyrem cum corona, ſcilicet uictoriæ pro qua datur in die ſolemnitatis, & lætitiæ. Secundo circa aureolam uidenda eſt eius ſufficientia, ſcilicet numeralis. Nam tres ponuntur eſſe aureolæ, ſcilicet uirginum, martyrum, & doctorum, ſiue prædicatorum. Probatur. Nam corona datur pro uictoria, quæ cum quadam pugna agitur, non coronabitur niſi qui legitimæ certauerit. 2. Thim. 2. Sed triplex eſt genus ſanctorum qui in mundo uiriliter pugnarunt, & uicerunt, ſcilicet uirgines, martyres, & prædicatores, ergo triplex erit corona aureola, quæ dabitur ſanctis pro uictoriis & de hoſte triumphis. Prima aureola debetur uirginibus de bonis operibus a ſe factis, ratione uirginitatis. Cuius ratio eſt, quia corona uictoribus datur, ut patet ſupra, ergo ubi eſt ſpecialis ratio uictorię, ibi debetur ſpecialis aureola. Sed per uirginitatem aliquis, uel aliqua obtinet ſingularem, & ſpecialem uictoriam de carne, contra quam bellum gerit, ut patet Galat. 5. ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem & econuerſo, ergo uirginitati ſpeciale gaudium accidentale debetur, & datur, quod aureola nominatur. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum quòd illis tantum uirginibus debetur aureola, quæ propoſitum habuerunt uirginitatem perpetuo conſeruandi, ſiue hoc propoſitum fuerit uoto firmatum, ſiue non, quod quidem propoſitum, quamuis aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine uitę iſtud propoſitum inueniatur, debetur aureola. Cuius ratio eſt, quia licet uirginitas carnis reparari non poſſit, tamen uirginitas, uel corruptio mentis, per pœnitentiam reparatur & ad plenum reſtituitur, & ideo ſi emens finaliter remanet incorrupta, habebit aureolam. Non enim eſt dubium quin tales de corporis incorruptione gaudebunt. Si autem corruptionem mentis ſequatur corruptio carnis procurata

curata aliquo inſtrumento, uel alio modo, talis amittit aureolam, & debet humiliter & uerecunde a conſecratione abſtinere, non tamen repellitur a conſecratione, quia eccleſia iudicat ſolum ſecundum ea quę apparent in foro exteriori. Si uero per uiolentias amiſit integritatem carnis non perdit aureolam. Nam corrumpitur corpus, niſi fuerit corruptus animus. Vnde Beata Lucia dixit. Si me inuitam uiolari feceris caſtitas mihi duplicabitur ad coronam, non quòd duas aureolas habeat, ſed quia duplex præmium reportabit. Vnum pro uirginitate cuſtodita, aliud pro iniuria quam eſt paſſa, immo ſi uiolenter aliqua oppreſſa concipiat, ex hoc tamen meritum uirginitatis non perdit nec aureolam. Sed dicet aliquis, ſi aureola debetur uictorię de pugna, ubi nulla eſt pugna, uel uictoria, ibi nec aureola. Sed uirgo Maria non habuit pugnam carnis, ergo nec aureolam quod falſum eſt. Reſpondetur, quòd uirgo Maria habet aureolam pro præmio uirginitatis, & licet non habuerit pugnam carnis ab intra, habuit tamen tentationem quæ eſt ab hoſte, qui nec Chriſtum reueritus eſt tentare. Secunda aureola debetur martyribus. Cuius ratio eſt, quia ſpeciali uictoriæ debetur aureola ſpecialis, ut patet ſupra, ſed martyr de tyranno habet uictoriam ſpecialem, ergo. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd duplici ratione aliqua uictoria dicitur magna. Primo ratione pœnæ mortis, quæ eſt ultimum terribilium. 3. Ethico. Secundo ratione cauſę honeſtiſſimę, quæ cauſa eſt Chriſtus, & hæc duo in martyrio conſiderantur, & pręcipue cauſa, quia martyrem non facit pœna, ſed cauſa propter quod ille qui pro fidei confeſſione moritur, ſiue de fide a perſecutore interrogetur ſiue non, & moritur, aureolam obtinebit. Similiter ſi quis. R.p. ab hoſtium impugnatione defendit, qui Chriſti fidem corrumpere moliuntur, & in tali defenſioné moriatur, aureolam habebit. Similiter ſi q̃s mortale uulnus ꝑ Xp̄o accipiat, & aliquãto tp̄e

ſuperuiuat martyr eſt , & aureolam non perdit, ut patet de Beata Cecilia. Si autem mortale uulnus non accipiat,& tamen exinde poſtea moriatur,non tamen negligentia ſua in curando, aureolam habet. Si etiam vulnera non mortalia ſuſceperit , & poſt hoc carcerem ſubſtinens moriatur, martyr eſt,& aureolam meretur, vt Beatus Marcellus. Si autem afflictio propter Chriſtum vſque ad mortem continuata non fuerit ; non erit martyr , ut patet de Beato Sylueſtro multas pro Chriſto pœnas paſſo , quia tamen in pace uitam finiuit nec martyr fuit nec aureolam meruit. Tertia aureola debetur doctoribus , uel prædicatoribus , illis ſcilicet qui ea ſolum prædicant, & docent quæ ad ſalutem pertinent animarum. Cuius ratio eſt, quia uictoriæ ſpāli , ſpālis aureola debetur , & ideo ſicut per uirginitatem, & martyrium aliquis de carne, & mundo ſpecialem uictoriam habet ,& per conſequens aureolam ſpecialem. Ita etiam quando aliquis non ſolum a corde ſuo, ſed ēt a cordibus aliorum diabolum per errorem impugnantem, repellit, aureolam meretur. Cuius ratio eſt, quia talibus ſalutarib. documētis diabolum uelut quibuſdam ſpiritualibus armis expugnat, de quib. dicitur. 2. Corin. 10. Arma millitiæ noſtræ nō ſunt carnalia, ſed ſpiritualia. Prælatis autem quibus competit ex officio docere, uel prædicare aureola non debetur niſi actu prædicent. Ratio eſt, quia corona non debetur pugnæ, & uictoriæ habituali, ſed actuali, ſecundū illud. 2. Thi. 2. Non coronabitur niſi qui legitimæ certauerit. Et ideo quibuſcunque legitime exercētibus actum iſtum .ſ. docēdi uel prædicandi debetur aureola. Tertio circa aureolam aduertì debet præeminentia dignitatis, quæ ex tribus partib. poteſt cōſiderari. ſ. ex parte pugnæ, permanētiæ, & materiæ. Primo modo aureola illa eſt potior quæ fortiori pugnæ debetur, hoc modo aureola martyrum aliis aureolis ſupereminet, quia ibi eſt difficilior pugna. Secundo modo pōt cōſiderari aureola ex parte permanētiæ, & ſic aureola uirginū aliis aureolis ſupereminet, q̃a pu-

gna

gna carnis periculoſior eſt inquantum eſt diuturnior, & magis nobis eminet è uicino. Tertio poteſt aureola conſiderari ex parte materiæ, de qua eſt pugna, & ſic aureola doctorum, & prædicatorum inter omnes eſt potior. Cuius ratio eſt, quia pugna doctorum, uel prædicatorum uerſatur circa bona intelligibilia. Aliæ uero pugnæ, ſcilicet uirginum, & martyrum uerſantur circa paſſiones. Quamuis autem una aureola ſit ſecundum quid maior altera, ſimpliciter tamen loquendo aureola martyrum inter omnes eſt potior, quod probatur ratione, auctoritate, & obſeruatione. Ratione ſic. Vbi pugna eſt difficilior, & uictoria maior, ibi aureola potior, ſed pugna, & uictoria martyrum eſt huiuſmodi, ut patet ſupra. ergo. Secundo probatur auctoritate. Matth. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam &c. Dicit glo. quòd omnes aliæ beatitudines perficiuntur in iſta. Tertio probatur obſeruatione eccleſiæ, nam eccleſia in commemoratione ſanctorum præponit martyres, uidelicet doctoribus, & uirginibus ad oſtendendum præminentiam martyrum reſpectu doctorum, & uirginum. Hæc omnia Tho. in 4. diſt. 49. arti. 5. Quarto circa aureolam conſideranda eſt correſpondentia ideſt, cui parti dotium aureolæ correſpondent. Reſpõdetur, quòd parafernalibus. Parafernalia autem ſunt quæ mulier habet extra, uel ultra dotem à parentibus, & amicis. C. de pac. conuen. tam ſuper dote. l. hac lege. & ff. de iure do. l. Si ego. §. dotis. & glo. in c. ex literis de pigno. In quibus hominibus parafernalibus maritus nõ habet aliquod ius miniſtrandi, muliere contradicente, niſi illa bona tradiderit marito ut l. fi. C. de do. promi. quo caſu maritus habet adminiſtrationem, & de fructibus poteſt cum uxore uiuere, ut dicit tex. & ibi Bar. Et hæc ſunt ſatis de primo receptaculo animarum ſeparatarum, ſcilicet cœlo empyreo.

ADDITIO.

Nota ex hoc, quod Angelis non debetur corona aureola, quia in eis non eſt pugna cum ſint immortales, & incorruptibiles, ideo non poſſunt pati martyrium, & cum illis ſit connaturalis uirginitas, rationem uictorię excellentis habere non poſſunt. Imò nec Chriſto competit, ut dicit Petrus de Palude. diſt. 41. lib. 4. quia nihil eſt illud cui eſt ſimile. Verum attendenda eſt diſtinctio Richar. lib. 4. diſtin. 49. artic. 5. quæſt. 5. Quoniam aureola dupliciter poteſt conſiderari, uel ſecundum id quod eſt, uel ſub ratione, qua militi datur a principe. Primo modo eſt in Chriſto perfectiſſimè triplex aureola, quia fuit perfectiſſimè uirgo perfectiſſimus doctor, & quia mortem ſuſtinuit pro ueritate, & gloria Dei. Secundo autem modo, non debetur, quia Chriſtus princeps militum eſt. Si plura deſideras in hac materia. Vide Bonauentu. in 4. diſtinct. 33. articu. 2. quęſtio. 3. Ropertus Olchot ſuper lib. Sap.

QVAESTIO TERTIA, III. CAP.

De ſecundo receptaculo animarum ſeparatarum, ſcilicet, de inferno continens ſub ſe treſdecim quęſtiones.

QVAE-

QVAESTIO I. QVAESTIONIS III. CAPI.

Vtrum ſit infernus, ſecundum ueritatem.

QVAERITVR, Si infernus poſt mortem reperiatur ſecundum ueritatem, an ſit in fictione ad terrendum laicos, & temporalia bona ab eis extorquendum. Ad quam quæſtiunculam videtur primo reſpondendum negatiue, argumentis. Platonis, & Origenis, & primo argutiis Platonis, vt dicit Aug. 21. de ci. Dei c. 13. ſic. Omnis pœna diuina, uel legalis adhibetur ratione emendationis, aut profectus ad uirtutem. Sed poſt tranſitum huius ſæculi dæmones, & damnatos ex contemplatione pœnæ æternę peccatorum non pœnitebit, nec peccare ceſſabunt, & beati de communi lege quacunque occaſione data non poterunt melius in bono proficere, ergo poſt hanc uitam non eſt ponendus infernus, nec pœnę æternæ illius. Maior patet per pſalmiſtam dicentem. Cum occideret eos quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et iterum. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Et Iſido. dicit, 5. Ethimologiarum, & ponitur. 4. diſtinct. cap. cauſa conſtitutionis. legum eſt humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrenare, & in gloſſ. ff. de iuſtitia & iure l. Iuſtitia. Oderunt peccare boni uirtutis amore, Oderunt peccare mali formidine pœnę. Minor probatur per Gregor. 4. dialogorum. cap. 37. & ponitur in cap. qualis. 25. diſtinctio. dicens. Qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio finali pręſentatur. Quod dictum oportet intelligi de ægredientibus animabus in ſtatu damnationis, uel ſaluationis, ita uidelicet, quòd mortalis culpa hic per pœnitentiam, aut baptiſma

te non deleta cum tali culpa defertur ad iudiciũ, nunquam poſt deléturã, neque remiſſura. Et Eccle. 10. dicitur. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi ſcilicet ſemper erit: Lignum eſt homo. Aquilo infernum deſignat. & cœlum auſtrum. Et Eccle 9. dicitur. Quodcunque facere poteſt manus tua inſtanter, operare, q̃a nec opus, nec ratio, nec ſcientia erit apud inferos quo tu properas. Et quòd etiam beati in merito non poſſint proficere patet, quia meritum pertinet ad ſtatum uitæ præſentis. Vt de Pau dicebat. Ecce. nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Et Iſa. Tempore accepto exiudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Item ſecundo arguit Plato ſic. Quidam philoſophorum, & poetarum finxerunt deorſum eſſe infernũ locum triſtiſſimum, omni genere pœnarum, & miſeriarum plenum, ibique deſcenſuras perditorum animas ſine fine puniendas. Finxeruntque iras, & beneficientias Deorum, & Dearum, non q̃d ſic uerum eſſe animo crederent, cum tenerent nihil de pœnis poſt mortem futurum eſſe malis, ſed hoc fingebant ꝑꝑ tyrannorum timorem, ſ. ut principes tyranni timerentur a ſubditis (ut dicit Aug.) 6. de ci. Dei. Itẽ 3. de ci. Dei. dicit Aug. Quòd antiquitus præſidentes in ciuitatibus finxerunt multa falsa de Diis & locis pœnalibus exiſtimantes illa eſſe utilia ſi credantur a populo ad retrahendum ipſum a uitiis, & uocandum ad uirtutes, Pro hac opinione loquebatur, Statius in thebayde dicens. Primus in orbe Deos fecit timor. Et Cice. 1. lib. de natura Deorum dicit. Quidam totam de diis immortalibus opinionem factam eſſe dixerunt ab hominibus ſapientibus. R. p. cauſa, ut quos ratio non poſſet, eos ad officium religio duceret, & Ci. lib. 3. inuectiuarum in Catilinam inquit. Itaque ut aliqua in uita formido improbis eſſet poſita, apud inferos quædam illi antiqui ſupplicia impiis conſtituta eſſe uoluerunt. Idem ponit Senec. tragœdia. 6. metro. 5. Et Platonici ut dicit Augu. ubi

ubi ſupra. dicere ſoliti erant utile eſſe in ciuitatibus, ut uiri fortes, & ſi falſum ſit, ex diis genitos ſe eſſe crederent, ut audacius res magnas diuinæ ſtirpis fidentia aggrederentur. Secundo arguit pro hac parte exitialiter, & uenenoſe Origens, qui uult omnes damnatos, & etiam dæmones in fine mundi per diuinam miſericordiam ſaluari, & per conſequens infernum non reperiri ſaltem poſt iudicium uniuerſale, & primo ſic, Sapientiæ. 11. dicitur. Miſereris omnium domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, ſed inter omnia connumerantur etiam damnati, & dæmones, ergo, & illorum in fine mundi miſerebitur Deus. Et Gene. 6. dicitur. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, ſed ſpiritus Dei, ut ibidem glo. dicit, accipitur pro indignatione. Indignatio autem Dei, & pœna quam infligit uidentur idem eſſe, ergo ſi ſpiritus non permanebit, ideſt indignatio Dei in homine in æternum, ergo nec pœna ſimiliter, Item 35. Pſalm. dicit. Homines, & iumenta ſaluabis domine ſecundum Origenem homines, ideſt rationales, & iumenta, ideſt dæmones. Et iterum nũquid in ira ſua continebit miſericordias ſuas, quaſi dicat non. Ira autem Dei eſt punitio eius. Et Anſel. lib. cur Deus homo ait. Non eſt iuſtum, ut Deus creaturam rationalem, quam ad beatitudinem fecit omnino perire ſinat, ſed inter rationalem creaturam ſunt etiam damnati, ergo illos in æternum perire non ſinet. Item Deus uult omnes homines ſaluos fieri, ut dicit Pau. 1. Thim. 2. Sed uoluntas Dei eſt, tam efficax ut neceſſe ſit omnio impleri, & ei nemo aliquo modo reſiſtere poteſt, namque quæcunque uoluit, fecit in cœlo, & in terra, ut dicit Pſal. ergo omnes homines etiam damnati ſaltem poſt iudicium ſaluabuntur, & per conſequens non erit infernus poſt iudicium. Sed q̃m hanc Platonis, & Origenis erroneam opinionẽ quidam carnales hoĩes bonis huius ſeculi inebriati ut licentius glorioſius, & uoluptuoſius uiuere poſſint,

ſequuntur Idcirco probabo breuiter quinque rationibus, & auctoritatibus, & exemplis, eſſe infernum ante, & poſt iudicium. Et primo ratione diuinæ perfectionis. Nam Deo competit miſericordia, & iuſtitia. Omnes enim uiæ domini miſericordia, & ueritas inquit Pſal.& alibi. Poteſtas tibi domine eſt, & miſericordia, & reddes unicuique ſecundum opera ſua. Si. n. eſſet iuſtus ſine miſericordia, eſſet crudelis, & ſi miſericors ſine iuſtitia, eſſet inſipiens, ut in capit. diſcipli na.45 di. propterea dicit Tho. 1.par.q.21. per totum, quòd in omni opere miſericordia, & iuſtitia Dei reperitur. Miſericordia ſi quidem quantum ad primam radicem, ut puta creationi in omnibus, & in homine creatio illius, & finis beatitudinis eius, quæ ex ſola bonitate diuinæ uoluntatis dependet. Iuſtitia diſtributiua uero inquantum reddit unicuique ſecundum eorum naturam, dignitatem, in hoc mundo, uel in futu ro, propterea dicit Dyon.8.c.de di.nominibus. Oportet uidere in hoc ueram Dei eſſe iuſtitiam quòd omnibus tribuit propria ſecundum uniuſcuiuſque exiſtentium dignitatem, & uniuſcuiuſq; naturam in proprio ſaluat ordine, & uirtute. Ergo ſicut ex miſericordia æternaliter bonos remunerabit in cœlo, ita ex iuſtitia malos perpetuo damnabit in inferno. Scd͠o probatur rõne oppoſitorum conditionis. Nam cum in natura reperiatur unũ oppoſitorũ ſiue cõtrariorum, inuenitur & reliquum. 11.meth.& 2. de cœlo (niſi tamen unum eſſet in finitum.) Sed reperitur locus ſ͠m philoſophos, ubi eſt abſentia oĩs cõtrarietatis, & pñtia totius pulchritudinis, diaphanitatis, luminoſitatis, ut patet de nouem cęlis mobilib. ab oĩ cõtrarietate ſemotis, primo cœli, ad quos aſcendũt aĩæ bonorũ ad cõpares ſtellas de mente Plato. ſiue ſecundũ græcos, & Valdẽſes reperitur locus, & aliqua regio in ſuperficie terræ tẽperatiſſima, oĩbus delectationib. gratiſſima, oĩ terra excelſior, ſita in oriente & dextera parte cœli quæ nobilior eſt ſiniſtra. 2. de cœlo, qui dicitur paradiſus terreſtris, ſiue ortus deliciarum,

clarum, ſiue paradiſus uoluptatis. Gen. 1. ad quem locũ uſque ad diem iudicii aſcendunt animæ non plene purgatæ, ſm græcos, & Valdenſes. Siue reperitur locus ſm theologos Chriſtianos incogitabilis pulchritudinis, & indicibilis diſpoſitionis in gloria, ubi omne bonum ſine omni malo, ubi lumen indeficiens, & pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, qui eſt cœlum empyreum circunſtans immediate omnes nouem cœlos mobiles, in quo loco ſanctorũ aĩæ requieſcunt, & ſempiterno ęuo, & diuinitate fruuntur. Ego ex oppoſito reperibilis eſt, & eſſe debet aliquis locus, uel aliqua regio ſubterranea in centro circundans medium mundi ſummè deorſum, quæ regio quodam igne eſt plena, & naturaliter tenebroſa omni influxu cœleſtis luminis priuata, ex eo quòd elementum terræ hanc regionem circunſtans, eſt ſimpliciter opacum carens pœnitus diaphanitate, ſine qua lumen nuſquam diffundi poteſt uel penetrare. In qua regione eſt omnẽ malum ſine omni bono, & omnia contraria eorum quæ ſunt in corporibus cœleſtibus, ſiue in paradiſo terreſtri, ſiue in cœlo empyreo, ubi damnati in ſæculum ſæculi cruciabuntur. Tertio probatur ratione honeſtę ęquitatis. Nam ſm cano. & legi. in dubiis ſemitam debemus eligere tutiorem. Extra de homini. c. ad audientiam. & extra de cle. excomm. mini. c. illud dicitur, ꝙ in dubiis uia tutior eſt eligenda, & extra de ſpon. c. iuuenis. dicitur in his quæ dubia ſunt quod certius exiſtimamus tenere debemus, & de pœniten. diſt. 7. dicit Augu. in c. nemo. §. ſi quis autem. Tene certum, & dimitte incertum. Vnde Cice. 1. officiorum ait. Bene præcipiunt qui uetant quicquam agere qđ dubites æquum ſit an iniquum. Et iuriſcon. dicit in l. ſemper. ff de regul. iur. Semper in dubio benigniora præferenda ſunt. Idem in l. ambiguis eo. ti. Cum ergo benignius ſit, & honeſtius, & rationi magis conſonum credere, quòd mali qui hic abſque timore mala perpetrant non caſtigati in hoc ſæculo, alibi puniantur poſt mortem in inferno, quàm quòd ſemper hic gaudentes

tes in iniquitate reportent de malis tranſactis commodum pro talibus, & uirtute poſt mortem ditentur, gauiſi ſemper in uita iniquitate, ut dicitur de pœnit. diſt. 7. nullus ergo omnino pro talibus ponendus eſt, infernus poſt mortem. Argueret enim aliter ex continuo hic malis, nec hic, nec alibi poſt mortem punitis, Deum eſſe iniuſtum, immitem, improuidum, & partialem, quod eſſet immitius, imbenignius, & intutior ſemit ad credendum. Quarto probatur ratione diuinę comminationis. Nam Deus, & Chriſtus & ſancti minantur infernum malefacientibus poſt mortem, ſecundum illud Matth. 25. Ibunt hi in ſupplicium æternum. Iuſti autem in uitam æternam, & Iob. 21. Tenent timpanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Sed ſi dicas ꝙ infernum minatus eſt Chriſtus, ut terreat malos, & ad bonum conuertat, non ut pœnas inferat. Audi. Gre. 4. dial. cap. 36. Quid ſi quis dicat, idcirco ęternam pœnam peccantibus minatus eſt Chriſtus, ut eos a peccatorum perpetratione compeſceret, Reſpondetur, ꝙ ſi falſum eſt qđ Deus minatus eſt, ut ab iniuſtitia corrigeret, etiam falſa pollicitus, ut ad iuſtitiam prouocaret. Sed quis hoc etiam inſanus dicere præſumat, quia ſi Deus minatus eſt quod non erat impleturus, tunc cum aſſerere ipſum miſericordem uolumus, eum fallacem eſſe (quod nephas eſt prædicare compellimur) Hæc. Greg. & Hie. ad Pammachiū, & Occeanum ꝑ hoc ſic ſcribit An putamus fratres ꝙ iocando prophetæ prædicent, ridendo loquantur apoſtoli Chriſtus iudicium infantiliter comminetur. Sed ioci non ſunt, ubi ſupplicia intercidūt. Si iocādo paſſi ſunt, credātur, & iocādo locuti. Iſaias ſerra ſecat. Daniel leonibus deputatur, Paulus truncatur gladio. Petrus in cruce dñi exemplo ſuſpenditur. Et hoc totum, ut nos a peccatis ſua doctrina reuocarent, hæc illę. Quinta ratio eſt, ratione uniuerſalis mūdi conditionis. Nulla enim communitas particularis, nulla

nulla dominatio temporalis ſine aliquo iuſtitiæ loco eſt, eo ꝙ iuſtitia maximę perfectionis eſt. Nam ait Deus Deuter. 18. Maleficos non ſinas uiuere ſuper terram, ergo & in toto mundi regno, de quo nemo alius niſi Deus dominus eſt, (quia domini eſt terra, & plenitudo eius) debet aſſignari aliquis locus tormentorum, ubi diuina iuſtitia in reprobos oſtendatur, & hic locus dicitur infernus. Secundo probatur exiſtentia inferni auctoritatibus, & primo ſacræ ſcripturæ, Gene. 37. dixit Iacob ad Rubem, uiſa tunica filii Ioſeph ſanguine tincta, Deſcendam ad filium meum lugens in infernum, & Numer. 16. Dathan, & Abiron deſcenderunt in infernum uiuentes. Ver. in 6.

Facilis deſcenſus auerni,
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis,
Sed reuocare gradum ſuperaſq; euadere ad auras,
Hoc opus hic labor eſt.

Et ibidem idem.

En quiſque ſuos patimur manes &c.

& Iuue. lib. 1. ſaty. 2. dicit eſſe aliquos manes &c. Et Sene. 1. trage. dicit. Quiſque eſt placide &c. Vide ante in quæſtione de animarum immortalitate. Et Ouid. quarto metha.

Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo.
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.

& infra.

Mille capax aditus & aptas ubiq; portas urbs habet.

Et Lactan. 6. inſtitutionum de inferis dicit, Zeno Stoicus docuit, & ſedes piorum ab impiis eſſe diſcretas, & illos quidem quietas ac delectabiles incolere regiones, hos uero pœnas luere in tenebroſis locis atque in cœni uoraginibus horrendis. Tertio, probatur exiſtentia inferni exemplis, & primo illius tyranni Imperatoris Trayani, (q ut fertur,) ad præces Beati Greg. de inferno ereptus, & ad præſentis uitæ ſtatum reductus pœnitentiam egit, ut dicitur in 4. dial c. 27. Et quo exemplo tria corolaria ſequuntur. Primum, ꝙ nihil

prohibet

prohibet aliquem ante reſurrectionem generalem ali-qua de cauſa Deo nota, ad vitam hanc reſuſcitãdum, fuiſſe mortuum in peccato mortali, de quo reſuſcitatus pœnitentiam acturus erat. Secundum quod ſequitur, eſt, quod non valet dicere. Iſte moritur in peccato mortali, igitur damnabitur, ſed bene ſic ſequitur. Iſte in peccato mortali moritur, & ad vitã præſentẽ iterũ non reſurget, igitur illud peccatũ non remittetur, ſed dãnabitur. Tertium quod ſequitur eſt, ꝙ oẽs auctoritates, quę dicũt ꝙ in inferno nulla eſt redẽptio, uel in inferno nullus amplius confitebitur Deo: Intelliguntur de morte finali illorũ qui amplius ad pñtis uitæ ſtatũ poſt generalem reſurrectionem non reſurgent. Secundo idem patet exemplo illius de cuius ſepulchro omnibus uidẽtibus flamma exiuit, & exẽplo illius de cuius ſepulchro clamatum eſt ardeo, ardeo, ut Gre. ueridice refert in 4. dialo. cap. 4. Probant etiam infernum eſſe ſtridor, humani ululatus, & gemitus cęteraque męſtitię ſigna, quæ ponit Statius. libr. 2. Thebaydos de habitantibus in Acchaya, ubi eſt mons altiſſimus adeo, ut neque uenti, neque pluuiæ, ibi aliquid poſſint, ubi talia etiam quandoque audiuntur. Et Grego. quarto dialog. adducit montem Ethnæ in Sicilia ubi crebro audiuntur pœnarum voces. Et etiam infernum eſſe probatur ex multiplici reductione animarum ad corpora, ut manifeſtarent pœnas, & alia, quæ fieri viderunt apud inferos, ſicut veridice refert beatus Greg. libr. 4. dialo. cap. 28. vbi in principio dicit. Superna pietas ex magna miſericordiæ ſuæ dignitate diſpoſuit, vt nonnulli etiam poſt exitum repente ad corpus redeant, & tormenta inferni, quæ audita non crediderant, ſaltem viſa pertimeſcant, vt patet de Lazaro, qui nunquam riſit ſuſcitatus, qui & ita ſe poſt caſtigauit ieiuniis, uigiliis, & laboribus, vt ſe vidiſſe tormenta apud inferos etiam ſi lingua taceret, conuerſatio loqueretur, hæc illę. Nũc ad tria argu. Plato. in fronte huius quæſtiunculæ facta reſpondetur. Et ad primum dicitur, ꝙ erroneũ eſt dicere

dicere cum philoſophis ꝙ fruſtra erunt pœnæ æternæ, cum profectus pœnarum eſſe deſinat,& ideo finiendæ. Sicut forte ſequitur, fruſtra ſunt medicinæ, & ideo finem habituræ, quia ægri curari non poſſunt, & ſani non poſſunt infirmari. Quia ſecundum irrefragabilem catholicæ religionis ueritatem, pœnæ damnatorum in æternum erunt propter tria, uidelicet ad iuſtitiæ Dei declarationem, ad uniuerſi decorem per bonorum & malorum comparationẽ, & propter beatorum lætificationẽ uindictam uidentium iuſtiſſimè fieri in eos qui ſe in hac uita iniuſtè glorificauerũt, iuxta illud. Lætabitur iuſtus cum uiderit uindictã, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Ad ſecundum autem, & tertium dicendũ philoſophi, & poetæ, qui finxerunt infernum eſſe pp R.p. utilitatem, non credentes de facto eſſe infernũ, meruerunt non ſapientes; ſed inſipientes dici. Tum primo, quia huiuſmodi pœnarũ fictiones ſm fidẽ ſunt illicitæ ſicut ſunt indubiè, Tum ſecundo, quia etiam ſecundũ rationem naturalẽ ueritas, quæ eſt uirtus nobilis pertinẽs ad intellectũ, & ad regulandum affectũ, non eſt pro quolicunq; cõmodo abiicienda, cum bonũ honeſtu ſit præferendum bono utili, ſed per fictionem illã utilem R.p. & uirtus, & ueritas, & bonũ honeſtum abiiciebatur, ergo non erat licitum fingere &c. Nec eſt uia Dei aut proceſſus rationis, ut homines ſimplices reuocentur a peccatis, & prouocentur ad uirtutes per deceptiones, uel errores, uel fictas fabulas, ut faciunt poetæ. Nam qui talibus mediis uſi ſunt non profuerũt hominibus, nec R.p. ſed maximè nocuerunt ſicut exitus probauit, quia exinde ſucceſſu temporis execrabiles errores radicati, & firmati fuerunt in populo gentili, qui poſt Chriſto ueniente cum magna difficultate uix extirpari potuerunt. Media autem congrua retrahendi homines a uitiis, & ad uirtutes prouocandi ſunt ueræ eruditiones, aptæ increpationes, deuotæ exhortationes, promiſſiones bonorum, cõminationes pœnarum tam præſentis quã futuri ſæculi, non quidẽ fictarum, ſed omni ambiguitate re-

mota

mota ueriſſimarum, quibus mediis qui uerè utitur, ſapiens meritò dici poteſt, ad prophanam præterea, & hæreticam opinionem, in hoc, Origenis dicitur primo, quòd dæmones nunquam ſaluabuntur. Nam ut dicit Dama. Hoc eſt angelis caſus, quod hominibus mors. Sed homines poſt mortem ſi in peccato mortali moriantur, eorum nulla eſt redemptio ex inferno. Ergo & angeli poſt caſum facti ſunt ſimiliter irrecuperabiles, propterea dicebatur. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æteruum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Et Apoc. 20. dicitur. Diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris, ubi & beſtia, & pſeudo prophetæ cruciabuntur die, ac nocte in ſæcula ſæculorum. Sed per hoc ſæcula ſæculorum in ſcriptura ſolet æternitas deſignari, ergo.

Quod etiam mala homines in hoc mundo, & poſtea damnati nunquam ſaluabuntur, patet ratione. Nam ſi in fine omnes ſaluarentur, ſequeretur quòd omnes poſſent ad libitum offendere Deum, & in mundo gaudere, & poſtea uellet, uel nollet, Deus ſaluaret eos, & ſic de delitiis, ad delitias tranſirent, præſentibus & futuris bonis fruerentur, hic uentrem plenum, & ibi mentem haberent, in utroque ſæculo eſſent primi, & ſic poſtremo in terra, & in cœlo, apparerent glorioſi, quòd eſt impoſſibile, ut dicit Hiero. ad Iulianum. Ad auctoritates uero extortè, & infideliter ab eo pro ſua falſa opinione adductas reſpondetur, & primo ad primam dicitur, quod illa diſtributio omnium debet accipi, ut ſit accommodata ſecundum hunc ſenſum, ſ. omnium eorum quos dignos miſereri diuina iuſtitia noſcet. Damnati autem poſt mortem, & dæmones poſt caſum ſunt irrecuperabiles. Vel dicatur, quòd diſtributio illa intelligitur pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum, ut declarabitur ad ultimum. Et ad illud Gene. 11. dicitur, quòd intelligitur de homine ſecundum genus ſuum, unde indignatio fuit ablata per Chriſti paſſionem. Et ad illud Pſal. Nunquid

obliui-

obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas, dicitur quòd intelligitur, de his qui ſunt uaſa miſericordiæ, quia ipſi non pro meritis ſuis, ſed Deo miſerante de miſeria liberantur. Ad auctoritatem uero Anſelmi dicitur, quòd intelligitur de natura rationali abſolutè, & ſimpliciter, ut ſit ſenſus, de natura angelorum, & de natura hominum uniuerſaliter non eſt iuſtum omnes perire, ſed nihil prohibet aliquem eorum perire, & aliquem ſaluari. Ad illud autem Pſalm. Homines & iumenta ſaluabis domine, reſpondetur negando expoſitionem Origenis. Ad ultimum reſpondet Auguſt. exponendo auctoritatem apoſtoli. Primo, ut ſit diſtributio accommodata ſecundum hunc ſenſum. Deus uult ſaluos fieri omnes homines, qui ſaluantur, non quia nullus homo ſit quem ſaluum fieri, non uelit, ſed quia nullus ſaluus ſit, quem non uelit ſaluum fieri. Secundo exponitur ſic, ut fiat diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum, & ſecundum hunc ſenſum Deus uult de quolibet ſtatu hominum ſaluos fieri mares, & fœminas, iudæos, & gentiles, paruos, & magnos, non tamē omnes de ſingulis ſtatibus. Et licet auctoritas apoſtoli poſſit trahi ad iſtos ſenſus, tamen quia non ſunt de uirtute ſermonis. Dicendum eſt aliter ſecundum Damaſce. lib. 2. cap. ultim. Quod uoluntas diuina diuiditur in uoluntatem antecedentem, & conſequentem. Voluntate autem antecedente. Deus uult omnes homines ſaluos fieri. Voluntate autem conſequente non. Et quia uoluntas antecedens non ſemper impletur, ideo non omnes ſaluantur. Ad ſciendum autem, quid appellatur in Deo uoluntas antecedens, & quid uoluntas conſequens. Notandum, quòd in uoluntate diuina, cum ſit ſummè ſimplex, non poteſt diuerſitas inueniri. Ratione tamen uoliti nihil prohibet eam diuerſimodè conſiderari ſecundum diuerſas conditiones uolitorum. Volitum autem ſecũdum ꝙ nunc loquimur in creatura rationali, ordinabile eſt in beatitudinem, in

quo eſt duo conſiderari, ſcilicet quod ordinatur, & auxilia eius quibus iuuatur ad conſequendum finem, ad quem ordinatur. Et ſecundum utrunque iſtorum poteſt accipi diſtinctio uoluntatis in antecedentem, & conſequentem. In eo enim quod ordinatur ad beatitudinem eſt conſiderari naturam, & perſonam, quantum ergo ad naturam Deus uult omnes homines ſaluos fieri, inquantum dedit omnibus naturam capacem & ordinabilem in beatitudinem, quantum uero ad perſonam non uult omnes homines ſaluos fieri, actiones autem ſunt ſuppoſiti, & perſonæ. Et quia multi deuiant a fine ultimo per ſuas actiones prauas, ideo quantum ad ea, quæ ſunt perſonæ, non uult Deus omnes perſonas ſaluas fieri. Prima uoluntas Dei dicitur antecedens, ſecunda conſequens, quia prius debet conſiderari natura ordinabilis in finem, quàm actiones perſonæ quibus finis conſequitur cum ab ipſo deuiatur. Secundo poteſt hæc diſtinctio uoluntatis antecedentis, & conſequentis ſumi quantum ad auxilia quibus creatura iuuatur. ſunt enim quædam antecedentia quaſi quædam communia auxilia, quæ dantur omnibus hominibus, ut ſalui fiant, ſcilicet liberum arbitrium, præcepta conſilia, & huiuſmodi quibus omnes poſſunt dirigi in his, quę pertinent ad ſalutem. Sunt nihilominus quædam ſpecialia, ut gratia uirtutes, perſeuerantia in bono, & huiuſmodi, quæ dantur quibuſdam ſpiritualiter, & ſingulariter, ergo quia commune præcedit ordine naturæ illud quod eſt ſpeciale uoluntas diuina ſecundum quòd reſpicit communia auxilia dicitur uoluntas antecedens, prout autem reſpicit ſpecialia dicitur conſequens, & iſto modo uult Deus omnes homines ſaluos fieri, uoluntate antecedente, ſed non conſequente. Voluntas autem antecedens non ſemper impletur, quia non eſt uoluntas ſimpliciter, nec uolitum uoluntate antecedente ſolum, ſed ſecundum quid. Nam uoluntas de ſalute alicuius eſt uoluntas practica, quæ neceſſario reſpicit conditiones

tiones particulares ſuppoſitorum quorum ſunt actio nes,hoc autem non facit antecedens voluntas,ſed cõſequens, & ideo quæ vult Deus voluntate antecedẽte ſolum,non ſimpliciter vult propter quod nõ oportet impleri. Hæc collectiuè ex Tho.1.parte.q.19.arti. 6.& domino Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO SECVNDA. QVAE. III. III. CAPI.

Vbi ſit ſitus ac poſitus locus inferni.

QVAERITVR, An in centro terræ, vel vbi ſit ſitus, & poſitus locus inferni. Ad quã ſic reſpondetur, quòd locus inferni ubi ſit certitudinaliter doctores theologi non ponunt. Magiſter enim ſentent. in 4. propè finem. 45. diſtinct. dicit ſic. Ignis æternus cuiuſmodi ſit, & in qua mundi, vel terræ parte futurus ſit, hominem ſcire neminem arbitror, niſi forte cui ſpiritus diuinus oſtendit. Et Aug.in lib. retractationum.cap. 29. retractans qđ dixerat.12.ſuper Gen.dicit ſic.Magis mihi videtur dicere debuiſſe,ꝙ ſub terris ſit,quàm rationem reddere cur ſub terra eſſe credatur. Et Greg.in 4. dialog.interrogatus. an ſit credendum infernum eſſe ſuper terrã, vel ſubtus, dicit. Hac de re temere diffinire nõ audeo, nonnulli nãq; in quadam terrarũ parte infernũ eſſe putãt.Alii vero hunc ſub terra eſſe exiſtimant.hæc ille.Alii uero dicunt, ꝙ infernus ſit in oppoſito aridæ axæ,quæ eſt inter ęquinoctialẽ,& polũ articũ in quo loco viget exceſſus caloris. Vel eſt ſub aliquo polorũ ubi eſt exceſſus frigiditatis. Põt ẽt eſſe aliqua regio ĩ ſuperficie terrę ſub aqua, uel ſuper aquã per modũ magnæ inſulæ intẽperatiſſima,moleſtiſſima, horribiliſſima,deformiſſima q̃ dr̃ infernus, & huic imaginationi cõſonat,ꝙ dicũt q̃dã ĩ extremis ꝑtib.ſeptẽtrionis vltra nouergianos habitãtes, ubi dicũt eẽ multa dęmonia

& clamores, & tumultus horribiles auditi ab inhabitantibus inſulas. Dominus autem Pet.de Taranta, & Tho.& Richar. & dominus Bonauēt. in 4.diſtin.44. & dominus Henricus de Aſſia ſuper Geneſim. Suadent tribus congruentiis eſſe infernum in centro terræ, & primo, ratione diuinæ ordinationis ſic. Deus cum ſit ſapientiſſimus omnia ſecundum exigentiam ſuarum naturarum in ſuis locis ſtatuit, & ordinauit. Nam ſapientis eſt ordinare. 1.metha. & Auguſt.dicit. 19.de ciui.dei.c.13.ꝙ ordo eſt parium diſpenſariumq; rerũ ſua cuiq; loca tribuens diſpoſitio. Sicut ergo naturalibus, & corporalibus rebus oppoſitis aſſignauit diuerſa loca oppoſita correſpondentia propriis earũ naturis, vt puta rebus leuibus, locum ſurſum, & circunferentiam, & rebus grauibus locum inferius, & centrum mundi. Ita & ſpiritualibus rebus loca conuenientia earum naturis ſtatuere debuit, vt leues, ſ.& ſpirituales viri qui corda ſua ſuper terram ad cœleſtia, & ſpiritualia infixerunt, ad circunferentiam totius mundi & in ſummo cœli ſtatuerentur. Graues vero, & peccatis ponderoſi qui corda ſua bonis terrenis ſuper terrã indebite fixerunt, tenderent ad medium totius, & circa centrũ mundi, atque in profundo inferni. Secundo idem probatur rationes aſſimilationis. Nam locus, & locatum, debet aſſimilari ſiue proportionari. 4.Phyſi. Peccatores autem tres habent conditiones elongationem, obſcuritatem, & frigiditatem; nam peccatũ diuidit & elongat hominem a Deo, Prouer. 15. Longè eſt dominus ab impiis; peccatores ſunt obſcuri, execauit enim eos malitia eorum. Sapient. 2. & ideo in tenebris ambulant, & uiæ illorum tenebræ, & lubricum, & angelus domini coarctans eos. Peccatores ſunt frigidi per peccatũ quod dicitur venenum animę ab Auguſt.lib.83.q. Venenum autem, vt dicit Iſido.1.ethim. eſt frigidiſſimum, ergo locus nouiſſimus, obſcurus, & frigidus eis debetur. Infernus autem in medio, & in centro mundi exiſtens eſt ſummè elongatus a cęlo, eſt natu-

naturaliter tenebroſus, omni influxu cœleſtis luminis priuatus, ex eo ꝙ elementum terræ hãc regionem cir cunſtans eſt ſimpliciter opacum, carens pœnitus dia- phanitate, ſiue quia lumen nunquam diffundi põt, uel penetrare, eſt frigidiſſimus naturaliter, unde dicitur tartarus a tremore frigoris, ut dicit Iſido. eo ꝙ ibi nec radius ſolis penetret, nec adſit motus aeris. Tertio probatur idem ratione oppoſitionis ſic. Loca oppoſi ta, oppoſitas & contrarias conditiones, & naturas ſo- lent habere, ſed paradiſus terreſtris eſt aliqua regio in ſuperficie terræ tẽperatiſſima ſita in parte orientali, & dextera parte cœli, quæ regio eſt gratiſſima omnibus delectationibus. Ergo infernus poni debet ex oppoſito in inferioribus partibus terræ, interioribus ſiue centra- lib. ſpheræ, uel ſuperficialibus terræ oppoſitæ axæ axi, quę inferiores dicuntur reſpectu noſtri, quæ regio eſt intemperatiſſima, remotiſſima a cœlo, omnibus mo leſtiis, & cõtrarietatibus plena. Itẽ paradiſus terreſtris oppoſitus inferno, (ut dicũt doctores, & hiſtorici) ha- bet omnia, quę requiruntur ad bonitatem loci, ciui- tatis, & regionis. Ad quæ requiritur conueniens diſpo ſitio montium, ſcaturigo fontium, decurſus fluminũ, nobilitas plãtarum, iocunditas animaliũ, influentiarũ bonitas, aurarũ ſiue uẽtorum regularitas, tẽperies ele- mẽtorum. Vnde & Dama. li. 2. ſentẽtiarum dicit Para diſus terreſtris eſt poſitus in oriente omni terrę excel- ſior, temperato, tenuiſſimo ac puriſſimo aere fulgens, plãtis ſemper floridus, comatus bono odore repletus, & omnibus gratiſſimis oblectationibus plenus. Ergo infernus habere dẽt omnia cõtraria paradiſo terreſtri, & ꝑ cõſequens ſi paradiſus in ſummo ſit, infernus dẽt eſſe in infimo loco mundi. Secundo, probatur eadem concluſio auctoritatibus, & primo Ionę. 2. Proieciſti me in profundum, in corde maris, ubi glo. dicit, ꝙ ſi- cut cor eſt in medio, & centro animalis, ſic infernus in medio terrę, medium autem terræ eſt cẽtrum eius. Et Iob. 10. Dimitte ergo me &c. Et Pſal. Liberaſti me

ex inferno inferiori, ubi dicit glo. Auguſt. ꝙ duo ſunt inferna, ſuperius & inferius. Terrena inhabitatio ubi eſt caro & ſanguis, deceſſio & ſucceſſio mortalitatis & mutabilitatis. Infernus eſt ſuperior, ſed ab hac terreno inhabitatione & inferno itur ad infernum inferiorem. Propter hæc duo inferna miſſus eſt filius Dei undiq; liberans ad unum infernum miſſus eſt naſcendo, ad alium moriendo. Hæc Aug. Et Iſaias. 14. infernus ſubtus conturbatus eſt. Et Matth. 12. Sicut fuit Ionas in uentre cęti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in uentre terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Et Prouer. 9. In profundis inferni conuiuę eius. & Apo. 5. dicitur, ꝙ Ioannes cum uidiſſet librum ſignatum ſeptē ſigillis, flebat, quia non uidebat dignum aliquē illum aperire, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terrā. Liber eſt ſacra ſcriptura, apertus, i. patefactus a Chriſto qui fuit de tribu Iuda. Et innuit Ioannes ſubtus terram, quaſi ibi ſint aliqui ſcientia præditi, ut dæmones, animę mortuorum qui hic ſapientes habiti ſunt, ut ſancti patres, prophetæ, & multi philoſophi, & in glo. 13. q. 2. c. tempus, in uerbo abditis, dicitur. infernus eſt ſub terra, & cœlum ſupra. Item 23. q. 4. c. hęc autem uita, & Grego. in 4. determinans, quid de loco inferni credat, dicit. Hoc animum pulſat, ꝙ idcirco infernus dicitur, quia inferius iacet. Idem dicit Iſido. 4. Ethim. unde infernus dicitur etiam gehenna, a geos ꝙ eſt terra, & hēnos quaſi profundum, quaſi in profundo ſitus. Et Ver. in 6. introducit Eneam alloquentem Didonem, dicentemque.

Infelix Dido uerus mihi nuncius ergo,
Venerat, extinctam, ferroq; extrema ſecutam,
Funeris heu tibi cauſa fui, per ſydera iuro,
Et ſuperos, & ſi qua fides tellure ſub ima eſt,
Inuit us regina tuo de littore ceſſi.

Et Sene. trage. 1. introducit Theſeum inuocātem. Fas omne mundi teq; dominantem præcor regni capaci. Teq; q̄ tota irrita quęſiuit Ethna mater. Vt iura abdita &

ta & operta terra liceat impune loqui. Et vltima trag. de virtute loquens. dicit. Nunquã ſtigias fertur ad um bras inclita virtus. Viuite fortes nec lætheos ſæua per annos. Vos fata trahẽt. Sed cũ ſumma exiget horas. Conſumpta dies iter ad ſuperos gloria pandet. Exem plis etiam veritas prædicta patere põt ex Greg. 4. mo ral. cap. 32. Et a ſancto Cyri. ad Aug. in tranſitu beati Hie hic collectiuè, ex 4. ſenten. & ex Hen.

ADDITIO.

Rationi enim conſentaneum mihi videtur, quod immundis, & viliſſimis peccatoribus, uiliſſimus locus pro carcere perpetuo correſpondeat, talis eſt in medio terræ; vbi tanquam ad ſentinam, feces totius mundi deſcendere coguntur. Et ubi multas qualitates læſiuas eſſe dicunt, eſſeque cò tricies Centena ducenta, & quadraginta quinque millia prodiderunt. Plinius verò libro ſecundò, refert inuentam fuiſſe Epiſtolam in ſepulchro Dioniſiodori geometræ, perueniſſe eum a ſepulchro, ad medium terræ, eſſeque ad eum locum ſtadiorum quadraginta duo millia. Infernus dictus, cui nihil eſt inferius, quem alii terram, quia impietatem, crudelitatemque ſignificat, illic enim omnia impiè agunt. Alii ſtigem, quæ triſtitiam interpretatur, Alii herebum, & orcum dicunt. herebum, quia tenebroſus, illic enim tenebræ ſunt, & quantum ad carentiam diuinæ uiſionis, & quantum ad carentiam gratiæ. Hunc M. T. Herebri, ac noctis prodidit filium eſſe, degeneris animi, incorruptæque uoluntatis. Orcum, à ſimilitudine marinæ belluæ, quæ orca dicitur, balenæ infeſta. Inferorum imperium, Plutoni, Saturni filio datum, finxere poetæ: cuius aſpectum terribilem dixerunt. Vnde Statius.

Fortè ſedens media, regni infælicis in arce,
Dux herebi populos poſcebat crimina uitæ,
Nil hominum miſerans, iratusq; omnibus umbris,

Virgil.autem 6.Aenei.Apud inferos nocentum explorare culpas,dixit Rhadamãtum Iouis filium, qui fuit rex Lyciæ uir ſæuerus, & iuſtitiæ executor.

Gnoſius hæc Rhadamantus habet duriſſima regna,
Caſtigatque, auditque dolos, ſubigitque fateri
Quæ quis, &c.

Eodemque lib. mala, quæ ſunt in inferno deſcripſit his uerbis.

Primisque in faucibus orci *Luctus &c.*

QVAESTIO TERTIA, III. CAPI.

Vtrum alibi, quam in centro terræ, reperiantur loca in ſuperficie terræ, in quibus animæ damnatorum pœnas luant.

QVAERITVR, Si alibi quam in centro terræ reperiantur in ſuperficie terræ loca, in quibus aĩę damnatorum, pœnas luant. Ad quã ſic reſpondetur, ꝙ (ut Gre. dicit,) 4.dialo.Omnipotens Deus ad correctionem uiuentiũ in hoc mundo in quibuſdam partibus in ſuperficie terræ quaſdam damnatorum aĩas pœnas luere uoluit oſtendere,ut mentes infidelium, quæ inferni tormenta eſſe non credunt, tormentorum loca uideant, quæ audita credere recuſant. Et infert. c.24.lib. ubi ſupra, quendam ſanctum heremitam qui in inſula Lipparis Siciliæ morabatur, uidiſſe ꝙ aĩa Theodorici regis in ollam Vulcani ibidem ebulientem proiecta fuit per Ioannem Papam, & Simachum patricium quos ille rex ante occiderat. Et iuſtè dicit ibi. B.Gre.ab illis in ignem mitti apparuit, quos in hac uita iniuſtè iudicauit.Itẽ in 3.c.narrat de quodã romano cui in extremis laboranti apparuit, nauis parata, qua ipſe, & quidam uicinus ſuus adducendi erant in Siciliam, qui ſtatim poſt hoc fuerunt ſimul mortui, & ſubiungens dicit Greg. ꝙ uero ille moriens ſe ad Siciliã ducendũ teſta-

tus eſt, quid ſentiri aliud põt, niſi præ cęteris locis in eius terræ inſulis eructanti igne tormẽtorũ ollę patue runt. q̃ ut ſolent narrare qui nouerũt, laſſatis quotidie finibus creſcũt, ut mũdi termino appropinquante quã tum certũ eſt illic amplius exurendos colligi, tanto & eadẽ tormentorũ loca amplius uideantur aperiri, hęc Greg. Ex iſta aũt narratione apparet ꝙ ꝑ ollas Vulca ni, intelliguntur quidã putei flãmiuomi, uel quædã ca uernæ terræ flãmam ſpirãtes ſulphureã. Quare aũt ol læ illæ Vulcano attribuãtur, patet ꝑ Iſid. lib. 22. Ethi. dicentẽ ꝙ iuxta ſuperſtitionẽ gẽtiliũ, Vulcanus in for nacibus fabrorũ quaſi Deus ignis habitare dicit̃, & ꝑ ipſum figuraliter ignis intelligi ſolet, quẽquidem ꝑꝑ multas utilitates quas hoĩ confert (ab Iſid. ibi enume ratas) Gentiles eũ Deũ poſuerunt, ipſum noĩantes vul canũ, quem tunc redire dicunt qñ ignis quaſi tonitrua emittit, & ſcintillis ſtrepit, & iterũ Iſid. li. 15. dicit ꝙ quædã inſulæ circa Siciliã uulcanię dicunt̃, ex eo ꝙ ip ſę ſicut mons Ethna ardeãt, & ſunt octo, quarũ noĩa ibi ponit. Et prima Lipparis &c. Ethna uero eſt mons ab incenſo ſulphure, quo plenus eſt, flãmas ſpirans. Et dicit Iſi. ꝙ mõs illę hẽt ab ea parte qua Eurus & Afri cus flant ſpeluncas ſulphure plenas, quę uentis illis agi tatę & commotę flãmas emittũt terribiles, itaq; pu tatũ eſt a quibuſdã ibi infernũ eſſe. Sed horũ opinio nem illa quæ pręcedenter de ſitu inferni dicta ſunt, ſta re non permittunt, non. n. omnis locus in quo uel a quo aĩa luit pęnam dãnationis uſq; in diem iudicii eſt principalis locus inferni. Sed quidam ſunt particulares in quibus (cã nota Deo) quędam dãnatorũ aĩæ uſq; ad diẽ iudicii pęnas luunt, Henr. de Aſſia ſuper Gene.

QVAESTIO QVARTA, III. CAP.

Quæ ſit habitudo ſub terra Purgatorij, Limbi & ſinus Abrahæ, uel ſanctorum patrum, ad infernum.

QVæritur, Quis ordo & quæ habitudo eſt ſub terra trium locorum penalium, ſ. purgatorii. Limbi

& ſinus Abrahę,uel ſanctorũ patrum ad infernum. Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ de habitudine, & ordine trium locorum pęnalium ad infernum eſt duplex opinio. Prima eſt probabilis, uidelicet, ꝙ infernus eſt regio centralis terrę, & quòd quælibet alia regio inferi illam orbiculariter circunſtet ſecundum ſub & ſupra proportionaliter pro differentijs incolarum in indignitate, uel dignitate, ita uidelicet quòd cum ſint quatuor totalis inferi regiones ſecundum communem doctorum opinionem, ſ. infernus inferior. Limbus puerorum, purgatoriũ, & ſinus Abrahæ, uel Limbus patrum. Infernus eſt regio centralis infima, & immediatè poſt eam regio puerorum, qui in ſolo peccato originali deceſſerunt. Super quã eſt regio purgationis animarum quam circunſtat regio, quæ vocatur ſinus Abrahæ, uel Limbus patrum. Primæ duæ regiones ſunt dãnatorum, ſed differunt quò ad pęnam ſenſus, & pęnam damni ſolam. Aliæ duæ non, ſed ſunt uel fuerunt ſaluandorum. Alia opinio de ordine locorum pœnarum ad infernũ, eſt ꝙ iſtæ quatuor regiones ſeſe orbiculariter non circundant, quod põt tribus modis contingere. Primo mõ, ſi imaginamur quãdã piramidẽ terræ magnam cuius conus ſit centrum mundi & baſis ſit tota ſuperficies terræ arida, & illã piramidem imaginemur diuiſam per lineas, uel ſuperficies, tranſuerſales in quatuor regiones ſm ſub, & ſupra diſtantes, quarum infima ſit infernus & cæterę ſuper eã ordine prædicto. Secundò modo iſtę quatuor regiones põt eſſe adinuicem habere ad modũ quatuor ſphærarũ, ſuper inuicẽ immediatè, uel mediate poſitarum, ita ꝙ centrum mundi, & aliæ tres directè ad unam differentiam poſitionis cœli ſituentur ſuper eã. Tertio, mõ eſſe poteſt ꝙ tres regiones non centrales aſtent cẽtrali a diuerſis differentiis poſitionis, ut puta una ab oriente, alia ab occidẽte, & tertia a meridie, uel ex oppoſito, & ſic ſunt quatuor imaginationes de conſtitutione regionum inferi. Sed prima eſt probabilior, & dictis

dictis ſanctorum conuenientior. Quicquid tamem ſit de conſtitutione dictarum regionum uidetur tñ ueri ſimiliter ponẽdum ꝙ inter ſinum Abrahę, & infernũ inferiorem ſi quædam diſtantia media quaſi inuia undecunquę, & anfractibus confuſa. Nam dicitur Luc. 16. quod diues epulo eleuatis oculis uidit à longe Abraham,& Lazarum in ſinu eius. ubi uidetur localis diſtantia denotari. Et iterum ex hoc, quòd ibi dictum legitur ab Abraham .˙ Et in his omnibus inter nos,& uos,chaos magnum firmatum eſt,ut hi qui uo lunt hinc tranſirę ad uos,non poſſint, neque inde huc tranſmeare. Quod literaliter acceptum uidetur denotare interpoſitionem itineris impertranſibilis, licet doctores exponant illud myſtice. Pro hac etiã opinio ne facit illud dictum in perſona ſapientię increatæ. Ecclc. 24. Penetrabo oẽs inferiores partes terræ & inſpi ciã oẽs dormiẽtes, & illuminabo oẽs ſperãtes in dño. Ex quibus omnibus ſequitur ꝙ animę damnatorum quando deducuntur ad infernum in centro terræ ad luciferum ibidem conſiſtentem, & alligâtum, habent illas omnes regiones ſubterraneas pertranſire. Et animæ quæ deſcendunt ad limbum puerorum trãſeunt duas, & quæ ad purgatorium uadunt. unam, & pertranſeuntes ſe uident, ſibi inuicem loquuntur, & cætera. Et ſimiliter quando animę de purgatorio educuntur in gloriam expedite de culpis,& pœnis,forte ad confuſionem, & pœnarum cumulum damnatorum, & dæmonum, qui odiunt aſcenſum hominum in cœlum,permittentę Deo tranſeunt per centrũ mundi ad manſiones ſuas in cœlo. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO QVINTA, III. CAPI.

Quæ ſit maior regio locorum pœnalium.

QVAERITVR quæ eſt maior regio locorum pœnalium Ad quam ſic reſpondetur,quòd ſi cer

to

to cōſiderare uelimus quantitatem regionum prædi-ctarum, non occurrit unde poſſimus quantificare eas niſi ex multitudine incolarum cuiuſlibet. Vbi ergo ſupponendo, ꝙ quælibet aīa exuta ſicut quilibet ſpiritus determinet ſibi certum ſpacium corporeum, uidetur minima regionū prædictarū fuiſſe ſinus Abrahę, in quo erant omnes ſancti ueteris teſtamenti a pœna purgatori abſoluti, qui pauci uidentur fuiſſe reſpectu illorum, quia adhuc in purgatorio tenebantur, qui iterum pauci fuerunt, & adhuc ſunt reſpectu eorum, qui in inferno tenentur, & forte quandoque pauciores his qui in regione limbi tenentur. Dico ergo conſequenter ex his, quòd maxima harum regionum eſt regio inferni inferioris, quod apparere poterit cuilibet attente cogitare uolenti numerum ſaluandorum, numerum dānatorum, numerum aſſumptorum poſt iudicium corporum. Nam primo numerus ſaluandorum bonorum poſt generalem reſurrectionem non erit forte minor (immo forte maior, ut alibi diſputabitur) quam multitudo damnatorum hominum, & dæmonum. Sed numerus ſaluandorum implebit cœlum empyreum, quod eſt longe capacius, quam totum ſpacium infra concauum orbis lunæ immo infra cœlum ſydereum, ut patet in ſpheris cœlorum ſe inuicem intercludentium, ergo oportet, quod locus inferni ſit ampliſſimus. Secūdū hoc idem patet ex numero damnatorum. Nam iam pluſquam per ſex millia quadringentorum nonaginta quatuor annorum ab initio mūdi elapſorum animæ damnatorum ad infernum deſcenderunt de cunctis regionibus uiatorum fidelium, & infidelium, quibus ſi connumerentur omnes dæmones qui ſecundum aliquos tot ſunt, quot ſunt angeli beati, uel plures, & item quod ſunt in præſenti, & erunt mali in futuro qui morientur, & damnabūtur. Cum ergo ſit maxima multitudo damnatorum, ut patet, ergo locus inferior inferni ubicunque ſit, eſt miræ & ſtupendæ magnitudinis, & amplitudinis, & maior

aliarum

aliarum omnium regionum dictarum. Tertio hoc idē patet maximè ex numero corporum aſſumptorū ab hominibus poſt reſurrectionē generalem circumſcriptiuè loca occupantium, propter ergo maximam damnatorum multitudinem quidam quantificare uoletes locum inferni diuerſimode loquuntur. Quidam enim dicunt, ꝙ licet numerus damnatorū maior erit, quā omnis numerus ſaluandorum, non tamen oportebit propter hoc quòd ſpatium inferni ſit ita amplum ſicut paradiſi, quia infernus habet rationē carceris constringentis, & conculcantis, & non rationem amœnę, & liberè latitudinis, nam ad pœnam datur damnatis locus arctus. Vnde dicitur a Pſal. quòd damnati ſicut oues in inferno poſiti ſunt, quæ animalia coanguſtè multum in ouilibus conſtipantur. Alii dicunt, ꝙ locus inferni erit à centro terræ mundi, & orbiculariter extendetur uerſus concauum orbis Lunę quantum ſuſſiciet pro illa multitudine. Alii dicunt, quod tota regio elementalis poſt iudicium erit locus inferni, ita quòd qui in elementis huius mundi peccauerunt in illis punientur. Auari, ſcilicet in terra, Laſciui in aqua, Iracundi in igne, Superbi in aere. Alii dicunt ꝙ centrum terræ, & concauum eius eſt magis amplū quàm pars terræ diſcooperta aquis, quæ ab hominibus habitatur, quæ pars terrę nunquam ab hominibus præſentibus, præteritis, & futuris (dato, quod mundus habeat terminari) poſſet totaliter ſuperficietenus impleri, ita ꝙ nulla pars eius, etiam minima uacua remaneret. Alii dicunt, & rationabilius. ꝙ ſicut Deus a principio creauit locum inferni detinentis, & inſtrumentū ignis quo ibidem punirentur mali, ſic etiam à principio Deus prouidentia ſua de capacitate loci prouidit, ut ſcilicet infernus eſſe capax damnandorum localiter, & diſtinctè capiendorum. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAE.

QVAESTIO SEXTA. III. CAPI.

Quæ ſit regio diuturnior quatuor locorum pœnalium.

QVAERITVR, quæ regio locorum pœnalium eſt diuturnior. Ad quam ſic reſpondetur, quòd iſtarum quatuor regionum illa, ſcilicet damnandorum inferni ſicut immenſuratè eſt, & erit aliis extenſior, ita & durabilior. Nam regio ſuperior quæ eſt ſinus Abrahæ, incępit primo inhabitari fortaſſe a morte iuſti Abel, & depopulata fuit immediate poſt mortem Chriſti, poſt hanc regionē inhabitari cœpit regio purgatorii quæ etiam omnibus incolis priuata fuit per Chriſtum ad inferos deſcēdentem, vt quibuſdā doctoribus veriſimilius videtur, poſtquam purgatorii euacuationem iterum regio illa cępit incolas habere, & habebit deinceps forte ſine interruptione, vſque ad reſurrectionem mortuorum generalem. Regio vero totalis inferni vel damnandorum ſola cum ſuis infœlicibus incolis in æternum durabit in altum extendenda, quantum ad declarationem diuinæ iuſtitiæ, per diſtinctas ſingulorum pęnas iudicio Dei nobis occulto, quod tunc decernetur ab omnibus. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO SEPTIMA. III. CAPI.

Quot manſiones regio infernalis habeat,

QVAERITVR, quot carceres ſeu manſiones habeat regio infernalis. Ad quam ſic reſpondetur, quòd totalis regio inferni ſeptē carceres habet, vel in ſeptem regiones partiales iuxtā ſeptem peccata mortalia videtur diuiſa eſ-

ſe, uel poſt iudicium diuidenda. Pro qua imaginatione eſt Beatus Greg. 4. dialogorum. c. 26. ubi ait, ꝙ ſiue electi, ſiue reprobi quorũ communis cauſa in opere fuit, ad loca etiam communia deducuntur, Chriſti nobis uerbis ſatisfacientibus etiam ſi exempla deeſſent. Ipſa quippe ueritas propter electos in euangelio dicit. In domo patris mei manſiones multę ſunt. Si enim diſpar retributio in illa æterna beatitudine non eſſet, una potius manſio quam multę ibi dicendę eſſent. Multę ergo manſiones ibi ſunt in quibus diſtincti ordines bonorum propter meritorum conſortium communiter lætantur. Et eadem ueritas (dicit Grego.) finalis iudicij diem denuncians ait. Tunc dicam meſſoribus. Colligite zizania, & ligate eam in faſciculos ad comburendum. Quid autem eſt zizania in faſciculos ligare, niſi compares paribus in tormentis ſimilibus ſociare, ut ſuperbos cum ſuperbis, luxurioſos cum luxurioſis, auaros cum auaris, fallaces cum fallacibus, infideles cum infidelibus? Cum ergo ſimiles in culpa ad tormenta ſimilia angeli in locis pœnalibus deputant, quaſi zizaniorum faſciculos ad comburendum ligant. hoc Grego. Vel dicendum, quòd ſicut poſt conſummationẽ mundi, iuxta hierarchias angelorum malorum ordinabuntur in inferno diuerſæ manſiones, ſeu regiones eorum ſecundum differentias in ſtatibus, & culpis eorum. Item uidelicet, ꝙ illi angeli mali, qui fuerunt, uel ſtantes fuiſſent de Seraphin ſummi in cęlo, cadentes facti ſunt infimi. Et illi qui fuiſſent Cherubin, cadentes, conſtituti ſunt in choro ſuper iſtos, ita quòd qui fuiſſent de infimo ordine cœtus angelici, collocabuntur in ſummo loco inferni. Sicut ergo in cœlo cũ quolibet ordine angelorum collocabuntur aliqui homines, pro conformitate meritorũ, ita proportionabiliter in hierarchijs inferni pro cõformitate demeritorũ hoĩes collocabũtur intra choros dęmonũ, ita ꝙ in infimo loco Seraphinorũ inferni ponẽtur illi qui hic fingũt ardere in amore Dei, ut religioſi

gioſi &c. & ardent ambitione diaboli. In choro Cherubin inferni ponentur illuminati ſcientia, ſed non ſibi nec recte aliis. In choro Thronorum inferni ponentur, qui fingunt ſe pauperes, & theſaurizant pro epiſcopatu. In ordine dominationum inferni ponentur mali prælati, ſpirituales, & temporales, reges, duces, comites. In ordine uirtutum inferi ponentur zizanioſi, & ſic de ſingulis. Quod ſi aliquis arguat, quia ſecundum Iob. 10. in inferno nullus eſt ordo, & hic ponitur ordo ſeptem carcerum, uel trium hierarchiarū. Reſpondetur, quòd Iob intelligit de ordine intentionum, & operationum, quæ non ſunt in Inferno, nam nullus damnatorum habet intentionem, uel actum debite ordinatum in fine, qui eſt Deus. Elicitiuè ex Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO OCTAVA. III. CAP.

Vtrum ignis inferni ſit corporeus, uel ſimilitudinarius, aut imaginarius.

QVAERITVR, Si ignis inferni ſit corporeus, uel ſimilitudinarius, aut imaginarius. Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ Auicen. 9. ſuę met. negās exuſtionem corporum, poſt iudicium cum non admittat carnis reſurrectionem, & uidens quòd naturaliter ſpiritus ab igne corporali pati non poſſit, dixit ex hoc, quòd ignis inferni non eſſet corporalis, ſed imaginarius, ita ꝙ animæ malorū poſt mortem dicuntur ideo igne cremari, quia imaginantur cruciari appræhendendo ignem, ſub ratione diſconuenientis. Et ponit exemplum ibidem de ſomniante, qui ex appræhenſione fantaſtica alicuius diſconuenientis in ſomno, quandoque plus cruciatur quàm feciſſet ex præſentia eiuſdem in uigilia, ſed hoc eſt falſum, & erroneum, quia imaginatio eſt potentia quæ-

dam

dam vtens organo corporali, vnde non poteſt eſſe, ꝙ tales imaginationes fiant in anima a corpore ſeparata, ſicut in anima ſomniantis, ideo dicebat, quòd ſi ille ignis non ſit imaginarius, eſt certe ſimilitudinarius, vt ſic intelligantur animæ ardere in igne, & affligi fœtoribus ſpiritualiter, ſicut iocundari dicuntur, ſcilicet, quòd rideant, vel reficiantur, quæ non intelligun tur in aliqua re corporali, ſed ſpirituali tantum. Et ſi aliquis dicat, quare ergo delectationes, & pœnæ ſpirituales beatorum & malorum demonſtrantur, & pinguntur corporaliter. Reſpondet Auic. quia ſcilicet triſtitia, & delectatio ſpiritualis eſt multum ignota, & homines melius ad amorem, vel timorē mouentur corporalibus, quàm ſpiritualibus. Sed quoniam etiā hoc falſum eſt. Idcirco dicendum, quòd ignis inferni eſt uerus ignis corporeus, & eiuſdem ſpeciei cum iſto quem nos uidemus. Quod probatur ratione, & auctoritate. Primo ratione ſic. Corpori non poteſt conuenienter aptari, in pœnam niſi corporeum, ſed pęna dānatorū non ſolum erit pœna damni, & priuationis diuinę uiſionis quę reſpondet auerſioni, quæ fuit in peccato mortali, ſed erit etiam pœna ſenſus corporaliter, quæ reſpondet conuerſioni ad bonum commutabile. Corporalis autem pœna per corpora irrogatur, ergo. Secundo etiam probatur auctoritate phi. 1. Thopi. dicētis, ꝙ omnis aqua, omni aquæ eſt eadē ſpecie, ergo eadem ratione omnis ignis, omni igni eſt idem ſpecie. Tertio ꝓbatur auctoritate Greg. 4. dialo. & Auguſtini dicentium, quòd animæ damnatorum igne corporeo affliguntur. Hæc Th. in 4. ſententiarum. diſtin. 44. Alii tamen dicunt vt recitat Sco. in 4. quòd ſpiritibus, & animab. datur quidam habitus ſupernaturalis propter demeritum peccati, & per illum ſubiiciuntur corporali agenti, vt poſſint ab eo pati. Hoc tamen Scotus improbat, & bene.

QVAESAIO NONA. III. CAPI.

Vtrum Dæmo nes, & animæ ſpirituales poſſint ab igne infernali, ac corporali pati, & cruciari.

QVAERITVR, Si dæmones, & animæ ſpirituales ſeparatæ, poſſint ab igne infernali corporali pati, & cruciari, & quomodo. Ad quam primo videtur reſpondendum negatiue per illud Aug. 12. ſuper Gen. c. 42. Agens debet eſſe nobilius paſſo. Ignis corporeus non eſt præſtantior ſpiritu. Item Ari. 1. de generatione dicit, quòd corpus non agit niſi per contactum, corpus autem ſpiritum tangere non poteſt, quia illa ſe tangunt quorum ultima ſunt ſimul. 5. phy. Spiritus autem indiuiſibilis, non habet ultimum. Item primo de generatione & ſecundum Boe. li. de duabus naturis. Illa ſolũ agũt, & patiuntur ad inuicem quę in materia communicãt, ſed anima, & ignis corporeus non communicant in materia, quia corporalium, & ſpiritualiũ non eſt materia communis. 11. meth. Item omne quod patitur recipit aliq d. ab agente. Si ergo anima patiatur ab igne corporeo, aliquid ab eo recipiet, ſed omne quod recipitur in aliquo, eſt ibi per modum recipientis, ergo recipitur ignis in anima corporaliter. Sed ſpiritualia recepta ab anima, ſunt animę perfectiones, & non pęna, ergo ignis receptus in anima non erit pœna eius, ſed magis perfectio. Item agens corporeum non agit in re mota, niſi per hoc quod agit in media. Sed animæ, & dæmones quandoque ſunt extra locum inferni. Cũ quandoque in hoc mundo appareãt hominib. nec tamen ſunt immunes a pœna. Et tamẽ videmus, quòd omnia intermedia ab igne inferni non patiantur, ergo videtur ꝙ animę damnatorum non patiantur ab igne corporeo inferni. Idem probatur auctoritate.

ritate.Ter.in apolo.1.in li.defenſionem capi.46.dicentis.Ideo in iudicio repræſentabuntur,& corpora,quia neque pati quicquam poteſt anima ſola ſine materia ſtabili i.carne,& ꝙ omnino de iudicio Dei pati debent animæ non ſine carne: quę non ſine carne meruerũt, infra quàm omnia egerũt,hæc ille,& Lac.li 7.ca. 21. dicit Animæ cũ in ſe nihil habeant ſolidum, & contra ctabile, a ſolidis, & corporalibus uim pati nõ poſſunt, ſed quia in ſolis ſpiritibus uiuunt, a ſolo Deo tractabiles ſunt cuius uirtus, & ſubſtantia ſpiritualis eſt. Sed tamen docent nos ſacræ literę quemadmodum pœnas impii ſint laturi, nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rurſus carne induentur, ut in corporib. piaculum ſoluant, hæc ille. In oppoſitum eſt fides, & Luc. 16. loquens de epulone, de quo epulone dicitur quòd cruciabatur igne inferni. Ad hanc quæſtionẽ reſpondetur ſub hac concluſione, ꝙ anima ſeparata põt pati ab igne corporeo, & ab eo cruciari. Probatur autem ſic ratione. Eadem eſt ratio de animab. ſeparatis, & de dęmonib. ſed dęmones patiuntur ab igne corporeo, ut patet Matt.25. Ite maledicti in ignem ęternum qui paratus eſt diabolo,& angelis eius,ergo & aīæ ſeparatæ ab igne corporeo pati pñt. Itẽ pœna dẽt rñdere culpæ,ſed aīa ꝑ culpã,& ꝑ prauã cõcupiſcẽtiã ſe ſubiicit corpori,ergo & iuſtũ eſt,ut in pęna corporeę naturæ ꝑ paſſiones ſubijciat̃. Vnde Gre.4 dia.dicit, Si diabolus,& eius angeli cũ ſint incorporei,corporeo igne ſunt cruciãdi, q̃d mirũ ſi aīæ anteq̃ recipiant corpora poſsũt igne corporeo cruciari; quaſi diceret nõ eſt mirũ. Firmiter ergo tenẽdũ eſt,ꝙ aīa ſeꝑata pati, affligi, & cruciari poſſit ab igne corporeo. Sed circa modum quo pati poſſit diuerſi diuerſa ſẽſere. Aliqui.n.dixerũt, ꝙ anima ab igne patiatur uidendo ſolum ignem, ſed hoc eſt falſum, quia uiſum, ut uiſum perfectio eſt uidentis. Alii dixerũt,quòd anima ab igne patiatur imaginãdo ipſum ut ſibi nociuũ. Sed hoc tenere eſt hæreticũ,quia tunc pœna inferni ignis, ſm ueritatem non

cet realis, ſed apparens,& imaginaria. Alii dixerũt, ꝙ anima patiatur ab igne alterando, vt puta recipiendo ab igne calorem, ardorem ſiccitatem, vel aduſtionẽ, quod eſt falſum, quia tales paſſiones ſunt, paſſiones corporis, & non ſpiritus. Ideo Thom. in 4. diſt. 44 declarando dicit. Quod ignis inferni cum ſit uere ignis corporeus, non tamen corporaliter animas affligit, ſcilicet, vt eas per modum corporis adurat, ſed ſpiritualiter, & hoc quatuor modis. ſ. detinendo, impediendo, ſubiugando, & inimicando. Primo in detinendo, ſiue alligando, & hoc ſupernaturaliter conceditur igni. Nam quàmuis res corporea poſſit ſpiritum incorporeum loco diffinire, & ſpiritus poſſit uniri corpori, ſicut mouens mobili, uel ſicut locatum loco (Nam ſpiritualis creatura loco diffinitur ita. ſ. in uno loco exiſtens, & operans quod nõ in alio, eo modo, quo incorporalia dicuntur eſſe in loco) non tamen põt res corporea, & ꝑ cõſequens ignis inferni naturaliter, & propria uirtute ſpiritũ incorporeum loco diffinitum detinere alligatũ ſic in uno loco, ꝙ ad alia loca non poſſit ſe diuertere. Cum id qđ eſt minoris uirtutis, ut eſt corpus ignis, nõ poſſit ſua uirtute ꝓpria ligare, uel tenere id qđ eſt maioris uirtutis, ſcilicet ſpiritũ, & animã. Sed hoc, ut ignis inferni teneat, & alliget animam, & ſpũs malos, hẽt inquantum eſt inſtrumentũ diuinæ iuſtitiæ uindicantis, ut ipſum ſpiritũ, & animam quodammodo retineat alligatum. Et in hoc ille ignis ueraciter eſt ſpiritui noxius, patet hoc exẽplo. Nam uidemus, ꝙ dęmones uirtute quorũdã uerborũ, quibuſdã corporibus alligantur, detruduntur, & ſic patiũtur. Ergo multomagis aĩa detrudetur, & alligabit, & patietur ab igne corporeo, ut inſtrumẽto diuinæ iuſtitiæ uindicantis. Secundo modo ignis corporeus infert pœnã aĩę retardando eam, uel impediẽdo ab executione propriæ uolũtatis. Sicut. n. lapis dicitur pati, cũ impeditur ne deorſum tendat. Et homo dicitur pati cum detinetur, uel ligatur, ne uadat quò uult. Ita ignis inferni, ut inſtrumẽ

tum

tum diuinę iuſtitiæ tardãs, uel impediens animam ab executione propriæ uoluntatis,ſ.ne anima poſſit opẽrari ubi uult,& ẽm quod uult.efficitur animæ uel ſpũi maximẽ pœnalis. Et ponit Th.exẽplum Beati Augu. 21.de ci.Dei dicẽtis,ꝙ ſicut anima ſpũalis concipit, & recipit ex cõiunctione ad corpus naturalẽ maximum amorem,ſic aĩa ligatã igni,& ab eo detẽtã ex illa detẽtione maximũ cõcipit horrorem, & dolorem. Tertiò ignis inferni infert animæ pęnam ſubiugando. Nã ſicut anima uel ſpiritus per hoc quod cõiungitur ſuperiori Deo eſſentialiter prẹmiatur. Ita per hoc,ꝙ priuatur diuina uiſione cõiũgitur,& ſubditur rebus infimis. ſ.igni,& loco infimo,& abiectiſſimo terrę aſtringitur, ex hoc maxime affligitur,patitur,& angitur. Quarto ignis infert pœnam animabus, & ſpiritib.inimicando. Nã cũ anima uidet,& apprehẽdit,ut nociuũ illũ ignẽ, ut inſtrumentum diuinę iuſtitiæ uindicãtis eſſe ſibi nociuum, & per conſequens inimicum, interiori triſtitiã affligitur,& cruciatur.nõ ꝙ ille ignis noceat animę,eo ipſo, ꝙ uidetur intellectualiter, q̃a nihil eſt in cõtrariũ & cõtriſtabile intellectui in eo ꝙ aliq̃d intelligitur ab eo, ſed fit cõtriſtabile inquantũ uidetur,ut repugnans uolũtati. Hæc tangit Greg.in 4.dialo.& Tho.4.contra Gẽtiles.c.90. & quolib.2 & 3.& in q̃õnibus diſputatis de anima.q.21. Nũc ad rõnes in oppoſitũ reſpõdetur, & ad primã ſic, ꝙ licet anima ſpiritualis ſimpliciter ſit nobilior igne corporeo inferni, tamen ẽm ꝙ ille ignis eſt inſtrumẽtũ diuinę iuſtitię cuius uirtute operatur,dici, & fieri põt nobilior ipſa aĩa. Ad ẽm dicitur, ꝙ licet inter animã,& corpus nõ ſit aliquis cõtactus corporalis,ſiue phyſicus,eſt tamen inter eos aliq̃s cõtactus ſpiritualis,& uirtutis. Sicut,& motor cęli cũ ſit ſpũalis,ſpirituali cõtactu tãgit cœlũ mouẽs ipſum, & ꝑ modum quo dicitur cõtriſtãs tãgere,ut dicitur in 1.de cœlo,& hic modus ſufficit ad actionem. Ad tertiũ reſpondetur negando conſequentiam,dicẽdo ꝙ phũs,& Boetius loquuntur de illa actione per quã patiens tranſmutatur

in naturam agentis. Talis aūt actio nō eſt ignis in animam. Ad quartū rñdetur, negādo cōſequētiam, & rō eſt, qa aſſumptū eſt uerū de eo quod patitur ab agēte per modum influentiæ. Ignis aūt in aīam nō agit per modū influentis, ſed per modum detinentis, ut dictum eſt. Ad quintum rñdetur, ꝙ ſpūs dānari nunq̃ ſunt extra infernum, niſi ex diſpēſatione diuina, uel ad inſtructionem, uel ad exercitium electorum, Vbicunq; at extra infernum ſint, ſemper tñ uident ignē inferni ut eis in pęnam præparatū. Vnde cū iſta uiſio ſit immediate affligēs ut dictum eſt, ideo ubicunq; ſunt ſpūs damnati ab igne inferni affliguntur, ſicut & captiui extra carcerem exiſtentes, a carcere quodammodo affliguntur dū uidēt ſe ad carcerem damnatos. Vnde ſicut gloria electorū in nullo minuitur, nec quantū ad præmiū eſſentiale, nec q̃tum ad præmium accidentale, ſi aliqui extra cœlum empyreū ſint, qđ aliqualiter in eorū gloriā cędit, ita in nullo dānatorum pœna diminuit. Si aliqui extra infernum ad tp̄s ex diuina diſpēſatione ponantur. Et hoc eſt qđ dicit gl. ſuper illud Iaco. 3. Inflāmat rotam natiuitatis. Diabolus ubicūque ſit, ſiue ſub aere ſiue ſub terra, ſecū fert tormenta ſuarū flāmarū. Obiectio aūt procedit ac ſi ignis corporeus affligeret ſpūs immediate ſicut affligit corpora. Ad auctoritates aūt ſic reſpondetur, & primo ad Tertullianū dicitur negando ꝙ dæmones, & animæ abſque corpore pati nō poſſint ab igne corporeo, nā Dei tāta eſt ptās ut incorporalia quemadmodum uoluerit, per ſe uel in igne afficere poſſit, & caſtigare modo a nobis imperceptibili, & inenarrabili. Et cum dicitur, ꝙ animæ nihil ſine corpore meruerunt, ideoq; in corporibus proprIis torqueri, & puniri debebunt, hoc ſimiliter negatur, nam ut dictum eſt de mente Tho. pri. ſecundæ. q. 7. Actus animæ in merito, uel demerito dupliciter præcedunt actus corporum. ſ. quòad tempus, & quò ad ualorem. nam quo ad tempus prius habetur propoſitum benefaciendi, uel malefaciendi, quàm illud exe-

cuſtioni mandetur, & omnis bonitas quę aſcribitur actibus exterioribus corporum, ex uoluntate prius habuit origenem, & formam. Ad illud etiam Lactantij reſpondetur, negando in hoc Lactantium, ſicut negatur etiam in cæteris erratis ſuis.

QVAESTIO DECIMA, III. CAP.

An inter ignem inferni, & huius mundi ſit aliquod diſcrimen.

QVAERITVR, quæ differentia ſit inter ignem inferni, & ignem huius mundi. Ad quam reſpondetur, quòd licet nobis ignotũ ſit in qua materia ſit ignis inferni, ſiue in materia propria prout eſt in ſphera ſua in qua nõ lucet, ut dicunt philoſophi, ſiue in materia aliena. ſ. terreſtri, ut in carbone ſiue aerea ut in flãma, ſiue ignita ꝑ uioletiã, ut patet in ferro, ſiue ignita ex naturali principio intrinſeco, ut patet in ſulphure, tamẽ in quacunq; materia in inferno ignis inueniat̃, ſemper eſt idem ſpecie, quantũ ad naturã ignis pertinet, cum noſtro, ut dicit Tho. in 4. ubi ſupra. Inquantum uerò ille ignis eſt inſtrumentũ diuinæ iuſtitiæ. differt in multis ab igne qui eſt apud nos. Primo. n. differt, quia ignis noſter naturaliter urit, ſed non detinet. Ibi ligat, & detinet (ut dictũ eſt ſupra.) Scd'o ignis noſter eſt corruptibilis deficiẽte materia. ignis inferni eſt incorruptibilis, quia in materia immortali, ſcilicet anima, & corpore inconſumptibili, ut dicetur ſtatim infra. Tertio ignis noſter ſuccenſore indiget, & ſuccenſore nutritur, quia uiolenter accenditur, ignis inferni ſuccenſore non indiget, nam flatus domini ſic ut torrens ſulphuris, ſuccendet eum, ut dicitur Iſaiæ. 30. Nec lignis indiget, quia Deus talem ei naturam indidit. Quarto ignis apud nos ſua luce delectat. Ignis inferni parum lu-

cet, & ad pœnam damnatorum, ut ſcilicet uideant ſua afflictiua unde doleant. Vnde Pſal. Peccator uidebit, & iraſcetur dentibus &c. Quintò ignis noſter non habet ſecundum uirtutem propriam, ꝙ aliquos cruciat magis aut minus. Ignis autē inferni cruciabit ſecundū modum peccati, ut in modo ſuę actionis ſequatur modum culpæ, ut patet in igne fornacis qui in ſua actione modificatur ex induſtria fabri ſecundum ꝙ competit ad effectum artificis. Vnde Greg. in 4. dialo. dicit. Vnus quidem eſt gehennę ignis, ſed non uno modo omnes cruciat peccatores. Vniuſcuiuſque.n.quantum exigit culpa tantum ſentietur pœna. Sexto ignis huius mundi habet ardorem naturalem non in infinitū intēſiuè, ſed ignis inferni reſpectu huius ignis habet ardorē incomparabilem. Primo rōne loci infernalis, ubi eſt clauſus, & coarctatus. Secūdo ratione cōtrarii.i.frigoris circūſtantis, nam ex propinquitate unius cōtrarii, alterū contrariorū fortificatur, ſicut patet in aurora quę ex propinquitate aduētus ſui contrarii. ſ.caloris radiorū ſolarium. quod contrariorum philoſophi uocant anthipariſtaſim fortior facta gelu frigidior eſt media nocte. Habet etiam tertio ignis inferni intenſiorem ardorem ab igne noſtro inquantum eſt inſtrumētum diuinę iuſtitię. Vnde propter hoc dicebatur a Policarpo poſt Augu. in uita ſancti Sebaſtiani, quòd ignis noſter, & inferni, uel purgatorii differunt ſicut ignis pictus, & uerus.

QVAESTIO VNDECIMA, III. CAP. Primę Decadis.

Vtrum Damnatorum corpora coniuncta animabus poſt iudicium, poſſint perpetuò in igne inconſumptibiliter ſubſiſtere,

QVAERITVR, An corpora damnatorū poſt iudiciū cōiuncta animabus poterunt perpetuo incōſumptibiliter in igne ſubſiſtere, Ad quam uide-

uidetur primo reſpondendum negatiuè, nam ut dicit philoſophus.6.thopi. Omnis paſſio facta magis abiiçit a ſubſtantia,& cōtinua tandē conſumit. Sed corpus humanum poſt iudicium iunctum animæ cum nō ſit incorruptibile per naturam ut corpora cœleſtia, Nec per gratiam,ut corpus primorum parentum, Nec per gloriam ſicut corpus Chriſti, & electorum poſt eorū reſurrectionem, ergo ſequitur, ꝙ tandem ab igne deſtruetur, & corrumpetur. Reſpōdetur, quòd circa hoc aliqui dixerunt corpora damnatorum ideo non cōſumi, quia exuſtio illa eſt intentionalis, & non realis. Pro quorum uerborum intelligētia notandum eſt, ꝙ inter ſenſum tactus,& alios ſenſus eſt hæc differentia. Nā in quatuor ſenſibus, uiſus, auditus, guſtus, & olfactus,non eſt actio niſi intentionalis,in aure.n,remanet ſonus, nec tamen ſonus immutat aurem realiter. Similiter in uiſu recipitur ſpecies coloris abſque hoc, quòd oculus realiter coloretur, & ſic de aliis duobus ſenſibus. In ſenſu autem tactus utraque actio ſimul eſt,ſcilicet realis, & intentionalis. Cum enim animal calefit,calor remanet realiter in animali, & ultra hoc anima concipit calorem intentionaliter, ut habetur.2.de anima. Nec realiter poſſet animal percipere intentionem caloris,niſi etiam calorem realiter reciperet. Dicunt ergo iſti,quòd ideo corpora dānatorum àb igne non conſumuntur,quia ille ignis agit in eis intentionaliter tantum, & non realiter. Et ex hoc uitatur corruptio eorum, non tñ uitatur afflictio, quia dolor non eſt læſio, ſed ſenſus, ideſt ſenſitiua perceptio læſionis. 2.de anima ſed hoc eſt falſiſſimum, Sequeretur enim, ꝙ aliquis ſentiret exuſtionem qui in rei ueritate, non exureretur,& ſequeretur ēt ꝙ ibi non eſſet niſi intentio, & imaginatio ſuperexceſſiui caloris, & nō realis exuſtio ignis,ſicut apparet in freneticis quibus uidetur ꝙ aues in aere uolant cū tamen nō uolant, & ſic illa afflictio eſſet apparens, & nō exiſtens, quod eſt hæreticum. Dicendum eſt ergo, ꝙ actio caloris in corpora

damnatorum eſt realis, & intentionalis, ſicut de ſenſu tactus dicebatur. Nā corpora illa realiter exurētur, nec dormient, aut in contemplatione rapientur cum exurentur, ſed percipient læſionē, & exuſtionē, & tāto profundius, quanto ille ignis aget ut inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, quę exigit ut pœna reſpōdeat culpę, & culpæ proportionetur ut dicitur Apo. 18. c. Et cum petitur qūo continue exurantur, nec cōſumuntur, aut corrumpuntur? Reſpondetur, & dicitur ꝙ principalis cauſa & prima huius, eſt uirtus & iuſtitia diuina. Iuſtitia enim diuina ſeparat unam actionem ab altera, cum ſecundum naturam una ſine altera eſſe non poſſit. Separat. n. corruptionem a cōtiua exuſtione, cum ſecundū naturam omne quod diu exuritur corrumpitur. Quod etiam factum fuit in rubo quem uidit Moyſes. Exo. 3. & in camino ignis trium puerorum Daniel 3. c. Alia ratio quaſi coadiuuans poterit eſſe naturalis, ſcilicet quies motus cœli, quo quieſcente nulla actio, uel paſſio poterit eſſe in corporibus pertinens ad tranſmutationem naturæ. Et ſic dicitur ad dubitationem, quòd cauſa incorruptionis corporum nō eſt natura, uel gratia, uel gloria, ſed diuina uirtus, & ordo iuſtitiæ eius, quibus etiam obtemperabit quies motus cœli, Auctoritas eſt ad hoc Greg. ſuper illud Iob. 20. Lucet qui fecit omnia. Cruciabitur, & non extinguetur, morietur & ſemper uiuet, finietur & ſine fine manebit. Cuius enim uita mortua fuit in culpa, neceſſe eſt ut mortuus ſemper uiuat in pœna. Hæc ille. Quantum ad exempla notandum, quod nullum corpus eſt, quod tandem nō conſumatur ab igne quamuis quædam corpora ſint, quæ ad horam, uel per paucū tempus in igne permaneant, ſine læſione aut corruptione. Vnde Galenus dicit, quòd ſalamandra licet aliquo tēpore poſſit eſſe in igne, non tñ finaliter ſine corruptione ibidem poſſet perſeuerare, Sic etiā patet de ebano. Aug. tñ 21. de ci. Dei, ut declaret qūo corpora dānatorum ſemper cremata, & exuſta nunquam conſummentur (uirtute Dei ope-

operante)ponit aliqua quæ reperiũtur in natura,quę ſub igne incorruptibiliter perſeuerant. Et primo ligna tina,nec uerme conſumuntur,nec in aqua corrũpuntur, nec in igne (ut dicitur) comburuntur. Lapis præcioſus Achades in igne poſitus impaſſibilis, & incorruptibilis in igne permanet. Vnde ſemel accenſus, nec pluuiis nec uentis extinguitur, & ardens nunquã conſumitur. Vnde dicitur, ꝙ erat Athenis phanum ueneris in quo erant lucernæ de dicto lapide quæ nunq̃ aliqua intemperie extinguebantur Item aurum quantuncunque ſtet in igne, nec læditur nec corrumpitur. Eſt quoddam genus uirgulti, dicit Augu. quaſi quędã radix ſemper ardẽs, nunquam ueniens ad conſumptionem. Montes Ethnę Siciliæ uſq; hodie flãmis ęſtuant & integri perſeuerãt. In legenda S. Nicolai habetur de quodã igne in quo ſi manum apponas, ſentis ardoris afflictionẽ, ſed manus nõ patitur combuſtionis corruptionem, ſiue deſtructionem. Cor hominis ueneno mortui ſemper ſubſtat igni inconſumptibiliter, (ut dicũt medici.) Carbo ligni uirtute ignis fit imputribilis ita, ut nunquam putreſcat in aquis. Itẽ latericius lapis prius mollis, & diſſolubilis in igne decoctus, manet in aq̃s perpetuo incorruptibilis. Quod ergo natura tribuit ſupradictis, q̃d ignis cõcedit carboni, & latericio, multo magis p̃t Deus dare corpori humano. Ad argumẽtum aũt philoſophi dicitur, ꝙ intelligitur de cauſa pura naturali. Hæc Tho in 4. di 44. & Scotus ibidem, & Ioannes de Blibia Bononienſis in quolibetis.

QVAESTIO DVODECIMA, III. CAP.

De generibus pœnarum, quæ fiunt in inferno.

QVAERITVR, quot pęnarũ genera repe riuntur in inferno. Ad quã ſic reſpondetur, ꝙ in inferno inter alia sũt octo pęnę, ſ. ignis inextinguibilis, uermis immortalis, fletus

contri-

contriſtabilis, tenebrę palpabiles, fœtor intolerab lis, ſtridor inæſtimabilis, aſpectus dæmonum horribilis, flagellum corporis. Prima pœna eſt ignis inextinguibilis. Nam ignis inter alia elementa eſt maxime actiuus.4 metha. Vnde a qualitatę propria, & naturali non poteſt alterari ut infrigidetur. Sicut aqua poteſt calefieri, & ideo maxime ponitur ignis pęna gehennalis & eſt inextinguibilis, quia ſicut culpa in inferno nunquam poterit expiari, uel remitti, ita & pœna animę, & corporis ex parte ignis nunquam poterit terminari. Secunda eſt uermis immortalis, de quo Iſa. 65. Vermis eorũ non moriet̃. Qui uermis non intelligitur corporaliter, quia poſt diẽ iudicii innouato mũdo nõ remanebit aliqđ corpus mixtũ, uel aliqđ aĩal niſi tm̃ corpus hoĩs. Sed intelligitur de uerme ſpirituali, ideſt remorſu conſcientię, qui remorſus conſcientiæ ita oritur ex putredine peccati, & affligit puniẽdo animam. Sicut uermis corporalis oritur ex putredine ligni, & affligit puniendo corpus. Thom. in 4. diſti. 50. Tertia pœna eſt fletus cõtriſtabilis, Matth. 22. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Vbi notandum ꝙ in fletu corporali ſunt duo. ſ. lachrymarum reſolutio, & hoc non erit poſt diem iudicii, quia tunc ceſſante motu cœli nulla generatio, uel alteratio erit. Secundo in fletu corporali, eſt capitis, & oculorum turbatio, & hæc erit in die iudicii, & in anima, & in corpore. Nam anima maximè affligetur, & corpus immutabitur in bonum, ut in beatis, & in malum, ut in damnatis ab animæ paſſione. Thom. ubi ſupra. Quarta ſunt tenebrę palpabiles. Matth. 22. Ligatis manibus, & pedib, mittite eum in tene. &c. Licet enim infernus quantum eſt ex ſe ſit locus tenebroſus, eo ꝙ in medio terræ ſitus ubi non poteſt eſſe niſi ignis turbidus, & quaſi fumoſus. Tamen ex diuina diſpenſatione eſt ibi aliquid luminis ſub quadam umbroſitate, quæ ſufficit ad uidẽdum illa, quæ animam, & corpus torquere poſſunt. Vnde infernus, dicitur terra miſeriæ, & tenebrarum

Iob,

Iob. 10. Thom. vbi ſupra. Quinta eſt ibi ſtridor ineſtimabilis. Matth. 22. Stridor dentium qui erit ibi corporalis. Nam ſtridor nullam importat reſolutionem, ſicut effuſio lachrymarum, hoc dicit Pet. de Taranta. in 4. diſtin. 50. Vnde Grego. dicit. Eiicientur in tenebras exteriores, ut illic dentes ſtrideant, qui hic de edacitate gaudebant. Sexta eſt fœtor intolerabilis. Ioelis, 2. Aſcendet fœtor eius, & aſcēdet putredo eius, quia ſuperbè ſe egit, hic autem fœtor nomine ſulphuris deſignatur. Vnde Pſalm. Pluet ſuper peccatores laqueos ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum. Nam ignis reſpondet concupiſcentiæ, & ardori peccati. Sulphur reſpondet fœtori uoluptatis, Spiritus procellarum reſpondet ſtrepitui perpetrationis peccati. Septima aſpectus dæmonum horribilis, Vbi notandum ꝙ dæmones in natura ſua, & decore apparere nō poſſunt damnatis in inferno ſiue in purgatorio, ſed apparent in corporibus aſſumptis in aliqua uiſione, ſicut Deo placet, cum tali & tanta deformitate, ꝙ uidentes illos in tali aſpectu maxime deterrentur, & contriſtantur. Vnde tantus eſt horror in eorum aſpectu, ꝙ nullus ſine adiutorio Dei, in hac uita etiam quantumcunque ſanctus poſſit illum uidere, & tolerare, ut patet de Beata Virgine, & dicetur infra in 3. decade in ultimo. Octaua pœna eſt flagellum. Prouerb. 19. Mallei percutiens ſtultorum corporibus, Vbi notandum, ꝙ dæmones cum ſint incorporei, motu tactus non operantur immediate in aliquod corpus a ſe diſtans, ſed utendo quibuſdam corporibus. Vnde ſicut angeli utuntur ad aliquos corporales effectus aliquibus ſeminibus in quibus ſunt uirtutes aliquæ naturales, ex quibus aliqui effectus celeriter producuntur, vt dicit Auguſt. 3. de ciui. dei. Ita etiam faciunt dæmones, cum motu tactus aliquid operantur. Hæc Thom. 16. de ſpiritualibus creaturis. De iſtis octo generibus pœnarum ſunt uerſus, uidelicet. Vermes, & tenebræ flagellum, frigus, & ignis, dæmonis aſpectus, ſcelerum

confu-

confuſio luctus. Quib. pœnis dic. B. Aug. 21. de ci. dei. c. 11. correſpondēt octo gña pœnarū quæ ponit Cic. in de legib. q̃bus malefactores puniuntur in mundo. ſ. damnum, uinculum, ſeruitus, uerbera, talio, ignominia, exiliū, mors. Per dānum in mundo tolluntur diuitiæ. Per uincula, & ſeruitutes tollitur libertas. Per uerbera tollitur incolumitas corporis. Talio per quā patitur quilibet quod alteri fecit. Ignominia per quàm tollitur fama. Exilium per qđ tollitur patria. Mors ꝑ quā tollitur uita. In inferno aūt dāno reſpondet pęna dāni. i. priuatio uiſionis diuinæ, cū priuatione gratiæ, gloriæ, & miſericordiæ eius, non ſolū in re, ſed in ſpe. Vnde Iſai. 30. Non remanebit de fragmentis eius teſta, ut hauriatur parum aquæ de fouea. ſ. diuinæ miſericordię, aut deportetur igniculus de incendio. ſ. charitatis. Pœnæ uinculorum correſpondet ligatio manuū & pedum. i. quia manus nō pñt benefacere nec pedes, & affectiones bene uelle, ut dicit Greg. Pœnæ uerberū reſpondent in inferno Mallęi dæmonū materialiter, ut diximus, uel ſpiritualiter, i. pro uerbo Chriſti dicēti. Ite maledicti in ignē æternū. Pœnę talionis rñdet ęqualitas pœnarū Apo. 18. Quātū ſe glorificauit in delitiis, tm̄ ei date tormētū, & luctū. Quod uerbum B. Tho. exponit ꝙ quantū & tm̄ nō importāt æqualitatem quantitatis, ſed proportionis. Pœnæ ignominiæ reſpondet in inferno confuſio oīm electorū. Iſa. 13. Facies combuſtæ. ſ. a confuſione uultus eorū. Pœnę exilii reſpōdet cæcitas cordis, & mors dānationis. Vnde Greg. Interiores tenebras dicimus cęcitatē cordis. Exteriorem uero æternam mortē dānationis. Pœnæ ſeruitutis correſpondet tributū pœnarū Treñ. 1. princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Nam dānati ſunt ſub tributo pœnarum. Semper enim emūt, nunquā tamen ſoluunt. Pœnæ mortis reſpōdet mors ſecunda, ideſt ſine morte, damnatio, ſ. perpetuo ubicūque aīæ & corporis ſine fine. Sunt autem ēt in inferno aliæ pœnę. ſ. tranſitus ab aquis ad ignem Iob. 24.

Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, qui quidem tranſitus non dicit interpolationem inter pœnam ignis, & pœnam aquæ, ut quandoque patiantur pœnam aquæ, quandoque patiantur pœnam ignis ſicut hic in mundo. Sed ibi utraque pœna erit continua, quia culpa eorum eſt ibi perpetua. Vnde Gre. dicit ſuper hoc in moral ꝙ pœna aquæ debetur propter timorem male humiliantem, & pœna ignis propter amorem male inflammãtem. Vnde tranſitus ille non dicit ordinem, uel interpollationem, ſed continuitatem & uarietatem pœnarum, ꝑꝑ uarietatem, & continuitatem culparum. Erit etiam ibi decima pœna ſcilicet mors ſine morte. Vnde dicitur Apo.9. Vocabunt mortem, & mors fugiet ab eis quæ mors erit in perpetua diuiſione malorum à Deo, & eorum perpetuis pœnis gehennæ aliarumque pœnarum. Vnde Gre. dicit. Erit miſeris mors ſine morte. Finis ſine fine. Defectus ſine defectu. Nam mors ibi ſemper uiuit, & finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit. Hęc Augu. 11. & 21. de ciui. Dei, & Gre. 9. mora. Th. ſuper illud Iob. 10. Dimitte ergo me, ut &c.

QVAESTIO DECIMATERTIA. III. CAP.

Vtrum uiuorum ſuffragia minuere uel abbreuiare poſſint pœnam inferni.

QVAERITVR Si per ſuffragia uiuorum fidelium minui, uel abbreuiari poſſit pœna inferni. Ad quam reſpondent aliqui quòd ſic, antiquas & oblitas poſitiones ſuſcitare cupiẽtes, nã primo arguũt ſic, q̃a 2. Macha. 12. dicitur, ꝙ inuenerũt ſub tunicis interfectorũ de donariis idolorum a quibus lex prohibet Iudæos, & tamen poſtea ſubditur, quòd iudas collatione facta. 12. millia drachmas argẽti miſit Hieroſolymã offerri ibi pro peccatis

mortuorum. Conſtat, ꝙ illi peccauerant mortaliter contra legem agentes, & in peccato illo deceſſiſſe, & per conſequens fuiſſe in infernum damnatos, ergo ſuffragia proſunt in inferno damnatis. Secundo ſic, quia Augu. in Enchiridion dicit, ꝙ quibus ſuffragia ualent ad hoc proſunt, ut uel plena ſit remiſſio, uel ut tolerabilior ſit eorũ damnatio. Sed ſolum qui in inferno ſunt, dãnati dicuntur, ergo exiſtentibus in inferno damnatis ſuffragia proſunt. Tertio Diony. ultimo eccleſi. hierar. ſic inquit. Iuſtorum orationes, & ſecũdum hanc uitam magis quàm poſt mortem iis qui digni ſunt ſacris orationibus operantur tantummodo. Ex quo uidetur colligi poſſe, ꝙ ſuffragia magis proſunt mortuis quam uiuis, ſed uiuis proſunt in peccato mortali exiſtentibus. Nam eccleſia orat pro peccatoribus, pro hęreticis, iudæis, paganis &c. ut conuertantur, ergo & mortuis in peccato mortali ſuffragia ualẽt quos in inferno damnatos, ſi ita deceſſerunt, certum eſt. Quarto, quia in uitis patrum legitur, & ponitur etiam a Damaſ. in quodam ſermone ꝙ B. Machã. inuenit caput cuiuſdam defuncti in uia, & oratione præmiſſa, ut ſciret cuius caput fuiſſet, illud reſponſum dedit, ꝙ fuerat cuiuſdam ſacerdotis gentilis, qui in inferno damnatus erat, & tamen ibi cõfeſſus eſt oratione Macharii, ſe & alios iuuari. Quinto Damaſ. ut recitat in eodem ſermone Grego. pro Trayano Imperatore orationem fundens, audiuit uocem ſibi diuinitus allatam. uocem tuam audiui, & ueniam Trayano do. Cuius rei ut ibidem Damaſ. dicit, teſtis, & oriens omnis & occidens. Sed conſtat Trayanum in inferno fuiſſe damnatum, quia crudelem necem multorum martyrum inſtituit, ut dicit ibidem Damaſ. ergo ſuffragia proſunt exiſtentibus in inferno. Sexto, quia ſicut ſe habẽt beati ad gloriam ita damnati ad pœnam, ſed beatis ſaltem uſq; ad diem iudicij ſuffragia proſunt ad gloriam augmẽtandam, ergo & damnatis prodeſſe poſſent ad pœnam minuendam, Minor probatur, nam in collecta,

quædam

quædam dicitur. Vt ſicut ſanctis tuis proſunt ad gloriam, ita nobis proficiant ad medelam. Item in ſecreta oratione de Sācto Leone in antiquis, ita hēbatur. Annuè nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio, vt habetur in cap. cum Marthæ. de cele. miſſ. Septimo, quia ſicut non repugnat ſtatuit beatitudinis ꝙ augeatur præmium accidentale vſque ad diem iudicii, quod eſt gaudiū de bono opere: Ita non debet pugnare ſtatui miſeriæ, & finalis damnationis, quòd diminuatur pœnā accidentalis, quę eſt remorſus conſcientię, ſiue dolor de mālo opere, inquantum eſt cauſatiuum pœnę, ſed beatis accreſcit gaudium accidentale, quia dicitur Lucæ. 15. quòd gaudium eſt angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, ergo & damnatis poteſt minui pœna accidentalis ſiue conſcientiæ remorſus. Creſcit autem gaudium beatis per ipſa ſuffragia, vt in priori argumento adductū eſt, ergo & damnatis ſimiliter decreſcit aliquis dolor per eadem, & ſic eis proderunt. Octauo, Augu. in Enchiridion dicit, ꝙ cum ſacrificia altaris ſiue quarumcunqu eleemoſynarum pro baptizatis omnibus offeruntur, pro ualde bonis ſunt gratiarū actiones, pro nō valde malis propiciationes ſunt, pro valde malis nulla ſunt adiuuamēta mortuorum, ſed qualeſcunque uiuorū conſolationes. Quibus vero proſunt, ad hoc proſunt, vt vel plena ſit remiſſio, vel tolerabilior ſit eorū damnatio. Ex quibus uerbis magiſtri. in 4. diſtin. 45. & tex. in c. cum Marthæ. de cele. miſſ. §. fi. elicitur quòd ſacrificia altaris &c. ualde malis nōn proſunt & ſimiliter ualde bonis, immo iniuriam facit martyri, qui orat ꝓ eo, cuius potius orationibus commendari debuit, vt dicit Auguſt. & tex. ibidem. Sed proſunt mediocriter bonis ad expiationem; & mediocriter malis ad pœnæ mitigationem, ſed mediocriter malis ſunt damnati, ergo. Minor declaratur, quia per diſtinctionem illam quadrimembrem non videtur aliud poſſe intelligi, niſi quòd valde boni ſunt illi, qui poſt mortem ſtatim

uolaue-

uolauerunt ad cœlum. Valde mali ſunt infideles qui nunquam fuerũt de gremio eccleſiæ,nec numero,nec merito. Mediocriter boni qui aliqua ſecum criminalia in purgatorio deferunt,& his proſunt ad pœnæ abſolutionem.Mediocriter mali,qui in fide,& ſacramentis eccleſię fuerunt, ſed in mortali, deceſſerunt, & his proſunt ad mitigationem, ſeu, ut tollerabilis ſit eorũ damnatio.Nono, idem confirmatur ex alio dicto Auguſt. quod adducit magiſter ſententiarum in 4.diſtin. 46.ubi ait. Quęritur, de ualde bonis utrum, & ipſi, aliqua pœnæ mitigatione Dei miſericordiam ſentiãt. Et poſtquam arguit magiſter quòd nõ ſubdit ſolutionem & ait.Auguſt. quoque reſpondens illis qui reproborum ſupplicia finem habitura contendunt,ita repellit illorum opinionem aſſerens reprobos in perpetuum puniendos, ut eorum ſupplicia aliquatenus mitigari non neget.Decimo, idem confirmatur ex quadam oratione ſiue collecta, quę reperitur in miſſali, cuius titulus ſiue inſcriptio eſt oratio pro eo de cuius anima dubitatur. Non autem per hanc intendit orare pro eo qui eſt in purgatorio, quia hæc inſcriptio ſingularis eſt. Et idem patet, quia in ea dicitur, ut ſi plenam ueniam obtinere non poſſint,ſaltem diminutionem uel refrigerium obtineant. Ad iſtam quæſtiunculam reſpondendo dicẽdum, ꝙ circa damnatos olim fuit opinio quòd ſuffragia ipſis proſunt,ſed dupliciter. ſ.uel quantũ ad tp̃s, uidelicet uſq; ad diem iudicii nam dicũt ꝙ uſq; ad diem iudicii damnati iuuari pñt ſuffragiis eccleſiæ, poſt uero nõ: alio mõ quantũ ad perſonas in inferno detẽtas,nam ibi ualde malis ſine fide & ſacramentis defunctis nullo modo ſuffragia proſunt;, non.n.fuerũt de gremio ecɔleſiæ numero, uel merito. Alii uero ibi ſunt non ualde mali, qui.ſ.de eccleſia fuerũt numero,& fidem & ſacramenta habuerũt, & aliqua opera de genere bonorũ fecerunt, ſed quia in peccato mortali deceſſerunt, & talibus dicebant ſuffragia non prodeſſe. Et iſti dicebant quòd licet damnatorũ

pœna ſit infinita ſm durationē tñ eſt finita ſm intentionem. Sed contra, hoc arguitur ſic. Finitum ꝑ continuam ablationem conſumi pōt, ſiue totaliter tolli, iō ſi ſuffragia eccleſię minuant pœnam tm̄ poſſent multiplicari quòd nihil de pœna remaneret, ſed totaliter tolleretur, quòd eſt error Origenis. Sed præpoſitiuus, ut hoc Origenis inconueniens fugeret, dixit, quòd tantum poſſunt ſuffragia damnatis multiplicari, quòd totaliter remouebitur ab eis omnis pœna, non quidem ſimpliciter, ut Origens poſuit, ſed ad tempus, ſcilicet uſque ad diem iudicii, tunc.n. animæ iterato corporibus coniunctæ in inferno ſine vlla ſpe venię detrudentur. Sed contra, effectus nō minuiť uel aufertur, niſi ablata uel diminuta eius cā, ſed culpa eſt cā pœnæ in genere cauſæ meritoriæ, & culpa ſemper inexpiata remanet in damnatis, ergo eorum pęna ꝑ nullo tempore totaliter tolli poterit. Et ideo. Porrectani alium modum inuenerunt dicentes. Quod hoc modo in diminutione pœnarum per ſuffragia, ſicut in diuiſione continui, licet enim una linea ſit finita, tamen poteſt in infinitum diuidi, & nunquam per diuiſionem finietur, dummodo fiat ſubtractio partium ſecundum eandem proportionem, & non ſecundum eandem quantitatem, ut ſi primo auferatur medietas deinde medietas medietatis, & ſic in infinitum. Et ſimiliter imaginati ſunt, quod per primum ſuffragium diminuitur aliquota pars puta medietas pœnæ, deinde per ſecundum medietas medietatis, quæ eſt octaua totius, & ſic ulterius in infinitum quo modo pœna nunquam terminabitur, ſed ſemper aliquid pœnæ remanebit. Et hanc opinionem proſequitur gloſſ. in cap. tempus. 23. quæſt. 2. Sed reſpondet contra hoc Thom. dupliciter. Primo, quia effectus non minuitur, uel aufertur, niſi cā ſit ablata uel diminuta, ut dictum eſt. Alio modo reſpondet dicens, ꝙ iſtę modus dicendi eſt defectiuus, quia infinita diuiſio, q̄ congruit quantitati continuę, uideť poſſe

ad quantitatem ſpũalem deferri. Vnde licet ſi diuidatur linea in partes eiuſdem ꝓportionis, poſſit diuidi in infinitum, ſi tamen diuidatur pœna mõ prædicto, non ſemper diuidetur in pęnas, ꝓꝑ eãdem inſenſibilitatem. Caro. n. non ſemper diuiditur in carnem, nec ignis in ignem, datur. n. minima caro. 1. phyſi. Similiter dicit de pœna minima, quę cauſaret tantum inſenſibilitatem, & ſic non eſſet pœna, cum pœna includat cognitionem, & ſenſibilitatem. Propter hoc Altiſiodorenſis dixit aliter, ſcilicet quod ſuffragia poſunt damnatis non quidem per diminutionem, uel interruptionem pœnæ, ſed per confortationem patientis, ſicut ſi aliquis homo portet graue onus, & facies ſua perfundatur aqua, confortatur ad melius portandũ, cum tamen onus non fiat in ſe leuius. Sed contra dicit Thom. Nam culpa damnati remanente immutata damnatus non poſt leuius pœnam ferre. Fortificatio enim ſubiecti nõ eſt niſi ex ablatione paſſibilitatis. Paſſibilitas autem eſt ſecundum menſuram culpæ, ideo ſi culpa non diminuitur, per conſequens nec ſubiectum fortificari poterit, Propter hoc alii dicunt quòd licet non minuatur pœna eorum quántum ad ignem, minuitur tamen quantum ad uermem, & remorſum cõſcientię. Nam ſicut in ſanctis creſcit gaudium accidentale, quod eſt gaudium de bono opere. Ita & damnatis pœna accidentalis minuitur. i. dolor de malo opere. Sed contra, quia culpam dãnatorum ſicut ſequitur ignis, ita & uermis conſcientiæ, uñ ſimilis debet eſſe ratio de utroq;. Propterea Albertus dicit ſuper ulti. c. eccleſiaſticæ Hierarchiæ, quòd ſuffragia non proſunt defunctis in inferno, nec quantum ad diminutionem pœnę, uel interruptionem, uel quantum ad diminutionem pœnæ ſenſus, ut dixerunt in præcedenti. Sed quia ex huiuſmodi ſuffragiis aliqua materia doloris eis ſubtrahitur, quæ eis eſſe poſſet, ſi ita ſe abiectos conſpicerent quòd nullus de eis curam haberet, quæ materia ſubtrahitur dum ſuf-

fragia

ſragia pro eis fiunt. Et hoc inquit ubi ſupra Albertus per accidens minuit. Sed contra dicit Tho. quia iſtud non põt ſm legem communem, quia ut dicit Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda. Quod præcipuè de damnatis uerum eſt, ibi ſunt animæ defunctorum ubi non uident quęcunque hic agũtur, ſiue quę in iſta uita eueniunt, & ita non cognoſcunt quando pro eis ſuffragia fiunt, niſi fortè pręter communem legem hoc remedium daretur diuinitus aliquibus damnatis, ſed hoc omnino incertum eſt, ergo non aſſerendũ. Sed diceretur ꝙ Albertus nõ dicit, ꝙ pœna diminueretur, ſed tantum dixit ꝙ hoc modo poteſt diminui quaſi diceret, poſſet hic modus imaginari. Propterea aliqui moderni dicere uoluerunt, quod per ſuffragia eccleſię minuitur timor quem habent damnati. Ipſi enim timẽt multos damnari ex occaſione ſua, ſicut de diuite patet qui rogabat Lazarum mitti ad fratres ſuos, ne & ipſi uenirent in locum illum tormentorum. Timor autem pœnam habet, ſicut ſpes gaudium. Cum ergo damnati per ſuffragia eccleſiæ poſſint liberari ab hoc timore dum aliqui uiui reducuntur ad pœnitentiam per ſuffragia eccleſiæ, de quibus ſciunt illos ſaluatos, uel non damnatos quos timebant, ergo per illa ſuffragia liberabuntur a pœna, quam de timore illo habebant. Sed contra, quia hic modus dupliciter deficit. Primo, quia non ſequitur, ſi non uideant uſque ad diem iudicij eos in inferno quòd propter hoc ſciant illos non eſſe damnatos. Deinde poſito quòd ſequatur, & quòd ita ſciant, non propterea habent hi intentum, quia inuidia de ſalute illorum bene põt æquari, immo ſuperare pœnam quam habebant ex illo timore. Diues. n. ille dum ſciret aliquos non dãnandos, potius uoluiſſe fratres ſuos inter illos, tamen abſolutè uoluiſſet & fratres ſuos omnes dãnari, ſi hoc eſſe poſſet, cum odium damnatorum ſit conſummatum, & ſic ſi ſciunt illos ſaluari quos timebant ne damnarentur, pœna eorum non diminuitur, ſed augetur.

Ergo concludendum eſt cum Beato Thoma, ꝗ ſimpli citer,& abſolutè dicendum eſt,quòd ſuffragia nō proſunt damnatis, nec ad tollendum pœnam nec ad diminutionem eius, aut alleuiationem, aut interruptionē. Et probatur hæc concluſio rationibus,& auctoritatibus. Prima ratio eſt ſancti Th.in 4.di.21.ſic. Suffragia ſiue opera uiuorum continuantur,ſiue applicantur de functis per uinculum charitatis. iuxta illud Iob. 15. Volo pater, ut ipſi unum ſint, ſicut & nos unum ſumus, ſed damnati ſunt omnino extra charitatem, ergo opera ſiue ſuffragia uiuorum non poſſunt eis applicari. Maior ſic poteſt declarari, nam ex quo in opere ſuffragii ſunt duo indiuidua, ſcilicet faciens uel agens ſuffragia, & ille cui uirtus ſuffragiorum applicari debet. Non poteſt autem illud quod unus facit alteri applicari, ſiue continuari niſi inquantum ambo ſunt membra eiuſdem corporis,quia ſic uniuntur, & copulantur ſub uno capite. Nec ſufficit, quòd ſint unita per fidem, ſed etiam oportet, quod ſint unita per charitatem, quia mortuum membrum non recipit influentiam, nec a capite nec remedium aut iuuamentum ab altero membro, licet per quantitatem ſint continuata, ſed oportet quòd continuentur per formam, ſicut de ramo ſicco, quod continuatur radici uel trunco per quantitatem qua ultima ſunt unum,non autem per formam uiuentis. Damnati autem ſunt præciſi ab eccleſia irreuocabiliter per finalem ſententiam, & ſic non ſunt membra eiuſdem corporis. Secunda ratio eſt talis. Quicunque ad terminum uiæ totaliter peruenerunt, recipiunt retributionem quę diminui non poteſt.Si.n.diminueretur non recepiſſet finem uitæ ſuæ. Sed damnati ſunt ſimpliciter extra uiam, ergo recipiunt pœnam ſine diminutione,qui aūt ſunt in purgatorio,ſūt aliquo modo uiatores, & aliquo modo non,ut dicit Tho.Tertia ratio eſt Durandi ſic. Plus debet ualere unicuique (cæteris paribus) quod ipſe facit, dum uiuit pro ſeipſo,

uel alius pro eo, quàm quod facit uiuens pro mortuo, uel ſaltem non minus, ex quo uiuentes magis inuicem communicant, quam cum mortuis. Sed id quod facit uiuens in peccato mortali, de quo non pœnitet, nec pœnitere proponit, aut quod facit alter pro eo, nihil omnino ualet ei ad diminutionem pœnæ tali peccato debitę, quamuis poſſit ualere, ut talis diſponatur ad pœnitendum. Ergo a fortiori quod facit uiuens pro mortuis damnatis, qui de peccatis ſuis non pœnitent, nec pœnitere proponunt, ſed in eis obſtinati ſunt, non prodeſt eis ad aliquam pœnæ diminutionem, propterea inquit, ꝙ contra rationem & iuſtitiam videretur quòd in pęnitenti, & perſeueranti in impęnitentia remittatur aliquid de pęna debita. Quarto ſic. Officium miſericordiæ, & charitatis ſiue dilectionis debetur illis qui nobis ſunt proximi, ut patet ex magiſtro ſent. in 4. diſt. 28. & iuxta parabolam de Samaritano in Luca. Sed damnati non ſunt nobis proximi, ergo dilectio charitatis, ſiue miſericordiæ non eſt eis exhibenda. Dilectio enim charitatis fundatur ſuper communicatione æternæ beatitudinis a qua ipſi ſunt immobiliter excluſi. Quinto ſic. Si damnatis prodeſſe poſſent ſuffragia uiuorum, ſequeretur, quod etiam indulgentiæ datæ per pralatos poſſent eis prodeſſe eo modo quo prodeſſe poſſunt mortuis in purgatorio. Conſequens eſt falſum, quod & nullus aſſerit, ergo, & antecedens, & conſequentia eſt nota. Nam & ſi indulgentię non ualeant defunctis, tanquàm iis qui poſſunt facere id per quod indulgentia conferatur, tamen ualere poſſunt ſi per viuos al q d fiat pro ipſis ſi hoc in forma indulgentiæ contineatur, puta ſi quis hanc eccleſiā viſitauerit, tantũ de pœna inferni minuatur patri ſuo. Conſequens eſt falſum, quia ut dictum eſt in inferno exiſtentes non ſunt in charitate, ideo non proſunt eis aliorum ſatisfactiones. Auctoritates. Prima Auguſti. lib. de cura pro mortuis habenda dicit. Suffragia uiuorum

non proſunt omnibus,ſed tantum ijs qui dum viuunt, cooperantur hoc, vt eis proficiant. Et in Enchiridion dicit.Hæc eis proſunt qui cum viuerent,ut hæc ſibi ꝓdeſſe poſſent meruerũt, & in eodem loco dicit idem. Qui ſine fide quæ per dilectionẽ operatur eiuſq; ſacramentis de corpore exierunt fruſtra illis a ſuis viuentibus huiuſmodi officia impenduntur. Et in de ci.u dei dicit.Si ſcirem patrem meum damnatum eſſe,nõ magis rogarem pro eo quam pro diabolo. Et Greg.Bonifacio.Et habetur.3.q. 2.cap. pro obeuntibus dicit. Pro impijs quamuis Chriſtiani fuerint, tale quid ſcilicet oblationem, & ſuffragia facere non licebit. Et 34. morali. ſuper illud Iob. Aeſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem. Eadem inquit eſt cauſa cur non oratur, ſcilicet poſt diem iudicii pro hominibus ęterno igne damnatis, quæ nunc eſt cauſa, ut non oretur pro diabolo & angelis eius, æterno ſupplicio deputatis. Et Hieronym. & habetur in capit.in præſenti, 13. quæſtio.2. In præſenti inquit ſæculo ſcimus,ſiue orationibus, ſiue conciliis inuicem nos poſſe iuuari, cum ante tribunal Chriſti uenerimus, nec Iob nec Daniel nec Noe, rogare poſſe pro quoquam,ſed unũ quemque portare onus ſuum. Vbi Gratia. dicit. Hoc inquit de impęnitentibus accipiendum eſt, de quibus propheta dicit. Non dabit Deo placationem ſuam, nec præcium redemptionis animæ ſuæ, ſed laborauit, & uiuet adhuc in finem. Non autem loquitur de hic impęnitentibus. quia licet hic pro illis orare, ſed de impęnitentibus in alio mundo, quia hic impęnitentes mortui ſunt. Et Chriſoſto. de reparatione lapſi dicit. In inferno nunquam, & nuſquam eſt ullum ſolatium, ergo nulla conſolatio, neque diminutio, aut alleuiatio pœnæ. Et Dionyſi. ſeptimo, cap. cele. Hierar. ait. Summus ſacerdos pro immundis non orat, quia in hoc auerteretur a diuino ordine, & loquitur de damnatis. Et Albert. in commen. huius loci dicit. Opinio

nio tenens quòd ſuffragia damnatis proſunt, eſt contra dicta, & auctoritates doctorum, & allegat prædicta uerba. Auguſtin. & Grego. Et gloſſ. ſuper illud primæ Io. ultimo. Eſt peccatum ad mortem, dicit peccatum uſque ad mortem continuatum, dico ut non pro illo oret, id eſt doceo, & præcipio, quòd non oret. Idem habetur, 23. quæſtio. quinta, cap. placuit, ubi prohibetur fieri orationes, & commemorationes pro his qui ſe interficiunt, uel qui ſuis ſceleribus puniuntur. Intellige ſecundum gloſſ. niſi contriti fuerint. Et 13. quæſtio. ſecunda, c. fin. Idem dicitur, de quolibet quem conſtat in peccato mortali deceſſiſſe. Idem 23. quæſtio. 5. cap. quicunque clericus, aut bello, aut rixa, aut gentilium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione neque in oratione pro eo poſtuletur, glo. niſi in fine pœniteat. Sepultura tamen non priuetur. glo. canīa. Non autem prohiberet eccleſia pro his orare, ſi eis prodeſſe poſſent orationes noſtræ, quia prohiberet quod & illis eſſet bonum, & orantibus meritorium, ergo non proſunt eis. Exemplo etiam patet in Epulone, qui extremum digiti Lazari intinctum in aquam, quo refrigeraretur in inferno lingua eius ab Abrahã obtinere non potuit. Ex omnibus iſtis concludendum eſt, quòd ſuffragia nõ proſunt damnatis. Sed ſi dicas, pater, ponamus quòd ſuffragia fiant pro aliquibus quibus prodeſſe non poſſunt, peccat ne ſuffragans? Dico quòd ſi certo ſcimus aliquos tales eſſe, tunc malè facimus cum contra diuinam ordinationem facimus, & contra ſtatutum eccleſiæ ſanctæ. Si autẽ ignoramus, & illi ſaluati ſint, tunc quidem illis ſuffragia non proſunt, ſed quodammodo obligatur orare pro ſuffragante. Si autem damnati ſunt, oratio noſtra, & eleemoſyna noſtra in ſinu noſtro conuertentur, ut dicit propheta. Nunc tertio loco reſpondendũ eſt ad argumenta. Ad primum, quod donaria illa idolorum nõ fuerũt inuẽta apud illos mortuos, ut ex eis ſignum

accipi poſſet qđ in reuerentiam idolorũ illa deferrent. Sed ea acceperunt, ut uictores, q̄ eis ibi iure belli debebantur, & tñ ꝑ cupiditatem uenialiter peccauerunt, uñ non fuerunt in inferno damnati, & ſic ſuffragia eis prodeſſe poterant. Vel dicendum ẜm quoſdã, ꝙ in ipſa pugna uidentes ſibi periculum imminere, de pctõ pęnituerunt ẜm illud Pſal. Cum occideret eos quærebant eũ, &c. Et quia hoc probabiliter poterat extimari, ideo oblatio fuit ꝑ eis facta. Ad ſecundũ dicendum ꝙ ibi accipitur dãnatio large. ſ. ꝑ quacunque punitione, ut ſic ẽt includat pęnã purgatorij. Dicitur. n. aliqs qñq; dãnatus uel cõdẽnatus ad certã pęnam pecuniariam ſoluendã, uel ad aliquid ſupplicium ſuſtinendum, quãuis talis dãnatio non ſit ad mortẽ. Et quia pœna purgatorii per ſuffragia fidelium qñque totaliter expiatur, quandoque autem non, ſed diminuitur, ideo ibidem ab Augu. dicitur, quòd ſuffragia proſunt, uel ut plena ſit remiſſio, ideſt, ut totaliter pœna auferatur, uel ut tolerabilior ſit. Ad tertium dicendum quòd quantum ad hoc magis acceptantur ſuffragia, pro mortuo quam pro uiuo, quia magis indiget, cum non poſſit ſibi auxiliari, ſicut uiuus poteſt, ſed quo ad illud uiuus eſt melioris cõditionis quia poteſt transferri de ſtatu culpæ mortalis, in ſtatum gratiæ, & glorię quod de mortuis dici non poteſt, ideo non eſt eadem ratio orandi, pro mortuis, & uiuis.

Suffragia etiam uiuorum non proſunt aliis uiuis per modum ſatisfactionis ſi ſint illi pro quibus fiunt in peccato mortali. Vnde cum mortuis non poſſint prodeſſe niſi per modum ſatisfactionis, non enim per modum meriti, quia exierunt ſtatum merendi, ita ut nec ipſi nec alii mereri poſſint.

Sequitur, quòd etiam mortuis in peccato mortali prodeſſe non poſſint, ſicut uiuis in peccato exiſtentibus proſunt per modum meriti de congruo ad merendum eis gratiam, ideo non eſt ſimilis ratio. Ad quartum de Machario dicendum quòd

illud

illud adiutorium non erat, ut pœna ipſorum diminueretur, ſed in hoc ſolo ut ibidem dicitur, quòd Machario orante concedebatur, ut mutuo ſe uiderent in tormentis, & de hoc non poterat eſſe uerum gaudium, ſed fantaſticum dum implebatur, quod deſiderabant. ſ. uidere alios in pœnis: Damnati enim deſiderant omnes damnatos eſſe, quod deſiderium cum impletur fantaſtico dicuntur gaudere gaudio. cum tamẽ maior dolor eis accreſcat. Sicut, & dæmones dicuntur gaudere, dum homines ad peccata pertrahunt, & ad infernum: quamuis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur. Sic nec minuitur angelorum gaudium per hoc quòd malis noſtris compati dicuntur. Ad quintum de Trayano dicendum eſt, quod poteſt probabiliter ęſtimari quòd pręcibus beati Gregorii fuerit ad uitam miraculoſe reuocatus, & ibi gratiam conſecutus ſit per quam remiſſionem peccatorum habuit, & per conſequens immunitatem a pęna. Sicut etiam apparet in multis qui fuerunt miraculoſe a mortuis ſuſcitati quorum plures conſtat idolatras fuiſſe. De omnibus enim talibus ſimiliter dici oportet quòd non erant in inferno ſententialiter deputati, ſed ſecundum præſentem ſuorum exigentiam meritorum: ſecundũ aũt ſuperiores cauſas ſm quas præuidebãtur ad uitam reuocãdi: erat de eis aliter diſponendũ. Vel dicatur ſm quoſdam ꝙ aĩa Trayani nõ fuit ſimpliciter a reatu pęnę abſoluta, ſed eius pęna fuit diſpẽſata ad tempus. ſ. uſq; ad diẽ iudicii. Nec tñ oportet, ꝙ hoc fiat cõiter ꝑ ſuffragia eccleſiæ, quia alia ſunt quæ legi cõi accidũt, & alia quæ ſingulariter ex priuilegio aliquib. cõceduntur. Sicut alii ſunt humanarũ limites rerũ, alia diuina ſigna uirtutis, ut dicit Aug. li. de cura pro mortuis agẽda. Quid autem de hoc dicat Ioãnes diaconus, qui hiſtoriã Gregorii cõpilauit, uide dñm Iaco. de Voragine in legẽdis ſanctorũ. Ad ſextũ ubi inducit collecta dicendũ eſt, ꝙ hmõi locutiones non ſunt ſic intelligendæ, ꝙ ſancti in gloria proficiant quantũ ad ſe in hoc

quod

quòd eorum feſta celebremus,ſed quia nobis proficit, quia ea celebramus, ſicut ex hoc quòd Deum cognoſcimus,uel laudamus, & ſic quodammodo eius gloria in nobis creſcit,nihil autem Deo. Non tamen negandum eſt, quin ſanctorum gaudium accidentale creſcat ſaltem extenſiuè,quia de pluribus gaudent. Et ſecundum hoc in antiquis reperitur ſecreta oratio de Sancto Leone, de qua in argumento, hoc dicendũ ſecundum ea quę dicuntur in c.cum Marthę de celeb.miſſ. §.tertio loco. Ad ſeptimum quod erat confirmatio prioris,dicitur, ꝙ non eſt ſimile de beatis, & de damnatis, quia beati bene participant cum viuentibus in charitate in qua fundatur ualor ſuffragiorum.Sed dãnati in inferno a tali communicatione excluſi ſunt. Et iterum quamuis beati de bonis, quæ uiuentes faciunt, lætentur, & ſic aliquid gloriæ accidentalis eis accreſcat,illud tamen non eſt per aliquem fructum ſuffragii quem percipiant, ſed propter perfectam charitatem quam habent,& ideo gaudent de omni bono. Argumentum etiam peccat in illa ſimilitudine quam adducit,quia potius argui deberet,quòd ſicut non repugnat ſtatui beatitudinis, quòd augeatur præmium accidentale vſque ad diem iudicii, ita non repugnat ſtatui miſeriæ damnationis, quòd augeatur pœna accidentalis, quod conceditur. Inconuenit autem beatitudini, quòd diminuatur gloria, & ſic ſtatui miſeriæ quòd diminuatur pœna. Ad octauum dicendũ,quòd illi qui dicunt ſuffragia prodeſſe damnatis exiſtentibus in inferno, exponunt dictum Augu. vt tactũ eſt in argumento.Aliter tamen poteſt dici, quòd mediocriter mali dicuntur, qui multa habent uenialia, mediocriter autem boni, qui pauca hunc ſenſum tangit glo.in c cum marthę prædicto Siue etiam mediocriter mali qui mortalia commiſerunt, & pœnitentes deceſſerunt,non facta de illis ſatisfactione ſaltem completa.Modiocriter boni, qui ſolum a uenialibus expiãdi ſunt, & ſic utrique eorum in purgatorio ſunt, ut

ualde

ualde boni dicantur, qui ſunt in paradiſo beati, ualde mali qui ſunt in inferno damnati. Mediocriter autem, boni, & idem mediocriter mali qui in purgatorio sũt ad expiandum peccata ſua, qui ſcilicet deceſſerunt in gratia cum peccato veniali,uel cum debito pęnæ,pro peccatis mortalibus,de quibus ante mortem pęnituerunt, qui pro tanto dicuntur mediocriter boni,ꝓ quãto deficiunt à perfectione bonitatis. Sed mediocriter mali inquantum deficiunt à perfecta malitia quæ eſt peccatum mortale, quibus ſuffragia proſunt ad mitigationem pœnæ, quandoque autem ad perfectam abſolutionem,ſecundum differentiam quantitatis cremalium,& ſuffragiorum, & ſecundum hoc diſtinctio licet videatur quadrimembris, quò ad uocem, tamen ſolum eſt trimembris quò ad rem, quia iidem ſunt mediocriter boni, & mediocriter mali,ſcilicet exiſtentes omnes in purgatorio, ſicut quod eſt mediocriter gelidum eſt etiam mediocriter frigidum, & quod eſt mediocriter album eſt etiam mediocriter nigrũ. Hæc Durandus. Ad nonum dicitur,quòd Augu. non dicit, quòd pœna damnatorum diminuetur aliquando, vel interrumpetur, ſed uerba illa ponit ſub diſiunctione. Ad ueritatem autem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram, & ſic non hoc arguit uerba illa eſſe, quæ pro altera parte diſiunctiuæ poſita ſunt. Hoc patet,quia Aug. dicit. Aut ſi hoc exiſtimat &c. Ad ultimum de illa oratione dico, quòd illa non eſt authentica,nec reperitur in omnibus miſſalibus præſertim, ſecundùm conſuetudinem Romanæ Curiæ. Et quis poſuerit eam in aliquibus miſſalibus, ignoratur tamen ea admiſſa,dico, quòd nunquam eccleſia intendit orare pro aliquo damnato in inferno, ut patet ex dictis. Ex inſcriptione etiam orationis patet idem, quã dicitur oratio pro eo de cuius anima dubitatur. Si autem dubitatur non creditur firmiter, quòd ſit ſaluatus, uel damnatus &c. Hæc quæſtiuncula ex domino Dominico Veneto, Epiſcopo Brixienſi, alias epiſcopo

Torcellano, & ſint ſatis hæc quantum ad ſecundum receptaculum, ſcilicet de inferno.

QVAESTIO IIII. PRINCIPAlis, Tertij Cap. De Purgatorio.

Sub qua quindecim Quæſtiones abſoluuntur.

QVAESTIO I. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAPI.

Vtrum in centro terræ uerè, & realiter, purgatorium reperiatur.

QVAERITVR, Si locus purgatorii in centro terræ uerè eſſe reperiatur. Ad quam quibuſdam primo videtur reſpondendum negatiuè, quòd ſcilicet non reperiatur, & primo ſic. Nam Deus qui eſt ſummè miſericors, pronior eſt ad præmiandum bona, quam ad puniendum mala, ſed ſicut illi qui ſunt in ſtatu charitatis faciunt aliqua mala, quæ non ſunt digna ſupplicio æterno, ita illi qui ſunt in peccato mortali, interdum faciunt aliqua bona ex genere, quæ non ſunt digna præmio æterno, ergo cum illa bona non præmientur in damnandis poſt hânc uitam; ſimiliter nec illa mala debēt poſt hanc uitam puniri. Preterea ſecundo ſic. Sicut ſe habet charitas ad pręmium æternum, ita peccatum mortale ad ſupplicium æternum, ſed decedentes in peccato mortali ſtatim ad ſupplicium æternum deportantur, ergo decedentes in charitate ſtatim ad præmium uadunt, & ita non manet eis aliquod purga-

torium

torium poſt hanc uitam. Item ſi purgatorium poſt hanc uitam eſſet ponendum, maximè poneretur ratione expiationis, & purgationis peccatorum, ſcilicet culpæ, uel reatus pœnæ, ſed hoc non poteſt eſſe: probatur, quia dicit Grego. & ponitur. 25. diſtin.c. qualis. Qualis hinc quiſquam egreditur, talis in iudicio pręſentatur, quia lignum ubi cęciderit ibi erit. Eccle. 11. Ergo ſi aliquis exeat ex hac uita cum culpa ueniali, aut mortali, cum culpa tali erit in iudicio, & per conſequens in purgatorio non purgabitur, quia in iudicio purgatorium non erit, ſed claudetur, ergo fruſtra eſſet. Item glo.ſuper illud primæ Ioan. 5. Eſt peccatum ad mortem, dicit quòd qui in hac uita non corrigitur, fruſtra poſt mortem ueniam præſtolatur. Nam nulla poſt mortem culpa purgatur. Quinto arguitur auctoritate Apoc. 14. ubi dicitur. Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis, ergo ijs qui in domino moriuntur, non manet aliquis purgatorius labor poſt hanc uitam, nec illis qui non in domino moriuntur, quia illi purgari non poſſunt, ergo purgatorium poſt hanc uitam non eſt. Sed in contrarium eſt textus Auguſt. de pœn. diſtinctione 7. c. hic autem ignis. Reſpondeo dicendum, quòd de ueritate, & exiſtentia purgatorii in centro terrę poſt hanc uitam. Duo ſunt, & fuerunt prophani, & ſacrilegii modi dicendi. Tertius autem in uia conſtitutus eſt ueritatis. Primus eſt Hebræorum, Gręcorum, quorundam hęreticorum dictorum pauperum de Lugduno in Francia, & aliquorum etiam populorum Valdenſium circa Rhenum Germaniæ ſuperioris habitantium, qui communiter omnes tenent, quòd poſt hanc uitam nullus purgatorius locus in centro terræ reperiatur, ſed omnis morientis animam immediate dicunt deferri, & rapi, uel ad pœnas inferni, uel ad gloriàm paradiſi, & iſti habent pro tuitione, & robore ſuo rationes, & auctoritatem. Apoc. ſupra in fronte quæſtionis

nis

nis adductas. Sed cõtra Iudæos eſt textus. 2. Machab. 12. dicens. Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur, ſed pro defunctis (ut dicit Thom. in quarto) qui ſunt in paradiſo non eſt orandum, quia illi nullo indigent, nec iterum pro illis qui ſunt in inferno, quia illi a peccatis ſolui non poſſunt, ergo poſt hanc uitam ſunt aliqui a peccatis nondum abſoluti qui ſolui poſſunt, & tales charitatem habent ſine qua non fit peccatorum remiſſio, quia uniuerſa delicta operit charitas. Prouerbio. decimo. Vnde ad mortem æternam non deueniant, quia qui uiuit, & credit in Chriſtum, non morietur in æternum. Ioann. 11. Nec ad gloriam inducentur niſi purgati, quia nihil immundum ad illam perueniet. Apoca. ultimo. ergo aliquis locus purgationis reſtat poſt hanc uitam pro huiuſmodi ſic contritis, nondum autem plene purgatis. Item contra Græcos eſt Gregorius Nicenus Græcus, qui de ueritate purgatorii ſic dicit. Si aliquis Chriſto amicus conſentiens in hac uita purgare peccata minus potuerit, poſt tranſitum hinc per purgatorii ignis conflagrationem expedietur, hoc autem prædicamus hoc dogma ueritatis ſeruamus, & ita credimus. Contra uero pauperes de Lugduno, & populos Valdenſes, eſt auctoritas uniuerſalis eccleſiæ pro defunctis exorantis, ut a peccatis ſoluantur, quod non poteſt intelligi niſi de illis qui ſunt in purgatorio. Eccleſiæ autem auctoritati quicunque reſiſtit, incurrit hæreſim, ut notatur 7. quæſt. 1. cap. denique, & extra de hæreticis. cap. firmiſſime. Eſt autem, & fuit ſecundus prophanus modus dicendi de exiſtentia in centro terræ purgatorij. Indorum, quos nunc ſequuntur multi ſolo nomine Chriſtiani, qui intelligere non potentes, nec uolentes credere ſolos ſpiritus, & ſeparatas animas ab igne corporeo cruciari, dixerunt, & dicunt (ut adducit Thom. ſuper Io. cap. 14. & 4. contra Gentiles) ꝙ fideles in gratia mortui non plene purgati, non

deſcen-

deſcendunt in purgatorium, ſed detinentur uſque ad iudicium in aliquo loco in ſola pœna damni, forte in paradiſo terreſtri, uel in extremis maris, aut aridæ, aut in uacuo ſuper circunferentiam cœli empyrei, uel in fra conuexum terræ, & concauum cœli empyrei, ubi dicunt aliqui (licet apocryphe) uſque ad diem aſcenſionis domini, ſtetiſſe liberatos omnes ab inferis per Chriſtum. Sed cum ſupra de inferno ageretur, & probatum admodum fuerit, & oſtenſum quomodo ſpirituales animæ ſeparatæ, & in corpore, & dęmones, poſſunt, & de facto realiter patiantur, & crucientur ab igne corporali. Idcirco exploſis, & ſpretis eis, & omni turba malorum. Chriſtianorum contempa. Tertiam ideo catholicam, & orthodoxam, & ueram de purgatorio cōcluſionem aggrediamur, quę eſt. Quod in centro terræ uerè, & realiter locus purgatorii reperitur, quæ concluſio probabitur rationibus, auctoritatibus militantis eccleſiæ auctoritate, & legali ac urbana honeſtate, & primo, Rationibus ſic. Accipiantur duo iuſti quorum aliter, nunquam mortaliter peccauerit, ſed tantum uenialiter, alter uero multis mortalibus peccatis dominum offenderit. Moriantur iſti ſimul, & contriti, tunc petitur, an ambo æqualiter unoque tempore aſcendant in cœlum uel non. Si dicatur ꝙ ſic, ſequitur quod tantum uidelicet fides ſola cum contritione, quantum fides cum operibus uirtuoſis, quod eſſet contra rationem iuſtitiæ diſtributiuę diuinæ, qua reddetur unicuique ſecundum merita, & contra diſtinctionem graduum beatitudinis. Si uerò conceditur, ꝙ inæqualiter ingrediuntur uitam æternam, ideſt unus ante alium petitur, an ille qui ſecundo ingreditur paradiſum deſcendit ante ad infernum, ſi ſic ergo falſum eſt quod Chriſtus dixit Ioann. 5. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, Et credit ei, qui miſit me, habet uitam æternam & iudicium non uenit, ſed tranſit de morte ad uitam. Si dicitur, ꝙ non deſcendit ad infernum, ergo cum

in paradiſum aſcendere non poſſit, quia adhuc impurus, ergo aut nunquam uariabitur ab eo in quo eſt ſtatu impuro, aut purgabitur ad uitam æternam, non primum, ergo ſecundum, ſed purgari non poteſt operibus ſatisfactoriis propriis, ergo purgabitur pœnis in purgatorio. Secundo ſi omne peccatum, ut à Deo, uel ab hòmine punitur, quia nullum malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum, de pœn.diſt.7.c.fi. ſed frequenter aliqui in fine conuertuntur, qui a malis ſuis in præſenti puniti non ſunt, ergo debent à Deo puniri, non in igne inferni, cum fuerint mortui in charitate, ergo in igne purgatorii. Item tertio, ſi nō eſſet pœna purgatorii poſt hanc uitam, qui perdurat uſque ad mortem in malitia, tantum eſſet ei quantum illi qui nunquam peccaſſet, ergo exemplo talis, nullus in hac uita faceret pœnitentiam, ſed in fine tantum omnes contriti confiterentur, quod eſſet erroneum, nullus enim uirtute ditatur ſuper gaudens iniquitatem, de pœniten. diſtinctione ſeptima. capitu. Nullus: ergo neceſſarium eſt confiteri purgatorium eſſe. Quarto ſic: Sit ſortes in charitate habens adhuc uerbi gratia ſeptem annis pœnas iuſto iudicio eccleſiæ ſibi iniunctas ſoluere. Deinde ponatur (ſicut poſſibile eſt) quòd ſine ſui culpa duobus annis elapſis caſualiter ſubito occidatur, tunc ex quo anima quæ fuit principaliter cauſa peccati pro quo ſortes ſatisfacere teneretur poſt mortem: Contra rationem eſſet, quòd illa pro reſidua pęnitentia non pateretur pœnam poſt mortem nec aliqua cauſa rationabiliter aſſignari poteſt, quare non pati deberet, ergo ponendus eſt locus ubi anima ſortis pro illis duobus annis purgabitur, non in paradiſo, quia locus ille non eſt purgationis, non in inferno, quia ibi anima non purgatur, ſed damnatur, ergo in purgatorio. Item arguitur ſic. Si uerbi gra. Sortes, & Plato committunt unum peccatum, in quo ſortes primo, & principaliter culpabilis eſt, & iniungitur

eis pœnitentia quam ſimul agere debeant, ſicut ſimul peccauerunt, ſi tunc Plato ante completionem pœnitentiæ moriatur, adhuc ſecundum rationis iudicium ſortes i pœnam haberet. Ita eſt in propoſito de punitione peccatorum commiſſorum ab anima, & corpore, ideſt a toto homine, quia rationabiliter punienda ſunt peccata, & etiam anima corpore iam mortuo, non in inferno, nec in paradiſo, ut dictum eſt, ergo in purgatorio. Item ad illum errorem ſequitur, quod omne peccatum eſt mortale, quia ſi nullum peccatum in quo homo moritur poſt mortem dimittitur, nec anima ab aliquo peccato poſt mortem per pœnas purgatur, ſequitur, quòd omnis culpa, ſiue magna, ſiue minima in qua quis moritur, perpetue durabit. Item ad illum errorem ſequitur, quod ſtet aliquem non reſurrecturum ante iudicium mori in charitate cum leui culpa, qui non ſaluabitur. Sed hoc uidetur apoſtolicę, atq; catholicæ doctrinæ, & diuinæ pietati ualde repugnare, ergo. Item arguitur ſic. Niſi eſſet fides purgatorij in quo animæ poſt mortem hominum ſatisfacere poſſent pro peccatis hic admiſſis daretur occaſio deſperandi illis, qui in tota uita in peccatis fuerunt, & finaliter conſequuntur remiſſionem per contritionem aliquam, quæ tamen non ſufficit ad abſolutionem plenariam a pœna, & a culpa, & à parte pœnarum. Item ſi fides de exiſtentia purgatorij non eſſet, in quo peccata grauius puniuntur, quàm in foro pręſentis uitę., Remoueretur ab omnibus fidelibus omnis terror, qui facit eos qui peccauerunt libentius pœnas, & labores ſatisfactorias in præſenti ſuſcipere, quàm incomparabiliter grauiores in futuro ſubſtinere. Fides enim pœnarum in futuro ſæculo pro peccatis hic commiſſis grauiſſime infligendarum, eſt unum de maximis, quæ bonos a malis retrahere ſolent, & eos, qui peccauerunt mouere ad pœnitendum, & ſatisfaciendum in præſenti uita. Ergo cre-

damus firmiter, quòd ſicut diuina iuſtitia diſpoſuit à principio locum pœnarum infernalium, in quo damnatorum animæ perpetuè punirentur, ita & diuina eius bonitas conſtituit locum pœnarum, in quo aliquorum ſaluandorum animæ temporales pœnas hic neglectas poſt mortẽ exoluerent. Nunc ponẽdę ſunt auctoritates. Et prima eſt 2. Macha. 12. quæ uerificatur in fide fidelium ueteris teſtamenti. Dicitur .n. ibi qđ aĩæ eorum qui cum pietate, & charitate mortui fuerant in bellis pro populo Dei, uel alias in charitate. Si in quibuſdam peccatis fuerunt morte præuenti, uel antequam pœnas hic pro peccatis dimiſſis ſoluiſſent, tunc pœnas incidunt in quibus tenti, uiuorũ ſacrificiis, & orationibus poſſunt iuuari, alleuiari, & liberari. Ex qua auctoritate ſequitur, quod ante paſſionem Chriſti, non omnium morientium animæ ibant in pœnas damnationis, nec omnes ibant in locum beatitudinis cœleſtis, ſed erat quidam locus medius, non lucis ſed tenebrarum, non gaudii, ſed męroris, in quo tenebantur animę ratione pœnę damni, uel pœnę ſenſus, donec ſoluerent, uel condigne ſoluerentur, de quo loco dicebat Iob. 10. Dimitte me ergo, ut plãgam &c. Ibi ergo tenebantur antiqui in pœnam damni, quam ex eorum peccato originali in hac uita contracta incurrerant. Si ergo dominus Deus abundantia ſuę pietatis ante filii ſui Chriſti paſſionem, mortuorum animas ad pœnas obligatas nõ pręcipitauit in damnationẽ, ſed miſericorditer tenuit in pœnis mortalis peccati, hic quo ad culpam dimiſſi, donec ſatisfieret. Cur non credatur, quòd poſt paſſionem filii ſui tempore quo ſinum miſericordiæ ſuę in totum aperuit Chriſtianis, quod etiam tunc, & nunc differat aliquas pœnas ſenſus temporales poſt mortem ſaltem pro peccatis uenialibus, donec pœnis expientur, uel meritis uiuorum relaxentur. Quod ſi de uenialibus quibus debentur pœnæ temporales ita ſit, quare diuina pietas non differet pœnas quaſ-

dam peccatorum mortalium temporales hic dimiſſo rum, ita ut poſt mortem ſoluantur pœnæ quæ hic ſo lutæ non fuerāt. Nulla ratio uidetur, quare diuina miſericordia tempore plenæ miſerationis abbreuiari, & coarctari debuerit ultra illud quod ante paſſionem fecerat, &c. Et ſic patet prima auctoritas. Secunda auctoritas ex uerbo Chriſti, Matth. 12. quam Greg. adducit in 4. dialo. c. 34. ad hoc propoſitum. Si quis in ſpiritum ſanctum blaſphemiam dixerit, nec in hoc ſeculo remittetur ei, neque in futuro. In qua ſententia (dicit Grego.) datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdam uero in futuro poſſe relaxari, quia ille modus loquendi innuit, quòd in utroque hoc eſt hic, & in futuro peccata remitti ſoleant, ſicut in hoc ſimili apparet. Nam quando dicimus peccatum hoc non poteſt dimitti hic, nec Romę, nec a Plebano, nec ab Epiſcopo, ſupponimus, quòd utrobiq; uel ab utroq; conſueuit fieri peccatorum remiſſio. Si enim non eſſet ſic modus loquendi eſſet ineptus ualde, ac ſi diceretur, neque ab æquo, neque ab aſino, aut nec in inferno nec in uacuo extra cœlum remittetur peccatum tale. Cum ergo Chriſtus eſſet ſapientiſſimus cuius omnia uerba habebant myſteria, non eſt credendum, ꝙ ſermone talis ineptitudinis eſſet uſus, quando dixit de peccato in ſpiritum ſanctum, quod neque in hoc ſæculo, neque in futuro remitteretur. Hinc Ber. ſermone 66. dicit. Qui non credunt ignem purgatorium reſtare poſt mortem, ſed ſtatim animam ſolutā a corpore, uel ad requiem tranſire, uel mortem, quę rant ab eo qui dixit quoddam peccatum, neque in hoc, neque in futuro ſæculo relaxari, cur hoc dixerit, ſi nulla futura manet remiſſio peccatorum, hęc ille. Tertia auctoritas eſt Origenis loquentis de ægyptiis ſubmerſis in mari rubo ſuper Exodum exponens enim ipſe illud. Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis uehementibus, dicit, toti erant plumbei, & nihil auri habentes, ideo non purgandi per ignem,

ſed demergendi in profundum, hæc ille. Vbi facit differentiam inter eos, qui cum plumbo habent aliquid de auro admixtum plus,uel minus, & illos qui nihil habent de auro, ſed ſunt toti plumbei, & qui habent aurum admixtum plumbo, purgantur, ut ſic auferatur plumbum, & remaneat aurum ut in purgatorio, qui autem ſunt plumbum, in totum non purgantur, quia nihil auri in eis inueniretur, ſed demerguntur in profundum. Quatta auctoritas eſt Pau. 1. Corinth. dicentis. Fundamentum autem aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt,qđ eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſupra fundamentum hoc quod eſt Chriſtus,uel fides, Aurum, argentum, lapides præcioſos ligna, fœnum, ſtipulam uniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit. hæc ille. Dies autem domini in ſcripturis ſolet accipi communius pro die iudicii finalis, uel particularis. Loquitur ergo Apoſtolus de afflictione, uel purgatione animarum, quę ſuperædificauerunt &c. Et dicit, quòd dies domini declarabit. Hic autem dies non poteſt intelligi de punitione poſt iudicium finale. Primo, quia nullus, qui poſt hac punietur, ſaluus erit per ignem, ſed in æternum ardebit in igne. Secundo, quia multorum animæ, qui tunc in peccatis uenialibus, uel in obligatione ad pœnas aliquas moriuntur, erunt beatæ longe ante diem iudicii finalis in quo corporibus reaſſumptis non redibunt iterum ad pœnas, quaſi tunc totus homo igne purgationis paſſurus ſit, quod ante ſola anima patiebatur. Hoc enim ſi fieret, anima deſineret eſſe beata, uel ſaltem fieret minus beata, quam prius erat, ex quo iterum puniretur pro peccatis in corpore, pro quibus longe ante punita fuerat anima in ſe ſola. Relinquitur ergo apoſtolum loqui de pœnis purgatoriis, quæ incipiunt poſt mortem a iudi-

cio particulari in animabus decedentium, vel in culpis venialibus, vel in obligationibus ad pœnas mortales, ratione peccatorum etiam mortalium hic quoad culpam dimiſſorum, & in hoc ſæculo non ſufficiẽter punitorum. Et quòd hæc ſit intentio ipſius apoſtoli, ipſe innuere videtur iterum per hoc, quòd dicit. Cuius opus ſuperædificatum manſerit, mercedem accipiet, quę merces pro operibus bonis hic factis intelligitur in ſcripturis, communiter illa quæ poſt mortem datur animæ ſeparatæ, & quæ poſt iudicium finale datur toti homini. Probatur etiam purgatorium auctoritatibus philoſophorum, & poetarum gentilium, nam primo. Socrates introducitur in Phedro, & Platonis ſic dicens. Cum peruenerint defuncti in eum locum ad quem demum vnumquemque portat, primo illuc iudicantur qui iuſte pieque vixerunt, & qui ſecus. Si igitur medium comperiantur in vita tenuiſſe ſua quiſque, væhicula aſcendentes ad paludem perueniunt acheruſiam, ibique habitant iniuriarum pœnas dantes, & cum purificati ſunt, abſoluuntur, & rectè factorum digna prēmia reportant. Hæc ille. Et Aui. 9. meth. c. 7. dicit. Cum anima inſipientis ſeparatur a corpore, ſentit magnam contrarietatem, non ex accidenti inſeparabili, ſed ex accidenti extraneo, accidens uero extraneum non durat nec permanet, ex quo ſequitur, quòd pœna non ſit perhennis, ſed remouetur paulatim quouſque purificata anima perueniat ad fœlicitatem ſibi propriam. Hæc ille. Et Verg. in 6. Ergo exercentur pœnis &c. habes ſupra quęſtiuncula de immortalitate animarum. De purgatorio etiam loquitur. Dantes in principio ſecundæ comediæ, & di. Franciſcus Petrarcha in ultimo ſexti triumphi. Tertio probatur ueritas purgatorii auctoritate uniuerſalis eccleſię fidelium quæ iugiter orat, & ſacrificia offert pro liberatione animarum, quæ quidem auctoritas uniuerſalis eccleſię cũ tot optimos uiros, atq;

doctiſſimos in hac fide mortuos, & in teſtimonium ; ſiue ſanctitatis miraculis corruſcantes habuerit, maior eſt, & amplius ad credendum mouet quàm ſacræ ſcripturæ dicente Aug. in lib. contra epiſtolam Fortunati. Ego inquit Euangelio non crederem niſi Catholicæ Eccleſiæ me commoueret auctoritas. Et probat quod dicit ex hoc, quia ipſa credidit Euangelio propter prædicantes ſibi Euangelium, ſecundum formam a Chriſto ſibi traditam. Marc. cap. 1. quaſi arguat ſic propter quod unumquodq; tale, & illud magis, ſed propter eccleſiam creditum eſt euangelio, ergo magis credendum eſt eccleſię, quam euangelio. Ex quo uidetur, quòd maior ſit auctoritas eccleſiæ ad crędendum, quam ſit auctoritas diuinæ ſcripturæ, cum inter illas euangelium ſit præſtantiſſimum, & hoc ſimpliciter uerum eſt (dicit Henricus) accipiendo eccleſiā cum ſuo capite Chriſto qui pręcepit credere euāgelio. Si etiam eccleſia accipiatur quæ nunc eſt militans in terris eſt iterum uerum ſaltem quo ad nos, quia magis mouemur ad credendum ea, quę una tota communitas hominum rationalium, & honeſtorum credit, quā nos moueret lectio nuda ſcripturarum quę eadē credenda narraret. Quarto probatur ueritas fidei purgatorii ex rationabili, & ſalubri honeſtate. Nam ceſſante fide ipſius purga. ceſſaret memoria parentum, amicorum, & benefactorum defunctorum noſtrorū, quę frequens, & iugis uiatoribus ualde eſt ſalubris. Item ceſſante fide purgatorii deſineret eſſe ſacrificium, pro mortuis, omnis oratio, omne ſuffragiū, & omnis eleemoſyna pro animabus mortuorum, quorum animas diuina clementia ex eorum bonis hic relictis diſpoſuit poſſe adiuuari. Item ceſſante fide eius ceſſarent omnia opera pietatis in pauperes pro animabus mortuorum, quod non expedit fidelibus uiatoribus ad quæ opera pietatis, & miſericordiæ hortatur os ſaluatoris ſub cœleſti præmio, ut patet Matth. 25. Nunc reſpondendum eſt ad argumenta in fronte

quæ-

quæſtiunculæ adducta, quibus ſe tuentur Græci, Iudæi, & cæteri ſupra nominati. Et primo ad primum reſpondet Thom. in 4. dicens, quòd quia Deus eſt miſericors, ideo miſeretur merentibus miſericordiam. Ille autem qui in peccatum mortale incidit, conſtituitur, & ſtatim efficitur inimicus Dei, ideoque meretur amittere omnia bona quæ à Deo habuit, vnde bona facta mortificat, & quæ in mortali facit, occidit. In mortali autem decedens, non manet eidem aliquod præmium poſt hanc vitam. Illi vero, qui in charitate decedit, remanere poteſt poſt hanc uitam aliqua pœna. Nam charitas non ſemper delet omne malum, quod inuenit, ſed ſolum hoc quod eſt ſibi contrarium, & ideo non eſt ſimile. Dominus autem Bonauentura in 4 diſt. 20. ad hoc ſic reſpondet, quòd non eſt ſimile glorificare decedentem in charitate ſtatim ſicut condemnare decedentem in mortali, quia ideſt qui in mortali eſt, nihil habet quod ſit dignum vita, & ideo ſummè eſt diſpoſitus ad damnationem æternam, & propter hoc ſtatim damnatur iuſta retributione. Sed ille qui eſt in charitate, cum charitas ſtet ſimul cum veniali culpa, & reatu pœnę, poteſt habere aliquid dignum pœna, & quia gloria non poteſt ſtare ſimul cum pœna ſecundum forum commune, ideo neceſſarium eſt prius debitum illud ſolui per pœnam purgatoriām. Ad ſecundum reſpōdet Bonau. quòd pondus charitatis habet in ſe aliquod retardās vt puta culpam aliquam paruulam, vel reatum. Sed pondus peccati mortalis nihil habet eleuans, vel retardans, ideo non eſt ſimile. Ad terti um reſpondetur, ꝙ dictum Grego. intelligendum eſt de qualitate in qua cōſiſtit ſtatus, & quę nō mutatur niſi mutetur ſtatus, & talis eſt gratia, vel culpa mortalis. Qualis enim quis exit de corpore, talis in iudicio apparebit ſecundū has qualitates. Non autem eſt intelligendum de ea quæ nō mutat ſtatum, vt eſt culpa venialis. Venialia enim non mutāt ſtatum hominis, quia nec tollunt, nec dimi

nuunt charitatem ſecundum quam menſuratur quantitas grauitate bonitatis animæ,& ideo per hoc,quòd venialia dimittuntur, vel committuntur, talis manet anima qualis prius.Hæc Tho.& Bonauen.Durādus, & Archidiaconus in expoſitione literæ. Ad tertium reſpondetur,quòd glo.loquitur de peccato mortali. Vel dicendum, quòd quamuis in hac vita non corrigatur in ſe,corrigitur tamen in merito, quia hic homo meruit,vt ibi illa pœna ſit meritoria ſibi,& ad conſequendum veniam. Ad auctoritatem vero Apo.dicitur, ꝙ auctoritas illa loquitur de labore operationis ad merendum, & non de labore paſſionis ad purgādum, vt dicit Thom. vbi ſupra. Et concludendo dicitur ad Iudæos, & Græcos,& pauperes de Lugduno,& Valdenſes, quòd cum ſectę eorum,& opinio non habeat ꝓbabilitatem aliquam ex canonicis ſcripturis, nec ex rationibus, vel authenticis hiſtoriis, vel perſonis ſanctis, aut ex miraculis, aut reuelationibus, ſed ſolum auctoritate hominum præſentium, & præteritorum ſuæ ſectæ ruſticorum, laicorum, rudium, & idiotarum, ſicut fides noſtra habet,ideo contemnendi ſunt, & tanquam faſcinatos a diabolo,& præſumptione,& ſuperbia ſua cœcatos ſpernendi. Ad illud etiam Indorum, & Ioannis vigeſimoſecundo dicitur, quòd cum illa abſque fundamento, & ratione diabolo ſuggerente contra fidem catholicam teneant, merito à catholicis doctoribus reprobantur, qui indubitanter, tenent, quòd fideles in gratia decedentes non plene purgati, in purgatorium ab angelis ad expiandum deportantur. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim, & dominus Ioannes de Turre Cremata ſuper diſtinctio.25.vbi ſupra in decretis.

ADDITIO.

Licet abundè doctiſſimus iſtæ vir tractauerit hanc difficultatem, quod ſcilicet poſt hanc vitam, datur locus, vbi animę purgantur, contra antiquorum errores, uiſum tamen eſt mihi, huic quęſtioni adiungere, quod circa hoc hęretici moderni poſt Lutherum errauerunt ab vtero & locuti ſunt falſa. Et quamuis Lutherus uariis in locis, ſe certò ſcire purgatorium eſſe fateatur, licereque, vt quis pro mortuis, ſemel, aut ſummum bis oret, negant nihilominus ad vnum oẽs Lutherani, Melanch. Caluinus, Zuuingliani, diſcedentes in hoc ſicut in multis aliis a fide, contra quos omnes, Chryſoſto. homel. 69. ad populum Antioch. Auguſt. de verbis Apoſt. ſer. 32. Gregorii Niſſe. Et Athan. Damaſ. de his qui in fide dormierunt. Orig. hom. 25. ſuper numeros, Alcuinus Lib. 3. de Trini. ad Carolum magnum. Veritatem purgatorii docent docuiſſeque etiam Apoſtolos, orandum, & ſacrificandum pro mortuis. Suffragatur Synodus Africana apud Cyprian. lib. 1. Epiſt. 9. Tertul. de exhortatione caſtitatis. Concil. Florent. atque Tridentina Synodus.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAP.

An detur alius purgatorij locus præter eum, qui eſt in centro terræ ubi purgentur animæ mediocriter bonorum.

QVAERITVR, Si præter principale in centro terræ purgatorium, reperiatur etiam in ſuperficie terræ locus ubi purgentur animæ mediocriter bonorum. Ad quam Tho. & Bonau. in 4. d. 21. reſpondent affirmatiuè dicẽtes, ꝙ locus purgatorii eſt duplex. Vnus ſm cõem diuinã lege, & ſic eſt

locus

locus inferior, inferno quaſi cõiunctus, vt dictum eſt ſupra.& propter hoc non eſt acceptanda opinio Vgonis negantis. 2. lib.de ſacramentis aliquem locum determinatum & communem purgatorii, in centro terræ dicentisque ſingulas animas in iis potiſſimum locis pœnas ſubſtinere,in quibus culpam commiſerunt, nam probabile eſt,vt dicit Bonauentura, omnes animæ qua pariſius peccauerunt, pariſius puniantur. Alius locus purgatorii eſt ſecundum diuinam diſpenſationem in quibuſdam locis patentibus in ſuperficie terræ, in quibus ad purgationem animæ deputantur, & ſecundum hunc fortè modum intellexit. Vgo quod nunc ſupra dicebat. Vnde Grego.in 4. dialog.c. 4 dicit ſuperabundans diuinæ bonitatis largitas quærens generaliter ſalutem hominum ſe non quærentium, diſpoſuit, vt etiam eſſet in ſuperficiè terrę habitationi hominum deputata quędam patentia tormentorum loca, in quibus multis indiciis conſtaret animas poſt mortem cruciari non ſolum malorum, ſed & etiam mediocriter bonorum. Hæc ille. Et hæc particularia purgatorii loca in ſuperficie terræ,ſpecialiter ordinauit Deus,vt dicit Thom.vbi ſupra, & dominus Ioan.de turre crema.ſuper de pœn.diſt.7. cap. hic autem ignis,quinque rationibus.Primo, propter animarum leuiorem punitionem, ſicut aliquibus ſecundum Gregorium eſt reuelatum, quaſdam animas in umbra eſſe punitas, & in 4. dialog. cap.4. ponit ꝙ quidam Paſcaſius Roma.eccleſiæ. Diaconus, tam ſanctæ uitæ uir,quòd poſt mortem ad tactum feretricius quidam dęmoniacus ſanatus fuit, & nihilominus anima ipſius diu poſt mortem inuenta eſt a quodã ſancto epiſcopo in termis, ideſt in locis vbi aqua feruens de terra bullit, a quo interrogata, cur ibi eſſet, dixit ſe in calore illius aquæ cruciari, ꝑpter hoc quòd in contentione ſciſmatica inter Symachum,& Laurẽtium quis eſſet papa ipſe vſque ad mortem tenuit Laurentii partem, qui ius non habuit in papatu. Se-

cundo

cundo propter noſtram inſtructionem, ut ſcilicet magnam pœnam poſt hanc uitam peccatoribus infligi agnoſcamus, & ſic a peccatis deſiſtamus, & conuertamus nos ad dominum, ut patuit pariſius de diſcipulo poſt mortem magiſtro apparenti, & damnationem ſuam reuelanti, qui cum diſcipuli incendium in manu ſua ſentiret, ſtatim ad dominum eſt conuerſus. Tertio, propter culpæ in loco perpetrationem, ut patet de illo qui in balneo ſuo ubi peccauerat tanquam in purgatorio pœnitentiam fecit, qui triginta miſſarum merito euolauit ad cœlum, ut dicitur in 4. dialo. Quarto, propter alicuius ſancti orationem, ſicut legitur, quòd ſanctus Patricius quibuſdam in quodam loco ſuper terram purgatorium impetrauit. Quinto, propter animarum celeriorem liberationem, ſcilicet ut poſſint aliis ſuam indigentiam reuelare, & ab eis ſuffragia petere, & ſic citius de pœnis exire, ut patet de quadam anima exiſtente in glacie, quam piſcatores Beati Theobaldi piſcati ſunt in autumno, & epiſcopo prçſentauerunt, qui cum dictam glaciem cauſa refrigerii teneret ſub pedibus, audiuit expreſſe uocem dicentem, quòd in glacie erat anima uelut in loco purgatorii deputata. Cumque dicta anima de noctè ab epiſcopo ſuffragia impetraret, merito triginta miſſarum euolauit ad cœlum. Idem patet de quadam anima cuiuſdam religioſi, quæ in arce oppidi Adrani in Apulia uelut in loco purgatorii erat deputata, de qua anima, & eius ibidem purgatorio mihi præſentis operis compilatori ad ſenſum luce clarius ſic manifeſtum fuit. Dum enim ex officio quo indigne quandoque fungebar viſitarem prouinciam Apuliç, contingit, ut etiam ad loculum quendam ordinis apud Adranum oppidum terræ Ydronti in Apulia declinarem. Cumque ibidem fratres, & quidam Gregorius Spertus, officii gratia mihi plurimum detuliſſent, ductus ſum poſt cœnam cubitum in arcem, ubi uero intempeſta nocte dormire cepiſſem, audito quodam

ſtrepitu

ſtrepitu & fragore, excitatus in aula quendam paſſim deambulantem, & cathenis quibus, vt puto grauatus erat, ſenſi terribiliter inſonantem, dumque loquor; excitando ſocium quem habebam, ſtat ille, mox nobis ſilentibus, cępit ille ſtrepitu vinculorum longius primo acrius ambulare, & oſtia, quæ erant ante cubiculum horribili quodam crepitu, & conatu perfregit, interea colloquimur ingenti pauore percuſſi, quieſcit ille. Deinde tacentibus nobis tertio circa duas horas cathenatus oberrans, tandem maximo fragore in cubiculum in quo exanimati ferè iacebimus, ſe recepit, vagatur in eo, feneſtras aperit, interea nos trepidantius hæremus, voces faucibus hæſerant, creſcenteque formidine mors ſequebatur. Cernimus feneſtras apertas, quocunque nos verteremus ſpei nihil eſſet; inter metum, & iram repente e lecto proſilimus in medium. Ille extremo impetu, altera quæ in imum turris deſcendebatur in damnatorum carcerem, fracta ianua, gradatim ruens grauiore armorum cathenarumque ſtrepitu, nuſquam viſus omnia tumultu oppleuit. Nos gelidi, & ſtupidi effecti, accenſo lumine diem in ſomne expectabamus. Interea omnes feneſtras inquirimus, reperimus omnia obſtruſa, ſicut ſero clauſeramus. Redeunt ad nos diluculo fratres, & Gregorius hoſpites, ſoluere nos iubent, nos vero quaſi amẽtes & elingues effecti, tremulis & laſſis vocibus diximus. Miſereatur veſtri omnipotens Deus patres, & tibi o bone Georgi, recepiſtis nos hoſpitio in arcẽ ignaros vmbrarum & ſpirituum, vt pœnè moreremur, ad quos illi renidentes inquiunt. Indulgete, & uos nobis o patres, obliti heri veſperi fuimus vos monere hic in arcem vmbram, & ſpiritum quendam oberrare, qui dicit à Deo hic locum habuiſſe purgatorii per mille annos, eo quòd ibidem multa mala, & mortes hominum commiſiſſet, & nos cum eo non viſo ſepius colloquimur & multa nobis perſepe pandit, & commoda plurima gregaliter impartitur, a nobis tan-

tum

tum expetens, orationibus eum auxiliemur, ut tempus ei in loco præfixum a domino, noſtris precibus breuietur. Simile factum fortè apud gentiles de quadam anima uel imagine narrat Plinius ſecundus iunior li. 7 Erat inquit Athenis ſpacioſa quædam, & capax domus, ſed infamis & peſtilens, quam Athenodorus philoſophus uili præcio conduxit, ubi autem cępit adueſperaſcere, iubet, ſterni ſibi in prima domus parte, poſt pugillares ſtilum, lumen, ſuos omnes in interiora dimittit, ipſe ad ſcribendum animum, oculos, manum intendit, ne uacua mens ſimulachrum, uel fanteſma ubi oberrans inanes ſibi metus fingeret, ubi uero cœpit ſilentium noctis, ubique, audiuit concuti ferrum uinculaque moueri. Os firmat animi philoſophus, auribus manum prætendit, nō tollit oculos nec remittit ſtilum, tunc crebeſcere fragor, aduētare etiam in lumine iam & intra limen audiri cępit imago. Ille reſpicit mox apparebat idolum, ſenex, macie, & ſqualore confectus, prolixa barba, horrenti capillo, cruribus cōpedes, manibus cathenas gerebat, ſtabat innuebatq; digito ſimilis uocanti, philoſophus cōtra, ut paululum expectaret, manu ſignificat, rurſumq; cæris & ſtilo incumbit. illa imago ſcribentis capiti cathenis inſonabat, reſpicit rurſus idem quod prius innuentē, nec moratus tollit lumen, & ſequitur, ibat illa lento gradu, quaſi grauis uinculis, poſtquam uero deflexit in aream domus, repente delapſa deſerit comitem, deſertus herbas, & folia conſerta, ſignum loco ponit, poſtero die philoſophus adiit magiſtratus, monet, ut illum locum effodi iubeant, inueniunt oſſa incerta cathenis & implicita, quæ corpus æuo terraque putrefactum, nuda & exeſa reliquerant uinculis, collecta publice ſepeliuntur. Domus uero poſtea rite conditus manibus caruit.

QVAESTIO III. QVARTAE QVAEST. III. CAPI.

Quod in purgatorio remittantur aliqua peccata, quò ad culpam, & omnis reatus pœnæ ueniali, & mortali debitæ.

QVAERITVR, Si in purgatorio remittuntur aliqua peccata quantum ad culpam, & omnis reatus pœnæ ueniali, & mortali, debitæ. Ad quam uidetur primo reſpondendum negatiue. Nam facilius eſt peccare quàm reſurgere a peccato. Sed exiſtentes in purgatorio non poſſunt peccare, ergo non poſſunt a peccato reſurgere. Item ſecundo ſic. Culpa actualis non deletur niſi per contritionem, ſed poſt hanc uitam non erit contritio quę eſt actus meritorius, quia non erit meritum, neque demeritum, cum ſecundum Damaſ. hoc eſt hominibus mors quod angelis caſus, ergo poſt mortē nulla culpa uenialis in purgatorio dimitti poteſt. Tertiò ueniale oritur ex fomite, fomes autem eſt coniuncti, non animæ ſecundum ſe, ergo ſoluto fomite ſoluitur ueniale, ſed illud ſoluitur in morte, ergo in morte ſoluitur ueniale, & non poſt mortem in purgatorio. In oppoſitum eſt Grego. in 4 dialog. & punitur in decretis diſt. 35. c. qualis, qui dicit ꝙ poſt hanc uitam quædam culpæ in purgatorio expiantur. Et Auguſt. dicit in lib. de uera pœnitentia, ꝙ quædam culpæ leues in futuro remittuntur. Pro reſponſione ponentur duæ concluſiones, ſecundum duas partes tituli petitionis. Prima concluſio. In purgatorio remittuntur aliqua peccata quantum ad culpam. Hanc concluſionem ꝓbat Albertus magnus ſic. Ponatur caſus ꝙ aliquis ſit exiſtens in gratia, hn̄s tamē culpas ueniales, ſic in ultimo inſtanti, & moriatur cum uoluntate uenialium reiterandi, id eſt non dolens de ipſis, conſtat quòd ipſe

ſe ſaluabitur, quia eſt in gratia, & uenialia non auferunt gratiam. Conſtat etiam ꝙ peccatum manens in uoluntate non remittitur, ergo uidetur ꝙ neceſſe ſit ꝙ poſt mortem remittatur quòd ad culpam. Si forte dicas ꝙ conuertitur in mortale propter uoluntatem reiterandi, & per conſequens propter retardationem ſuæ gloriæ quam impęnitens uidetur diligere. Ad hoc reſpondet Durandus, & Petrus, de Palude.in 4. ꝙ ſi aliquis non vult pœnitere de ueniali in morte nō oportet propter hoc, ut peccet mortaliter, non enim plus tenetur homo peccatum expiare quàm uitare ueniale.Sed exiſtēs ſine mortali non tenetur neceſſariò uitare peccatum ueniale, ergo nec expiare hoc uel illo modo, & tamen dicit ꝙ vult retardationem gloriæ. Reſpond.Petrus ꝙ nec ex hoc ſequitur quòd peccet mortaliter, quia uelle retardationem gloriæ, non eſt de ſe mortale, cum uelle ad tempus ſeparari ab amico non ſit contra amicitiam. Vnde uelle longam uitam propter quam retardatur a uita beata, non eſt propter hoc mortale Nō enim peccaui tmortaliter Ezechias flens pro aditione quindecim annorum. Et propter hoc dicitur concluſionaliter cū Gregor.& Auguſt. ubi ſupra quod culpa uenialis in eo q. cum gratia decedit poſt hanc uitam, dimittitur per ignem purgatorium, quia pœna illa aliqualiter uoluntaria uirtute gratiæ habebit uim expiandi culpā omnem, quæ ſimilis cum gratia ſtare nō poteſt,aliter.n. poſſet contingere ꝙ aliquis in charitate moreretur in culpa ueniali, quæ ſibi nunquam dimitteretur, & ita aliquis poſſet mori in charitate,qui nunquā deum beatificè uiſurus eſſet,quod diſpōni diuinæ legis repugnat. ergo concluſio prima eſt uera.Sed petitur curioſius a domino Henrico de Aſſia hic, quando ſit remiſſio peccatorum leuium quò ad culpam in futuro ſęculo an in primo inſtanti non eſſe hominis uel in termino ſolutionis pęnæ pro quolibet illorum, unde ſi ex merito ante mortem, (ut Grego. dicit) abſoluitur

næ recipiant. Cum illo enim gaudio non poteſt ſtare obligatio ad aliquam pœnam, quia nihil inquinatum poteſt intrare in illud. Vnde notandum eſt ſecundum dominum Henricum de Aſſia, ꝙ peccata venialia quātum ad reatum pœnæ remittuntur, vel in hoc mũdo merito aliquorum operum hic factorum in gratia, vt puta, quia libenter, & pro parte ex pietate dimiſit peccantibus in ſe. Vnde dixit Chriſtus Luc. 6. Dimittite & dimittemini. 2. Mat. 5. Beati miſericordes q̃a mĩam conſequentur, aut ſollicite orando pro peccatorib. ut conuertantur Iacobi ultimo. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animam eius, ſci licet conuertentis, & conuerſi a morte, & operit multitudinem peccatorum. Vel remittitur in futuro ſeculo quò ad culpam, & pœnam ſi contingat hominem mori in aliquibus peccatis uenialibus merito gratiæ precedentis. Et de hac dicit Greg. in 4. dial. c. 4. Sciendum eſt quòd illic ſaltem de minimis nihil quiſq; purgationis obtinebit niſi bonis hic actibus in hac adhuc uita poſitus ut illic obtineat promereatur &c. Ad argumenta autem in contrarium facta reſpondetur. Et primo ad primum dicendum, quod aſſumptum illud, facilius eſt peccare quam a peccato reſurgere, eſt uerũ quamdiu liberum arbitriũ eſt flexibile ad utrumlibet. Sed quando iam confirmatũ eſt in bono, ut eſt in illis qui ſunt in purgatorio, impoſſibile eſt peccare. Sed facile eſt peccatum deteſtari cum hoc ſit bonum, in qua deteſtatione conſiſtit ordinatio uoluntatis, & demiſſio peccati uenialis, quò ad culpam. Hæc dominus Bonauentura, & dominus Durandus in quarto. Ad ſecundum dicendum iuxta ſanctum Thomam, negando minorem. Dicimus, enim quòd poſt hanc uitam non poteſt eſſe meritum reſpectu præmii eſſentialis, ſed bene reſpectu alicuius accidentalis, quamdiu manet homo in ſtatu uiæ aliquo modo, & ideo in purgatorio poteſt eſſe actus meritorius, quantum ad remiſſionem

culpæ venialis. Ad tertium dicendum negando conſequentiam. Dicit enim dominus Bonauentu. quòd licet ablato fomite auferatur veniale quantum ad poteſtatem peccandi venialiter de futuro. Non tamen oportet auferri ueniale prius perpetratū., quia non oīs cauſa introducendi, eſt cauſa conſeruandi, ſicut in multis exemplis patet. Deſtructo enim cultello non poteſt infligi. plaga, ſed cum cultellus deſtruitur non propter hoc oportet ſanari plagam prius inflictam. Concordat Albertus, & Tho. ſuper quartum.

QVAESTIO IIII. QVAESTIO. IIII. TERTII CAPI.

An purgatorij pœna excedat omnem pœnam huius uitæ temporalem.

QVAERITVR, Si pœna purgatorii excedat omnem pœnam temporalem huius uitæ, & quę, & quot ſunt illę pœnæ. Ad quām primo uidetur reſpondendum negatiuè. Et primo ſic. Nam quanto aliquid eſt magis paſſiuum, tanto magis affligitur ſi ſenſum lęſionis habeat, ſed corpus eſt magis paſſiuum, quam anima ſeparata, tum quia habet contrarietatem ad ignem agē tem, tum quia habet materiam ſuſceptiuam qualitatis agentis, quod de anima non poteſt dici, ergo maior eſt pœna quam corpus patitur in hoc mundo, quàm pœna qua anima purgatur poſt hāc uitam. Itē pœna purgatorii directè contra uenialia ordinatur, ſed uenialibus (cum ſint lęuiſſima peccata) lęuiſſima pœna debetur, ſi ſecundum menſuram delicti ſit placatiū modus, ergo pœna purgatorii eſt lęuiſſima. Tertio maior eſt paſſio in qua agens eſt tranſmutans, & abiiciens a ſubſtantia, quàm quæ eſt tranſmutans, & non abiiciens. Sed paſſio huius uitæ eſt tranſmutans, & abiiciens, paſſio uero alterius uitæ eſt tranſmutās,

& non

& non abijciens,ergo maior eſt pœna iſta quam alia. In contrarium eſt textus de pœn.diſtin.7 .ca.hic ignis purgatorius, etſi non ſit ęternus, miro tamen modo eſt grauis. Excellit omnē pœnam quam unquam ali quis expertus eſt in hac uita. Et Auguſt.in quodam ſermone dicit. Qui in aliud ſęculum fructum conuerſionis diſtulerit, prius purgabitur igne purgationis, qui licet non ſit ęternus miro tamen modo cruciat. Reſpondeo dicendum, quòd pœna purgatorii excedit maximas pœnas huius uitę. Iſta concluſio probatur a Tho.quò ad ambas pęnas in purgatorio. Vbi ſciendum, quòd in purgatorio eſt duplex pœna, uidelicet pœna damni,inquantum retardantur à diuina uiſione. Alia ſenſus ſecundum quòd, ab igne corporali puniuntur. Et quòd ſit uerum de prima pœna ſic arguit. Quanto enim aliquid magis deſideratur, tanto eius abſentia eſt moleſtior. Et quia affectus, quo deſideratur ſummum bonum poſt hāc uitam in animabus ſanctis eſt intenſiſſimus,quia non retardatur affectus mole corporis, & etiam quia terminus fruendi ſummo bono iam adueniſſet, niſi aliquid impediret, ideo de tardatione maxime dolent. Et ut addit Albertus Magnus,quia cum ſanitas, & iocunditas ſenſus in hac uita, nullam habeant comparationem ad ſummum bonum, quod fœlicitat beatos,nullam comparationem habebunt auferentia delectabilia in hac uita ad auferentia, uel differentia delectabilia in alia uita. Et ideo triſtitia alterius uitæ incomparabiliter maior eſt quam triſtitia aliqua in præſenti uita. Propterea dicebat Chryſoſtom.in quodam ſermone. Ponamus ante oculos mentis quanti doloris eſt excludi, & proijci a regno Dei, quia ipſa uidetur grauior gehenna. Et Auguſti.in quodam ſermone dicit. Alienari à regno Dei, carere multitudine dulcedinis eius, tam grandis pœna eſt, ut nulla poſſint tormenta quæ nouimus ei comparari. Quantum uero ad pœnam ſenſus probatur conclu-

ſio ſic ratione Thom. ubi ſupra. Cum dolor non ſit læſio, ſed ſenſus læſionis. 2. de anima, quanto aliquid eſt magis ſenſitiuum tanto plus dolet. Exemplum in locis neruoſis, ſcilicet digitis, tibiis &c. Nam nerui ſunt inſtrumenta ſenſus tactus. 2. de anima. Sed anima eſt maxime ſenſitiua, vtpote cauſa omnis ſenſationis. Ideo cum agit in ipſa aliquod agens læſiuum ipſam maxime lædit, & tanto magis, quanto læſiuum eſt magis actiuum. Ignis autem inter omnia elementa eſt magis actiuus. Nam non poteſt infrigidari aut humectari, ſicut aqua calefieri, ut dictum eſt, ergo maxime lędit animam non naturaliter, quia corpus in ſpiritum naturaliter non agit, nec ignobilius in nobiliori, ſed ut eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, quæ dat uniformi igni ut miro modo difformiter pro diuerſitate peccatorum cruciet animas mortuorum. Primo ad purgandum quaſdam læues culpas uenialium in præſenti non dimiſſorum. Secundo ad ſoluendum obligationes ad pœnas pro moralibus uel uenialibus peccatis hic quò ad culpam indultis pro quibus non fuit in hac uita ſufficiens pœnitentia peracta. Tertio ad purgandum animas ab omni qualitate imperfectionis, uel a rerum conceptibus & ſpeciebus impropriis, ſimiliter ab habitibus uitiorum & impreſſionibus falſarum opinionum, a fomite, & ab aliis indiſpoſitionibus & deformitatibus, quas animæ a corporibus ſeparatę ſecum ad ignem purgatorii deferunt, ab his omnibus tanquam a quibuſdam ſqualoribus hic contractis, animæ ibidem per ignem purgatæ exeunt, ſicut aurum fulgens de camino ignis ad cęleſte regnum perducendæ. Ad argumenta aũt dicendũ eſt, & primo ad primum, quod pœna non iudicatur maior uel minor ſecundum læſionem uel paſſionem, ſed ſecundum paſſionis ſenſum. Et ideo licet anima ſit minus paſſiua, quam corpus, quia, tamen eſt magis cognoſcitiua & ſenſitiua paſſionis, ideo maior eſt dolor eius etiam ſi ſit minor paſſio. Ad ſecundum dicendum ne

gandq

gando conſequentiam, & ratio eſt, quia acerbitas illius pœnę non eſt tantum ex quantitate peccati, quã tum etiam ex diſpoſitionę puniti, quia idem peccatum grauius punitur ibi quam hic propter diuerſitatem fori, ſicut ille qui eſt melioris complexionis magis punitur eiſdem plagis quam alius, & tamen iudex utrique eaſdem plagas inferens iuſte facit. Ad tertium reſpondetur negando aſſumptum, quoniam, vt reſpõdet dominus Bonauentura. Ignis inferni, qui vrit, & non conſumit, grauius punit quam alius ignis qui ytrunque facit. Hęc dominus Ioann. de turre crema. ſuper.d.di.p.7. Hic ignis.

ADDITIO.

Oportet, omnino concedere, (vt dicit Magiſter ſent. San. Bonauen.d.20.art.1. quæſt. 2.libr.4. Ioannes Gerſon.3.part.tract.3.de canticis, & multi alii ſancti) quod purgatorii pœna grauior eſt omni pœna temporali, quam modo anima ſuſtinet carni coniuncta, quando quidem magis eſt in huiuſmodi adhærendum auctoritati, quam rationi cum hoc ſit ſupra naturam, & rationem. Habent nihilominus animæ ibi detentæ cum afflictione ſolatium (vt ſentit Gerſon loco citato) ex certa ſpe beatitudinis, ex eccleſiæ generalis ſubſidiis, & piis amicorum ſuffragiis, & quia charitas in eis congaudet ueritati correctionis. Idem apud Richar.d.20.art.2.quęſt.1.lib. 4.

QVAESTIO. V. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAP.

Vtrum purgatorius ignis, ab igne inferni differat.

INQVIRENDVM eſt, Quomodo differat ignis purgatorii ab igne inferni. Ad quam reſpondetur,

detur, quòd differunt octupliciter. Primo quia ignis inferni, ut quidam dicunt, eſt ignis elementum in materia propria, prout eſt in ſphera ſua, quia æternaliter debet affligere. Ignis purgatorii eſt mixtus, & elementatus in materia aliena, ſcilicet terreſtri, uide licet carbone, ut magis affligat, quia temporaliter debet purgare. Nam licet ignis in propria ſphera ſimpliciter in ſe ſit calidior, quàm quodcunque corpus mixtum, ſiue plumbum, ſiue ferrum ignitum, ſiue carbo, per accidens tamen plumbum, uel ferrum ignitum poteſt eſſe calidius, propter tria quæ ponit Aui. Primo ex parte ignis qui eſt ualde rarus, & ideo partes aeris aquoſi, ſiue humidi, & etiam frigidi intrant ipſum ignem, & ipſum infrigidant licet per accidens. Secundo ex partę ſui actiui, quia partes ignis propter ſuam raritatem multum diſtant, & ideo non concurrunt multæ partes ad actionem eius, ſed partes ferri igniti propter ſuam ſoliditatem ſunt multum unitæ, & ideo multæ concurrunt ad actionem eius, & inde eſt, quòd ferrum ignitum, fortius agit quam ignis, licet ignis ſit per ſe calidior, ſicut uidemus, quòd multi debiles fortius trahunt nauem, quàm unus fortis. Tertio ex parte ſenſati, quia ignis propter ſuam tenuitatem eſt ualde mobilis, & ideo cito tranſit, & non diu moratur ſupra ſenſum. Sed ferrum ignitum, propter ſuam grauitatem non eſt multũ mobile, & ideo nõ cito tranſit, ſed diu permanet, & per conſeques diutius agit in ſenſum, & ideo plus ſentitur quam ignis licet ignis ſit per ſe calidior. Secundo differunt quantum ad operationem. Nam licet ignis purgatorii ſit æternus quo ad ſubſtantiam ſicut ignis inferni, tamẽ eſt temporalis quod ad effectum purgationis, ut dicit Gre. uel ut dicit dominus Bonauen. in 4. Licet remaneat quantum ad actum aliquem, ſcilicet quantum ad id quod habet ardoris, ſcilicet ad reproborum concremationem, non tamen remanet quantum ad purgationem. Ignis inferni indurat, & deuorat, ignis pur-

gatorii excoquit, & maturat. Ignis inferni res fortes, & pulchras debiles facit, & turpiſſimas. Ignis purgatorii fortiores reddit, & pulchriores, ſicut aurum, & ſimillia in ignibus non deteriorantur, ſed purificantur, & pulchriores redduntur. Ignis purgatorii eſt purgatiuus. Ignis inferni eſt exterminatiuus. Et ponit B. Grego. exemplum in 4. dialo. dicens, quod ſicut ſub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ita ſub eodem igne in ſubſtantia, ſcilicet purgatorii, & inferni electus purgatur, & damnatus exterminatur. Tertio differunt in finis intentione, quia ignis purgatorii ad iſtum finem principaliter eſt ordinatus, ſcilicet ad purgandum reliquias peccatorum, & ideo pęna purgatorii uocatur pœna ignis. Nam res in finem ordinate, conuenienter a fine nominantur. Igni autem inferni eſt ordinatus ſolum ad affligendum, & ideo illis nominibus nominatur, quæ apud nos affligere ſolent u ehemētes, ſicut ſunt igni, ſulphur, ſpiritus, procellarum &c. ut dicit Thom. in 4. Quarto differunt in multiplicatione, eo, quòd in purgatorio non ſunt niſi duæ pœnæ, ſcilicet pœna damni, & pęna ſenſus ignis. In inferno autē nō ſolū ſunt duę pęnæ prædictæ, ſed multæ aliæ. Cuius ratio eſt, quia cum pœna inferni ſit ordinata, & inuenta ſolum ad affligendum, ut patet, ideo in inferno non eſt ſolum pœna ignis, & dāni, ut in purgatorio, ſed multę aliæ ut ex pœnarum multitudine, damnati multipliciter affligantur. Quinto ignis inferni eſt obſcurus, & tenebroſus ſub quadam umbroſitate, ut ſic damnati uidere poſſint afflictiua ſua unde doleant. Pſal. Peccator uidebit, & iraſcetur &c. Ignis autem purgatorii eſt clarus, & fulgidus. Sexto ignis inferni affligit, & cruciat ratione malorum habituum, & uitiorum, & falſarum opinionum in mundo contractarum. Ignis autem purgatorii purgat ab omnibus prędictis. Septimo ignis inferni appropinquante die iudicii non augebitur in ardore, ignis autem purgatorii ſic reſpectu eorum, qui ibi

diu purgari deberent, ut ſic calor ille intenſior recuperet in intenſione quantum deperditurus ſit in temporis abbreuiatione, ut dicit Tho. in 4 d. 77. ar. 3. Vnde in quolibeto ſecundo. q. 7. in ſolu. 4. arg. dicit, & illi qui in fine mundi uiui reperientur, parum habebunt de cremabilibus, purgati pręcedentibus tribulationibus poterit etiam fieri, ut acerbitas pœnæ momenti temporis recompenſet diuturnitatem pœnæ in aliis, Octauo quia pœna ignis inferni excedit omnem pœnam huius mundi in extenſione, non autem in intenſione, & acerbitate. Pœna autem ignis purgatorii excedit omnem pœnam huius mundi in intenſione, & acerbitate, non autem in extenſione, ut dicit dominus Dominicus Venetus, epiſcopus Brixienſis, alias Torcellanus, licet in hoc ſolennis hic doctor non teneatur.

ADDITIO.

A multis uiſum eſt, quod idem ignis comburat exiſtentes in purgatorio, & in inferno ut oſtendunt Richar. in 4. diſt. 44. art. 2. quæ. 2. & Thomas Argent. eadem diſtinc. & iſta uidetur intentio B. Gregorii in lib. dial. ubi ait, quod idem ignis eſt inferni, & purgatorii, quia ſicut ſub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ſic ſub eodem igne, peccator crematur, & electus purgatur, quod uerum eſt, de lege cõmuni.

QVAAESTIO VI. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAPI.

Vtrum pœna, quam animæ in purgatorio ſuſtinent, ſit uoluntariè ſumpta.

QVAERITVR, Si pœna tam grandis purgatorii ſit ab his qui ibi purgãtur uoluntariȩ ſumpta. Ad quã uidetur primo reſpondendum

dendum affirmatiuè. Nam exiſtentes in purgatorio habent cor rectum, ſed ut dicit Ambroſius, habens cor rectum, confirmat uoluntatem ſuam uoluntati diuinę, ſed dominus uult eos purgari, ergo, & ipſi ſe purgari uolunt. Item omnis ſapiens uult illud ſine quo finis conſequi non poteſt, & omnis infirmus uult illud quò ſanetur, ſed in purgatorio exiſtentes ſunt ſapientes, & infirmi, ergo uolunt ibi eſſe ut gloria acquiratur, & uolunt illam pœnam ut ſanentur. Si forte, tu dicas ſicut forte aliqui dixerunt, quod tantus eſt ſenſus doloris, ut collatio rõnis tota abſorbeatur, & non poſſint cõferre nec dé uno nec de alio. Dicitur ꝙ hoc eſt falſum, & contra dictum Greg. in. 4. dial. Niſi enim ſcirēt ſe liberandos, ſuffragia non peterēt quę frequenter petunt, ut patet ibidem de multis. In oppoſitum arguitur, nam nullus petit liberari a pœna quam uoluntarie ſubſtinet, ſed qui ſunt in purgatorio, petunt inde liberari, ut patet in. 4. dialog. ergo non ſubſtinent illam pœnam uoluntarie. Reſpondetur iuxta dominum Bonauenturam dicentem, quòd aliqua pęna dicitur tripliciter uoluntaria. Vno modo, quia aſſumitur a uoluntate imperante ſicut eſt pœna pœnitentialis. Alio modo, quia ſubſtinetur a uoluntate acceptante ſicut eſt pœna matryrum. Tertio modo eſt quædam pœna quæ ſubſtinetur a uoluntate tollerante, ut puta pœna quæ eſt impatientia, quod eius oppoſitum eſt in deſiderio, ſicut cum amans, & deſiderans ſanitatem infirmatur. ſubſtinet quidem pœnam tanquam à medico a Deo inflictã, attamē ab ea liberari procurat, & illud minime habet rationem uoluntarii. Et hoc modo uoluntaria eſt pœna purgatorii. Nam purgandus ibi uoluntarie ſuſtinet eam propter tria (ut dicit Petrus de Palude,) Primo quia ſciunt eam a Deo inflictam, & uolitam, ideo non murmurant (ſicut boni filii contra flagella patris), ſed placet eis affligi quandiu Deo placet. Secundo, quia ſciunt flagella eſſe iuſte lata. Vnde

de quia charitas congaudet ueritati, uolunt ſic iuſte pati. Tertio, quia ſciunt ſe aliter non poſſe ſaluari, unde amore boni ſperati uolunt ſic propter illud affligi. Albertus autem, & Tho. in 4. dicunt quòd aliquid dicitur uoluntarium dupliciter. Vno modo uoluntate abſoluta, & ſic nulla pœna eſt uoluntaria, quia ex hoc eſt ratio pęnę, quia uoluntati contradicitur. Alio modo dicitur aliquid uoluntarium uoluntate conditionata, ſicut uſtio eſt uoluntaria propter ſanitatem conſequendam, & ſic pęna purgatorii dicitur uoluntaria. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta. Dominus Ioann. de Turre Cremata ſuper di. 25. c. qualis.

ADDITIO.

Locus D. Bonauenturę citatus eſt in 4. diſt. 20. parte 1. quæſt. 3. Quam difficultatem, auctor tetigit fortè, quia D. Auguſtinus lib. 14. de ciui. Dei, cap. 15. dixit, quod pęna eſt diſſenſio animę ab his rebus, quę nobis nolentibus accidunt. Verum quomodo pęna ſit in purgandis fidelium animabus uoluntaria, uide Gabrielem Biel. in 4. diſtinct. 14. quæſtio. 1. artic. 3. dub. 1.

QVAESTIO SEPTIMA QVAESTIO. IIII. TERTII. CAP.

Vtrum in purgatorio detenti poſſint aliquo modo mortaliter aut uenialiter peccare.

DVBITATVR Si animę in purgatorio per impatientiam, uel per aliquem alium actum peccare poſſint mortaliter, uel ſaltem uenialiter. Ad quam ſic reſpondetur, quòd cum oſtenſum ſit, quòd qualis anima exit de corpore, talis pręſentatur in iudicio particulari. Idcirco ſi ſeparā

tur

tur a corporibus in charitate, confirmantur ſic in eadem ꝙ amplius peccare non poſſunt, & ab ea reſilire quia lignum ubi cæciderit, ibi erit. Eccle. 11. Et hæc. eſt communis opinio Dei ordinatio qua diſpoſuit omnem hominem ultimo mortuum extra charitatē damnandum, & ultimo mortuum in eadem ſaluandum eſſe ſimpliciter, nec talem flecti poſſe ad impatientiam in pœnis, nec peccare mortaliter, aut undecūque uenialem culpam contrahere ac per hoc ſuas pęnas prolongare: Non.n. habent fomitem ex quo peccatum ueniale cauſatur, ut dicit Tho.in 4.di.21.q.1.art.1. Poteſt etiam inflexus, & impræcipitatio, & impræcabilitas animarum in purgatorio exiſtētium prouenire ex eo, ꝙ certificatę de ſua beatitudine, cum ſumma patiētia, & gratiarum actione tolerent ſuas pęnas quas iuſto, & miſericordi iudicio Dei cognoſcunt ſibi inflictas, & debitas, Dominus Henr. de Aſ.ſuper Gen.

ADDITIO.

Rimare librum de ſtatu animæ cum charitate decedentis, ſuper offertorium Miſſæ. pro defunctis Boloniæ impreſſum, ubi, & de hac materia, & de aliis multis circa animabus, in purgatorio exiſtentibus adnotaui.

QVAESTIO VIII. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAPI.

Quod animæ in Purgatorio exiſtentes mereri non poſſunt.

QVAERITVR An animæ in purgatorio pœnas patienter ferendo, uel alio actu mereri poſſint citiorem liberationem. Ad quam ſic reſpondetur, quod ex hoc quod actio hominum meritoria, & pœnitentia ſalubris ſo-

lum

lum ſe extendit ad tempus vitæ præſentis, poſt quod non reſtat niſi vel ſupplicia pro peccatis recipere, uel præmia pro virtutibus. Idcirco animæ licet pro ſtatu earum in purgatorio poſſint bene, & recte agere, atque piè affici, ſecundum habitam charitatem, tamen ex hoc nec charitatem augeri merentur nec pœnam diminui. poteſt tamen pœna eorum augeri uel prolõgari non pro peccatis in purgatorio commiſſis, ſed ex ijs quę morientes reliquerunt in mundo exemplis, rebus, cauſis, vel occaſionaliter doctrinis ſi aliqui talium occaſione erraſſent, vitia incurriſſent quibus damnarentur, vel Dei honor ſuiſſet imminutus. Similiter ex relictis hic bonis quibus aliqui ad ſalutem profeciſſent, decreſcit ibi vel abbreuiatur pœna animarum. Dicẽdum eſt enim concluſionaliter quòd animæ exiſtentes in purgatorio licet nondum ſint in termino, ſed adhuc in uia longe ab adeptione finalis beatitudinis habentes vſum rationis cum libertate voluntatis, mereri tamen non poſſunt ibidem, quia actiones humanæ meritoriæ ſe ſolum extendunt ad tempus vitæ prҫſentis, ut dictum eſt. Et hoc tanquam probabilius in hac materia tenendum eſt. Ioan. de turre Cre. ubi ſupra, & Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO VIIII. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAP.

Cur damnatorum pœna ſemper creſcat, augeatur.

EST dubitandum, Quare damnati vſque ad diem iudicii per patientiam pœnarum blaſphemantes demerendo creſcit eorum pœna, cum ſint eiuſdem ſtatus, uiæ, & temporis quò ſcilicet ad meritum uel demeritum cum animabus purgandis, quæ ante, vel poſt iudicium amplius

mereri

mereri, uel demereri non poſſunt. Ad quam ſic reſpondetur, quòd hoc prouenit ex occulta diſpoſitione, & recto iudicio diuinæ ſapientiæ, quæ animabus purgandis pro eo quòd cum gratiarum actione pœnas ſuas tolerant, auxiliatur ſtatim earum, ut amplius demereri non poſſint, nec culpam undecunq; contrahere. Damnati uero & animæ pœnis inferni terribiliter agitati, omni ſpe liberationis ablata, quia nulla naturali uirtute, aut ęquitate ſe refrenant, Deum inceſſanter blaſphemantes, merentur pœnas ſuas ſaltem uſque ad diem iudicii intenſiue forte augeri, ut ſic qui in ſordibus ſunt, ſordeſcant adhuc. Quid uero poſt iudicium fiat, Deus nouit, & homo ignorat. Hæc Henricus de Aſſia. Sed Tho. in 4. diſt. 50. q. 6. in corpore dici, ſicut. Ante diem iudicij quidam dicunt, & beatos mereri, & damnatos demereri. Sed hoc non poteſt eſſe reſpectu pręmij eſſentialis uel pœnæ principalis, cum quantum ad hoc utrique ad terminum peruenerint. Poteſt tamen eſſe reſpectu præmij accidentalis uel pœnę ſecundariæ, quę poſſunt augeri uſque ad diem iudici, & hoc pręcipue in dæmonibus uel angelis bonis, quorum officio aliqui trahuntur ad ſalutem, ex quo bonorum angelorum gaudium creſcit, uel ad damnationem, ex quo creſcit pœna dæmonium. Et ſtatim ſubiungit reſpondendo ad primum argumentum. Damnatorum autem animæ demereri non poſſunt aliquo modo, quia hoc eſt eis ſummum incommodum ad ſummam malorum perueniſſe, nec pertinet ad damnatorum hominum officium alios ad damnationem protrahere, ſicut pertinet ad officium dęmonum, ratione cuius dæmones demerentur quantum ad ſecundariam pœnam. Hæc Th. ubi ſupra.

QVAESTIO X. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAP.

Cur anima ſola in purgatorio patiatur, cum tamen totus homo peccata committat.

QVAERITVR quare ſola anima patiatur pœnas purgatorias pro peccatis a toto homine hic commiſſis, & nihil corpus pœnarum luat poſt reſurrectionem. Ad quam ſic reſpondetur, quòd niſi totus homo in hac uita patiatur pœnas purgatorias, quę ſunt contritiones, & pœnitentiales afflictiones, quibus purgatur homo à mortali culpa, & partim a pęna in futuro ſoluenda, & quandoque a tota, niſi inquam tales pœnę totius hominis præceſſerint, anima poſt mortem purgabitur pœnis inferni. Et hoc inſinuat ſcriptura. Gen. 3. allegoricè ſecundum doctores. Vbi dicitur, quòd poſt lapſum hominis inter hominem, & paradiſum flamma poſita eſt. Quod allegoricè inſinuat, quòd poſt lapſum generis humani nemo peruenire poteſt ad cœleſtem paradiſum niſi tranſeat per ignem. Et hoc, uel tribulationis in pręſenti uita ſuſtinendę, uel per ignem purgationis poſt mortem, ſi pęnas quas hic peccando meruit, ſufficienter in hac uita non ſoluit. Vel ut dicit Thom. in 4. diſtinct. 47. quæſtio. 6. artic. 3. purgabitur utroque igne, ſcilicet tribulationis, & purgatorij reſpectu, ſcilicet bonorum, qui in die iudicij uiuent in quibus aliquid purgandum reperietur, tales enim igne ſubito purgabuntur. Primò igne tribulationis, ſcilicet terrorum, & perſecutionum pręcedentium iudicium. Secundò igne purgatorii cuius locum tenebit tunc ignis conflagrationis, qui quantum ad uirtutem naturalem ipſius ſimiliter aget in bonos, & malos, qui uiui reperientur utrorumque corpora in cinerem reſoluendo, Inquantum uero aget, ut inſtrumen-

tum

tum diuinæ iuſtitiæ, diuerſimode aget in diuerſos quantum ad ſenſum pœnæ. Nam mali per actionē ignis, in cinerem reſoluentur, & cruciabuntnr: boni in quibus nihil purgandum erit, reſoluentur in cinerem, ſed nullum omnino dolorem ex igne ſentient, ſicut nec pueri in camino. Daniel. 3. Boni autem in quibus aliquid purgandum reperietur, reſoluentur ſimpliciter in cinerem, ſed ſentient cruciatum doloris ex illo igne plus, uel minus, pro meritorum diuerſitate. Et quia hanc pœnam iſti boni nondum plenè purgati uoluntarie ſuſtinebunt adhuc uiuentes, ideo uelocius purgabuntur, quàm ſi illam ſuſtinuiſſent in purgatorio, pœna enim in hac uita uoluntarie ſuſcepta multo plus purgat, & citius quàm pœna poſt mortem inflicta, ſicut patet in pœna breui martyrum, in quibus ſi quid purgandum mortis tempore reperitur, ſubito paſſionis falce tollitur, ut dicit Auguſti. Ex quo ſequitur, quòd illud apoſtoli primæ Corinth. 3. Si cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, intelligi poſſet de igne tribulationis in hac nobis uita adhibito, uel de igne purgatorio poſt hanc uitam ordinato, uel de utroque igne in die iudicii a bonis tunc purgandis ſuſtinendo. Ex quibus ſequitur, quòd purgatoria tria ſunt. Primum in hoc mundo, quo purgantur homines igne tribulationis. Secundum ſub terra, in quo purgantur animæ hominum in charitate mortuorum, qui in primo purgatorio ſufficienter purgati non fuerunt. Et tertium erit ſuper terram, reſpectu bonorum purgandorum in die iudicii. Hæc Thom. ubi ſupra. Et Henricus ſuper Geneſim.

QVAE-

QVAESTIO III. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAPI.

Vtrum animæ purgatorij ſubleuentur ex operibus uiuorum.

QVAERITVR, Si animæ mortuorum in purgatorio ſubleuentur, & recipiant conſolationem ex operibus uiuorum fidelium. Ad quam uidetur primo reſpōdendū negatiuè. Primo ſic. Lex.n. Moyſi quò ad charitatem & dilectionem proximorum non eſt inferior lege Chriſti. Erat. n. dilectio proximi in præcepto ſicut & nobis, ut patet de ipſis in Deuterono.6. & de nobis. Mat.22. Sed lex Moyſi non conabatur ſubleuare orationibus, & eleemoſynis, & ſacrificiis miſerias animarum quæ tunc erant in purgatorio, ergo nec nos illud facere debemus. Item ſecundo dicit philoſophus primo Ethicorum, quod communicatio ciuiliū operum eſſe non poteſt inter uiuos, & mortuos. Itē tertio Diony.de eccle.hierarchia.c.ultimo dicit.Si.n. retributiones recipiat unuſquiſque a diuina iuſtitia eorum; quæ in pręſenti uita bonorum, & malorum peragit, finiunt autem ſecundum hanc uitam proprias operationes qui dormiunt, quomodo per quādam ſummus ſacerdos operationem in alteram requiem tranſuehet ultra dignitatem eius. Hæc ille. Item quarto Valdenſes dicunt, quod nec uiuorū operibus, mortui, nec beatorum orationibus uiui in aliquo iuuari poſſunt. Dicunt.n. quod mandatū de dilectione proximi in uita præſenti terminatur, & hæc fuit opinio Vigilāti contra quem de hoc ſcribit B. Hiero. ut dicitur. Sed in contrarium eſt uſus eccleſiæ militantis orantis pro defunctis, & pia opera fidelium pro mortuis recipientis, quę errare non poteſt a ſpiritu ſancto edocta, nec mendaciter incedere. Nam ut di-

cit Aug.ad Hiero. & habetur di.90.c. Si ad ſcripturas. Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerunt officioſa mendacia, quidnam eis remanebit auctoritatis, quaſi dicat nihil. Reſpondeo dicendum, quod animæ mortuorũ in purgatorio ſubleuari poſſunt operibus piis viuẽtium. Et viui pro defunctis per opera Deo accepta ſatisfacere poſſunt, & pœnam ſatiſfactoriam pro eis explere. Et probatur hæc concluſio dupliciter. Primo ex parte viuentium. Secundo ex parte defunctorum. Primo propter charitatis vnionem. Nam charitas myſtici corporis nunquam excidit; primæ Corin. 13. Sed viui vniuntur mortuis in charitate, & econuerſo, ergo per viuos mortui iuuari poſſunt. Item per viuorum ad eos directam intentionem. Mortui enim in memoriis hominum viuunt, & ideo intentio viuentium ad eos dirigi poteſt, non tamen, vt dicit Thom. in 4. diſt. 45. Sic mortuis ſuffragia viuorũ valere credenda ſunt, vt ſtatus eorum mutetur de miſeria in fœlicitatem, & econuerſo, ſed ualent ad diminutionem pœnę, uel aliquid huiuſmodi, quod mortui ſtatum non tranſmutat. Hęc ille. Item dicit apoſtolus ad Galath. 6. Alter alterius onera portate. Sed onera quæ ſunt maxime portanda ſunt onera ſpiutualia alterius uitę, ergo uidetur, quòd uiui pœnitentias pro illis ſuſcipere poſſunt, & ſatisfacere. Idem probatur per ſimile in naturalibus. Videmus enim in aliquo corpore animalis, quòd unum membrum ſe exponit, ut ſuſtineat læſionem alterius, ſicut patet, quòd brachium ſe pro capite exponit. Si ergo in corpore myſtico eſt connexio per aſſimilationem ad corpus naturale, uidetur, quòd unum membrũ onus alterius portare poſſit, & illud in ſe ſuſcipere. Item uidemus in humanis actibus, quòd nihil refert apud creditorem, utrum principalis debitor an alter loco eius reddat debitum creditori. Cum ergo multo benignior ſit Deus in percipienda ſolutione, quam homo terrenus, uidetur,

quòd ipſe ſit contentus, & ſibi ſufficiat ſi alius pro eo ſatisfaciat. Item charitas magis apud Deum poteſt quam apud homines. Sed vnus poteſt apud homines amore alterius debitum ſoluere, ergo, multo magis hoc in diuino iudicio fieri poteſt, dummodo pro quo ſiunt, & qui facit, ſint in charitate, vt eorum opera in charitate poſſint. Secundo probatur ſuperior concluſio ex parte eſſe defunctorum. Nam mortui poſt hanc uitam remanent tanquam membra coniuncta eccleſiæ militantis uiuorum ex colligantia, & connexione charitatis quæ poſt mortem remanet in animabus decedentium, & ideo recipere poſſunt conſolationem ex operibus uiuorum. Item recipere poſſunt ſuffragia uiuorum. Primo, quia ibi pœnas luũt ſolum pro peccatis hic contractis. Secundo, quia adhuc in uia ſunt caractere Chriſti ſignati. Tum tertio quia communicant cum uiuis fidelibus in fide, in charitate & in ſpe. Tum quarto quia relinquunt inter uiuos proles, parentes, amicos, quibus reliquerunt bona quæ ipſi uiui acquiſierunt, quæ morientes pro ſalute diſtribui fidelibus mandauerunt propter quæ beneficia uiui remanent mortuis obligati, taliter quòd ſi poſt deceſſum ab hac uita incidant ubicunque miſeriam pœnalem, uiui ipſos mortuos iuuare tenerentur. Et hæc ratio dictat, charitas habet, & iuſtitia expoſcit. Ratio inquam dictat ut ille qui ab alijs beneficia recepit, benefactoribus ſuis ingratus eſſe non debeat, ſed rependere uices, & ipſos nunquam relinquere ubicunque uel undecunque ſtatum miſeriæ inciderint. Iuſtitia expoſcit. Nam uiui quo introierunt in labores mortuorũ, & poſſidẽt, iuſtũ eſt, ut in neceſſitate eis ſubueniant, & pie eis ſuffragentur. Item latitudo charitatis hoc idem iubet. Eſt enim charitatis ſic latũ dominium, quòd nulla diſtantia locorum, neć uarietas, aut diſparitas ſtatuum illi obſtare poteſt, quin ſe extendat in omnes. Vnde ſi charitas beatorum, qui a nobis longiſſimi ſunt, & diſparitate ſtatus, & elonga-

tiōne ſitus, extendit ſe ad compatiendum miſerijs viuorum, quomodo viuorum charitas ſe non extenderet ad miſerias mortuorum. Qui ſtatibus viuorum lōge, propinquiores, & ſimiliores ſunt. Nunc ponendę ſunt aliquæ auctoritates, quibus etiam oſtenditur animas defunctorum in purgatorio, fidelium viuorum præcibus & ſuffragijs poſſe ſubleuari. Et primo Damaſ. in quodam ſermone de ſuffragijs mortuorū dicit ſic. Myſterium inquit conſcij diſcipuli ſaluatoris & ſacri apoſtoli in tremendis, & viuificis miſterijs memoriam fieri eorum qui fideliter dormierant ſanxerunt. Et Aug in lib. de cura agenda pro mortuis ait. Non parua inquit, eſt vniuerſę eccleſiæ quæ in hac conſuetudine claret auctoritas, vt præcibus ſacerdotis quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habeat etiam cōmendatio mortuorum. Et Gre. & ponitur in c. animæ defunctorum. 13. q. 2. dicit. Animę defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut pręcibus ſanctorum, aut charorum elemoſynis, vel ieiunio cognatorum. Hæc illæ. Poſtremo ad argumenta in oppoſitum reſpondeatur. Ad primum reſpondetur negando propoſita. Nam etiam in lege Moyſi conabantur antiqui oratio nibus, eleemoſynis, & ſacrificijs miſerias animarum in purgatorio exiſtentium ſubleuare. Nam Iudas machabeus, 2. Macha. 12. miſit hieroſolymam duodecim millia drachmas argenti eas offerri ibi pro peccatis mortuorum. Verum eſt tamen quòd ipſi veteris legis non ita intensè rogabant pro mortuis ſicut nos. Ratio eſt, quia nondum venerat lex plenitudinis charitatis qualis eſt lex Chriſti quæ ſicut inter uiuos ſe extendit etiam ad inimicos? Ita neceſſe eſt quod ſe extendat ad mortuos in purgatorio detentos in pœnis pro peccatis hic commiſſis, & ita abundat iuſtitia Chriſtianorum pluſquam ſcribarum, & phariſæorū. Matth. 5. ad ſecundum dicitur quod licet inter viuos & mortuos non poſſit communicatio ciuilium operū

corporalium, tamen operum ſpiritualium communicatio quæ eſt per charitatem ad Deum, cui mortuorum ſpiritus uiuunt, poteſt inter eos eſſe. Ad tertium Dioniſij reſpondetur, quod uerba illa quaſi argumentatiue ponit, Cui argumentationi reſpondet Tho. ꝙ operatio alicuius dupliciter alteri poteſt ualere, ſcilicet aut per modum meriti: aut per modum ſuffragij. Primo modo nullius operatio alteri ualere poteſt ad ſtatum gloriæ cõſequendum. Sors enim gloriæ redditur ſecundum menſuram accipientis, & per conſequens nulli datur uita ęterna pro meritis alterius. Vnde hi qui in purgatorio ſunt iam ad vitam æternã diſpoſiti ſunt, & illã per merita propria meruerunt. Licet aliquo modo propter ſuorum peccatorum ſatisfactionem ad illam aſcendere differant. Et ideo per modum ſuffragij quantum ad hanc retardationem per viam interceſſionis, & orationis, mortui a uiuis adiuuari poſſunt. Et ratio eſt, ꝗa orationis impetratio ad Dei ſummam liberalitatem, & libertatem pertinet. Ideoque ad omnia illa ſe extendere poteſt, quæ ſubduntur diuinæ ordinatæ poteſtati. Tho. in 4. diſt. 45. Ad quartum reſpondetur, quod error Valdenſium cum plenè charitati, & perfectè religioni Chriſtianæ ſit contrarius, dãnatur. Primo auctoritate Chriſtiani populi quæ omni populo mundi legalior eſt, & præſtantior, & ad alios populos ſe habens tanquam lux ad tenebras, & aurũ ad ſcoriã. & uinum ad feces. Nam eius clerus in omni ſcientia, & doctrina præclarus in mundo tanquam lucifer effulſit, & fulget, & eius ſancti doctores qui a ſeculo fuerunt ueritate, & ſanctitate laudati orare pro mortuis ſuadent. Et ipſi dum in humanis eſſent pro mortuis ſacrificabant. Et quod dicunt quòd præceptũ de dilectione proximi hic terminatur, mentiuntur. Nam dicit Augu. in libr. de doctrina Chriſtiana quod præceptum de dilectione Dei, & proximi in uia incipit, & in patria perficitur, ubi omnes uires, & motus animæ ſemper actu, & habitu in Dei, & proxi-

mi dilectione feruntur. Ad illud autem Vigilantii reſpondet Hieronym. in epiſtola contra eum ſic dicens. Dicis in libello tuo, dum viuimus, orare mutuo pro nobis poſſumus, poſtquam autem mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio, præſertim cum martyres ultionem ſui ſanguinis obſecrantes impetrare nequierint. Si apoſtoli, & martyres adhuc in corporibus conſtituti poſſunt orare pro cęteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti, quanto magis poſt coronas, & triumphos; Vnus homo Moyſes ſexcentis milibus armatorum impetrat a Deo ueniam, Et Stephanus imitator domini, & primus martyr in Chriſto veniam perſecutoribus deprecatur. Et poſtquam cum Chriſto eſſe cœperunt minus valebunt &c. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim, & dominus Io. de Turre Cre. ſuper de pe. di. 1. c. his auctoritatibus.

QVAESTIO XII. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAP.

Vtrum Papa poſſit pœnas eorum qui in purgatorio ſunt, in totum, uel in partem relaxare.

QVAERITVR, An Papa poſſit ex plenitudine clauis iuriſdictionis relaxare per indulgentias in totum uel in partem, pœnas eorum qui de facto ſunt in purgatorio. Ad quã videtur primo reſpondẽdũ negatiuè, & primo ſic. Nã nullus poteſt indulgentiã facere niſi ei quẽ põt iudicare, ſicut dicitur de pe. & remiſ. c. quod autẽ. Nullus. n. poteſt iudicare, niſi eũ qui eſt de foro ſuo. Sed illi qui ſunt defuncti, nõ ſunt de foro eccleſię, ergo nõ poteſt Papa in eis. Et per conſequens Papa non habet poteſtatem pro illo animarum ſtatu, ſoluendi in toto uel in partę obligationem ad pœnam purgatorii. Item dicitur. 24. q. 2. Legatur, & infra. §. his auctorita-

tibus. Viuentes non mortuos ſoluere poſſumus aut ligare,& Matth.16.Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cœlis. Sed animæ depoſitis corporibus ſtatim deſinunt eſſe ſuper terram, & de foro eccleſiæ militantis, ergo papa ſuper illas poteſtatem non habet. In contrarium eſt practica Romani pontificis, qui non eſt credendus in hac parte uelle illudere fideles, dando indulgentias pro defunctis quas non poſſet dare. Reſpondeo ad hanc quæſtionem ſub duabus concluſionibus iuxta duas opiniones, ſcilicet aliquornm theologorum, & quorundam canoniſtarum in hac meteria contraria ſentientium. Nam theologi uere omnes cum quibus etiam conueniunt aliqui canoniſtæ tenent affirmatiue quòd indulgentiæ pontificum ualent, non modo uiuis, ſed etiam defunctis in purgatorio. Quæ concluſio probatur ſic. Iuxta magiſtrum Alexan.de Ales, & dominum Bonauentu. in 3.Pater miſericordiarum Deus omnibus prouidet ſecundum ordinatiſſimam diſpoſitionem, & miſericordiſſimam ſuam pietatem. Sed recta ordinatio charitatis quæ exigit, ut unus poſſit ab alio adiuuari hoc maxime exigitur circa eum, qui ſe iuuare non poteſt. Si ergo hominibus in hoc ſeculo, qui indigent auxilio. prouidit Deus auxilium per indulgentiam eccleſiæ conferendum. Cum etiam illi de purgatorio indigeant auxilio, & ſe iuuare non poſſunt. Videtur quòd indulgentiæ eis prodeſſe maxime poſſint. Pro cuius concluſionis declaratione eſt notandum cum ſancto Tho. in 4. diſt. 45. quod indulgentia dupliciter alicui prodeſſe poteſt, Vno modo principaliter. Alio modo ſecundario. Principaliter quidem prodeſt ei qui indulgentiam accepit, ſcilicet, qui facit hoc pro quo datur, ſcilicet, ut qui uiſitat limina apoſtolorum, uel aliquod huiuſmodi, Vnde cum mortui

non

non poſſint per ſe aliquod iſtorũ facere, directè eis indulgentiæ ualere non poſſint. Secundario autem, & indirectè proſunt ei pro quo aliquis facit illud quod eſt indulgentiæ cauſa, quod quandoque contingere poteſt, quandoque autem non contingit ſecundũ diuerſam indulgentiam. Si enim ſit talis indulgentiæ forma, Quicunque facit hoc vel illud, habebit tantum de indulgentia, Ille qui hoc facit, non poteſt fructum indulgentiæ in alium transferre, quia eius non eſt applicare ad aliquem intentionem eccleſiæ perquam communicantur communia ſuffragia, ex quibus indulgentiæ valent. Si autem indulgẽtia ſub hac forma fiat. Quicunque facit hoc uel illud pro ſe uel parte ſuo, vel quocunque alio ſibi adiuncto in purgatorio detento habebit tantum de indulgentia. Talis habebit indulgentiam non ſolum pro ſe uiuo, ſed etiam pro mortuo, non enim eſt aliqua ratio quare etiam pontifex non poſſit transferre merita communia quibus indulgentiæ innituntur in uiuos, & non in mortuos. Hæc Tho. Ex quibus uerbis manifeſte patet quòd indirecte modo prædicto indulgentiæ prodeſſe poſſunt exiſtentibus in purgatorio ſi forma indulgentiæ ex intentione dantis hoc contineat. Et dicitur notanter ex intentione dantis, quoniam, ut dicit dominus Petrus de Palude. Quidam dicunt, quod ſolum ex ſola intentione facientis id, pro quo indulgentia data, eſt, poſſit transferri indulgentia in illum, qui eſt in purgatorio. Quod non eſt uerum niſi forma concedentis hoc contineat, quoniam ſicut indulgentia non extenditur ultra quantitatem non expreſſam? Ita nec ſic perſonam tranſgreditur. Intentio ergo diſpenſantis hoc facit, quia ſicut bona uiuorum eis communicantur, ſic, & theſaurus mortuorum. Idem tenet dominus Archidiaconus, qui ſuper uigeſimaquarta. quæſt. 2, capitu. 1. tenet contra textum, quòd Papa poteſt

ſub terra'quantum ad eccleſiam militantem. Diſpenans autem indulgentias defunctis, ut dicit dominus Innocentius papa in c.quod autem, de pœ. & remiſ. Et ſolus papa. Et iſti theologi reſpondent argumentis canoniſtarum in fronte queſtionis culc iactis. Et primo ad primum ſic, quod qui ſunt in purgatorio ſunt aliquo modo ſuper terram. Nam purgatorium eſt quodāmodo uia, & quodāmodo terminus, Terminus quidem quantum ad confirmationem, quia peccare amplius non poſſunt. Sed quantum ad emendationē qua emendantur, ſunt in uia, & in tranſitu ad patriā, ut dicit magiſter Alexander de Ales. Ad ſecundum dicendum quod Pontifex directe, & principaliter non poteſt in exiſtentibus in purgatorio. Sed bene ſecundario, & indirecte, ut dictum eſt. Ad tertium dicendum ſecundum Albertum ſuper Matthæi, decimo quinto quod exiſtentes in purgatorio ſunt ſecundum aliquid ſuper terram, quia, ſcilicet, meruerunt, dum uiuerent quod eis etiam poſt mortem, ad uelociorem liberationem poſſent indulgentiæ ualere. Eſt alia opinio famoſa quorundam canoniſtarum cum quibuſdam etiam theologis dicentium, quod indulgentiæ pontificum non ualent in purgatorio defunctis. Nam dicunt, quod licet poteſtas uicarii Chriſti magna ſit & immenſa, non tamen infinita, ſed finita, ſe ſolum extendens ad forum eccleſiæ militantis. Et ideo cum mortui deſiuerint eſſe de foro eccleſiæ militantis, propterea concludunt tanquam ueriſimilius, quod papa pœnas eorum in purgatorio ordinaria poteſtate in totum, uel in parte mitigare non poſſit, ſed ſolum, ut cæteri fideles hoc impetrare poteſt præcibus, & meritis ſanctæ uitæ. Et probant hanc concluſionem pluribus rationibus. Primo ſic. Nullus a ſuo non iudice ligari poteſt, extra eſt pœnit. & remiſ. cap. quod autem. Sed papa non eſt iudex defunctorum. 24. queſtio. 1. quodcunque ligaueris ergo, Item ſecundo ſic. Par in parem imperium

perium habere non poteſt, extra de elec.c. innotuit, ergo a fortiori, nec minor in maiorem. Sed papa eſt minor Deo, licet in terris ſit Deum repreſentans, extra de translata.c.inter corporalia, & in c. quanto. Sed Deus in purgatorio cuilibet animæ pœnam taxauit. Apocalyp. decimo octauo. Quantū glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illis tormentum, & luctum: ergo per papam Deo inferiorem talis non poteſt a ſententia Dei reuocari. Et confirmatur ſic. Nam papa eſt Chriſti Vicarius, ut in dicto capitulo quanto habetur, & in capitulo paſtoralis. in fine de re iudica. Sed Vicarius non poteſt infrigere legem domini ſui, nec contra eius ſtatutum uenire, ut allega. Domini iuriſtæ in lege ſi hominem.ff.man. & l. formam. C. de offic. præfe. præto. orientis, & nominatur in capitulo ſecundo, & capitulo de ijs, de maio. & obe. lib. 6. ergo poterit facere contra ſtatutum Dei taxantis pœnam in purgatorio. Item arguunt ſic, illi qui quod indulgentiæ ſonant, facere non poſſunt, indulgentias nec conſequuntur. Sed mortui id facere non poſſunt, quia dicitur in bullis. Vere pęnitentibus & confeſſis quod mortui facere non poſſunt, ſicut nec alia ſacramenta recipere, ergo. Item indulgentia acquiritur per modum meriti, Mortui autem ſunt extra ſtatum merendi, ergo. Corroborant etiam hanc ſuam opinionem tribus argumentis in fronte huius quæſtiunculæ factis. Hanc opinionem defendit dominus Franciſcus Maronis, ordinis minorum in lectura ſuper decretales. Et dominus Henricus de Aſſia Theutonicus, magiſter Pariſienſis, Ordinis prædicatorum in lectura ſuper Geneſim. Hæc ſunt duæ opiniones famoſæ, quę cum adinuicem aduerſetur, & iuriſdictionem ſiue auctoritatem pontificum, utcumque infirment, & debilitent. Fideleſque a ſuffragiis mortuorum retardent. Idcirco ne ex perplexione, & dubietate earum,

quia

quis poteſtatem pontificis breuiet,& coarctet,& a ſu fragiis mortuorum fideles declinent. Ideo (aſpirante Deo) ſub quadam Theologorum,& iuriſtarũ diſtinctione ſaluo ſemper catholico, & meliori iudicio primo Theologos,& Iuriſtas conciliabo, deinde quomodo unaqueq; earum opinionum uerum dicat,nec pontifici aut defunctorum ſuffragiis aduerſetur ſubnectã. Ex quibus poſtremo poterunt ſolutiones rationum utriuſque partis elici,& haberi. Pro quo ſciendum, & diligenter notandum, quòd Dominus Bonauentura in 4.diſtinctio.22.Et dominus Alexan.de Ales in ſumma dicunt, quod indulgentia poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo per modum ſuffragii, & adiutorii. Alio modo per modum iudicii. Si primo modo conſiderentur indulgentiæ,dicũt, quod cum animæ in purgatorio exiſtentes ratione charitatis in qua ſunt, idoneæ reperiantur, & diſpoſitæ ad recipiendum beneficia ſpiritualia. Ideo ſi quis pro animabus ſuorum defunctorum indulgentias accipiat, & dicatur. Dulciſſime I E S V: per meritum quod haberem in hac ecclesia, eam uiſitando, rogo te per tuam miſericordiam tribue animæ patris mei, uel fratris, uel uxoris, uel filiis, &c.ad eorum ſuffragium, & auxilium. Nihil obſtat Deum piiſſimum hanc gratiam oranti,ſi ſit in gratia concedere, Si ex indulto pontificis ſic indulgentiæ datę fuerunt, Si autem indulgentia conſideretur per modum iudicii, quod propriè eſt de ratione indulgentiæ, cum indulgentia ſic ſumpta dicat aliquam commutationem in pœnam uoluntariè aſſumptam,quod defunctis cõuenire non poteſt. Manifeſtum eſt,ſic defunctis indulgentias non ualere,nec pro eis accipi poſſe Domini uero canoniſtæ, ſic diſtinguunt, quod quædam ſunt, quę non dependet a iuriſdictione,ſed ab alio charitatiuo ſubſidio,ut oratio eleemoſynæ ſacrificium, & huiuſmodi, & omnia talia poſſunt proficere defunctis,ſcilicet per modum ſuffragii, & adiutorii, & in hoc poteſt pontifex, & pro hos

faciunt omnes iſti textus 24.q.2.c.1.& 13.q.2.c.tem pus,& c.animæ,& de pœ.d.6.§.1.& d.7.c.ultimo, & 23.q.4.c.hæc autem uita. Non enim eſt ratio quare eccleſia non poſſit huiuſmodi theſaurum diſpenſare defunctis per maxime, cum adhuc ſint mēbra corporis myſtici per gratiam in qua ſunt. Faciunt ad hęc notata in c.a nobis, de ſententia excommunicationis per dominum Ioan, Andream ſuper uerbo. ſuper terram, & notata etiam per eundem in c. quod autē de pœna & remiſſ.ſuper uerbo. non ſuo iudice. Quædam uero ſunt dependentia a foro, & iuriſdictione ſimpliciter, ſicut eſt conceſſio indulgentiarum,quæ dari non poſſunt niſi ab ordinariis locorum,ut a Papa, uel Legato de latere, Archiepiſcopo, epiſcopo, ut patet in c.accedentibus.extra de exceſſibus prælatorum, & iſta non poſſunt prodeſſe defunctis, ſcilicet per modum iudicii, ut dictum eſt. Ex iſtis ergo diſtinctionibus theologorum,& canoniſtarum patet iudicio meo, quomodo ueritatem habeant utræque opiniones, & quemadmodum argumentis earum ſit reſpondendum. Hęc omnia collectiuè ex domino Ioann.de Turre Cremata ſuper decretum, ubi ſupra, & Henrico de Aſſia ſuper Geneſim, & ex aliis Theologis, & Iuriſpontificibus,

ADDITIO.

Certum eſt, nec nunquam à catholicis dubitatum, Summum Pont. Romanum, in purgatorium poſſe, non dico tantum per modum ſuffragii,quia etiam uerum eſt, & tanto amplius poteſt, quanto maiorem plenitudinem in uniuerſo habet orbe,quàm alii prælati. Sed dico ultra ſuffragium, quòd Papa habet iuriſdictionem in purgatorio,ſi rectè conſiderentur uerba Chriſti Petro dicta. Matth.16.maximè, ut exponit D. Aug.in lib.retract. Cum portæ inferi non prȩualeant aduerſus eum, quod nihil aliud uoluit dicere, quàm

quod

quod portæ purgatorii, non reſiſtent, non claudētur. Succeſſor Petri prǽſidentiam, iuriſdictionem, & auctoritatem in purgatorio habebit: vnde poterit abſoluere, & liberare. Gloſſa etiam expreſsè tenet papam habere auctoritatem in purgatorium. Nam poſtquam declarauit, quod ſummus Pont. poteſt ſoluere ligatum viuentem, & ſolutum viuentem ligare, reprehendit quoſdam, qui ex concilio Conſtantinopolit. dicebant Pontificem ſolummodo habere auctoritatem ſuper viuos (ut etiam recitat auctor in corpore quæſtio.) dicit formaliter. Quomodo autem præſumunt quidam dicere, de viuis tantummodo dicta eſſe. an ignorant quia iudicium anathematis, nihil aliud eſt, quam ſeparatio? Huic veritati fauent omnes eccleſiæ doctores, & hac tempeſtate aduerſus Lutherum hæreſiarcham, quamplurimi ex ordinibusq́ mendicantiū ſcripſerunt, inter quos fuit; Hieronymus Lucenſis Generalis Seruorum, in ſolutionibus Martini Lutheri Michael Florentinus eiuſdem Ordinis, in titulo, de quidditate, diſpenſatore, & valore indulgentiarum, & de poteſtate Papæ, vide Ambroſium Spieram Taruiſinum in lib. de floribus Sapientiæ, Ser. 34. conſideratione. 2. concluſione prima Chriſtophorum Marcellum Venetum Archiepiſcopum Corcyræ. De Auctoritate pontificis lib. 2. ſectione 2.

QVAESTIO XIII. QVAESTIO. IIII. TERTII CAPI.

Vtrum Papa ſuæ poteſtatis plenitudine, poſſit ligare, uel abſoluere exiſtentem in purgatorio.

QVAERITVR, Si Papa de plenitudine ſuæ iudiciariæ poteſtatis poſſit ligare, vel abſoluere exiſtentem in purgatorio. Ad quam primo videtur aliquibus reſpondendum negatiuè, & primo ſic. Nam papa illos poteſt abſoluere

ſoluere in quibus habet iuriſdictionem, ſed mortui non ſunt eius iuriſdictionis, ſecundum illud Matth. 16. Quodcunque ligaueris ſuper terram. glo. ſuper terram inquit, non ſub terra, ergo. Item ſecundo arguunt ſic ex.c.cũ medicinalis.de ſen.excomm.li.6. Excommunicatio debet eſſe medicinalis, ſed non poteſt eſſe medicinalis mortuis, ergo mortuus non poteſt excommunicari. Itẽ tertio ſic, ut habetur. 24.q.2.§.his auctoritatibus. Viuentes non mortuos ſoluere uel ligare poſſumus ergo. In oppoſitum eſt, quia illi quorum ſcripta hæreſim continent, & hæretici, & ſciſmatici, & qui hæreticos inſtituunt hæredes, & qui ſeipſos uoluntarie occidunt poſt mortem ſunt excommunicandi. 24.q.2.cap.ſanè. Reſpondeo dicendum, quòd excommunicatione proprie dicta quæ eſt à qualibet licita communione, & legitimo actu ſeparatio; ut diffinitur.11.q.3.ca.Ad menſam.§.euidenter, ſiue prout dicit ſeparatio a communione eccleſiæ, quo ad fructum, & ſuffragia eccleſiæ communia, prout diffinit eam magiſter ſententiarum in quarta diſtinctio. 18. mortuus non poteſt excommunicari, & per conſequens nec abſolui. Iſta concluſio patet ex rationibus factis in principio. Et etiam cum excommunicatio pertineat ad poteſtatem iuriſdictionis. Nam excommunicatio ſequitur iuriſdictionem, extra de electione c.tranſmiſſa. Mortui autem deſiuerunt eſſe de iuriſdictione prælatorum eccleſiæ, igitur. Item omnes in purgatorio exiſtentes deceſſerunt in charitate hic acquiſita ſemper in eadem perſeueraturi, igitur licet non ſunt de foro eccleſiæ militantis, tamen ſunt coniuncti uiuis indiſſolubiliter uinculo charitatis. propter quod uinculum amplius a participatione ſuffragiorum communi eccleſiæ excludi non poſſunt: nec à cœtu fidelium ſeparari, ergo ſequitur, quòd loquendo proprie de excommunicatione, nullus mortuus poteſt excommunicari. Si autem excommunicatio recipiatur,

pro

pro denunciatione excommunicationis, quia denuñciatur aliquis fuiſſe excommunicatus ne in eccleſia fiat oratio pro eo, nec etiam habeat cum fidelibus ſepulturam communem, bene poteſt mortuus excommunicari. Et dignum eſt, ꝙ hoc fiat. Poteſt iſtud primo, quia ſi probatur poſt mortem, ꝙ aliquis fuerit hæreticus, dignum eſt, ꝙ a communione eccleſiæ denuncietur ſeparatus. Secundo indignum eſt, quòd eccleſia pro tali oret, ſicut pro fideli. Ne ergo participes videatur orationum fidelium dignum eſt, ut per ſententiam innoteſcat fidelibus pro tali non eſſe orandum. Ex ijs patet error illorum qui dicũt, quod ſi quis iuſta cauſa excommunicatus in excõmunicatione moriatur, etiam ſi finaliter pœniteat, & in charitate moriatur, non vadit ad locum purgatorij communem, ſed eijcitur ex communitate eorum in loca exteriora, nec ſentit ſuffragia eccleſiæ, donec ibi abſoluitur, ubi iuſtis de cauſis excommunicatus fuit. Et ideo quandoque diu poſt abſoluuntur, quia uinculum excommunicationis in hac uita iuſte ſuſceptum ſecum in purgatorium trahunt. Sed hoc patet eſſe falſum. Nam ſi quis iuſte excommunicatus fuit, & non pœnituit in morte, cum excommunicatio iuſta præſupponat peccatum mortale, iſte damnabitur. Si autem finaliter pœnituit licet non conſtet quid ſit de eo, nunquam tamen poſt excommunicationem incipiet carere in purgatorio ſuffragijs eccleſię ratione charitatis, & gratiæ in qua mortuus eſt, vt in ca. a nobis a ſecundo. de ſententia excommuni. dicitur. Sed petitur ſi excommunicatio poſt mortem a Papa, vel prælatis eccleſię non priuet excommunicatum a participatione, & conſortio fidelium, vel a participatione ſuffragiorum. Ad quid ergo excommunicantur aliqui poſt mortem? Reſpondetur, quòd tales excommunicantur in deteſtationem criminis, & terrorem eorum qui ſuperſunt viuorum. Vnde quo ad hoc etiam talis excommunicatio utilis eſt, & medicinalis, licet non illis in quos fertur,

tur, ſed aliis, qui hac pœna terrentur, & malis retrahuntur. Item ſi talis excommunicatio non habet effectum in animabus mortuorum, habet tamen in eorum corporibus quæ hic remanſerunt. Illa enim ui ex communicationis ſepeliri non debent in locis ſacris, & ſi ſepulta ibi ſint, debent exhumari, ut in cap. ſacris de ſepulturis. Item excommunicatio talis eſt publica toria damnationis aliquorum, ut ſciatur pro eis oran dum non eſſe, & ſuffragia eccleſiæ eis non prodeſſe. Sed petitur ſecundo, ſi excommunicatus cõpleta pęnitentia omnimoda caſu moriatur morte ſubitanea, antequã abſolueretur, an prohibeatur ab ingreſſu eccleſię triumphantis, donec auctoritate ſuperiorum abſoluatur, & interim permaneat in purgatorio. Reſpondetur. Iudicent hoc, & diffiniant quibus iudicia Dei patent, quæ me latent, dicit Henricus de Aſſia. His uiſis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum, & primo ad primum, quòd ratio illa procedit de excommunicatione propriè dicta. Ad ſecundum reſpondetur, quòd illud intelligitur de excommunicatione, quæ fertur in uiuos, qui de morte peccati poſſunt reſurgere ad ſtatum gratiæ, non de illa, quæ fertur in mortuos. Vnde, quòd illi mortui excommunicantur non eſt, quòd illa excommunicatio ſit illis pœna, uel medicina, ſed in deteſtationem criminis, & ad terrorem aliorum, qui hoc terribile iudicium eccleſiæ uidentes, in ſimilia cadere per horreſcant. Ad tertium reſpondetur, quòd intelligitur etiam de excommunicatione propriè dicta. Hęc Ioannes de turre Cremata ſuper cauſam 24. quęſtio. 2. cap quod autem, & dominus Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAE-

QVAESTIO XIIII. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAP.

An Papa poſſit omnes exiſtentes in purgatorio à pœnis eripere.

QVAERITVR, Si Papa de genere plenitudinis ſuæ iudiciariæ poteſtatis totum ſimul poſſit euacuare purgatorium. Ad quē videtur primo reſpondendum affirmatiuè, & ſic. Nam Papa in terris eſt Vicarius Chriſti extra de tranſla. inter corporalia, & c. quanto. ergo facere poteſt quę ipſi facit. Sed Chriſtus in reſurrectione deſcendens poſt victoriam ad purgatorium ex ſingulari gratia recompenſans, reſiduum pœnarum purgandorum in purgatorio repertorum, abundantia meritorum ſuæ nouiter paſſionis, purgatorium euacuauit, omnes animas inde ſecum ad cœlos adducendo. Sicut papa in die electionis, vel coronationis omnes ſupplicationes ſignat. Et rex nouiter coronatus, vel nouiter ciuitatem aliquam ingrediens omnes captiuos liberat. Ergo, & papa Chriſtus in terris ſimile facere poteſt. Et totum ſi voluerit euacuare purgatorium. Sed in contrarium eſt, quia in indulgentiis requiritur cauſa conueniens indulgentias faciendi, nulla autem cauſa conueniens poteſt interuenire, vt Papa euacuet ſimul totum purgatorium, vt dicit Thom. in 4. diſtinct. 45. ergo. Reſpondeo dicendum, quòd papa de genere plenitudinis ſuę iudiciariæ poteſtatis euacuare non poteſt ſimul totum purgatorium. Hæc cōcluſio probatur, quadruplici ratione. Primo, quia ſicut ex ſupradictis colligitur, indulgentia non poteſt prodeſſe defunctis exiſtentibus in purgatorio directe, ſed indirectè inquantum per amicos poteſt fieri pro eis, id pro quo eſt indulgentia ordinata, ſi tamen hoc habeat formam indulgentię. Clarum autem eſt, quòd non

non omnes de purgatorio habent huiuſmodi in hac vita ut pro eis hoc implere poſſint, ergo. Secunda ratio eſt, quia ad hoc quòd indulgentię valeant, requiritur cauſa cōueniens indulgētias faciendi, vt dicit Tho. in 4. diſt 45. Nulla autem cauſa talis poteſt interuenire ergo &c. Tertia ratio eſt, quia miniſter in diſpenſando dominum principalem debet imitari. Nam aliter indiſcretè diſpenſando principalis dominus non approbaret diſpenſationem. Deus autem per ſeipſum ſic miſeretur, quòd ſemper vult timeri ſua iuſtitia, multo ergo fortius Dei miniſter, ideſt Papa debet diſcretè, & cum moderamine bona eccleſiæ, & theſaurum eius diſpenſare. Vnde licet bona temporalia poſſint a Papa non ſolum de iure diſpenſari, ſed etiam diſſipari de facto, quando aliter diceret ius diuinum eſſe faciendum. Bona tamen ſpiritualia diſſipari non poſſunt, nec contra diuinam acceptationem diſtribui. Quarto, quia quilibet miniſter modum eius, cuius miniſterium gerit, debet imitari. Chriſtus autem cuius uniuerſalis miniſter eſt ſummus Pontifex, deſcendens ad purgatorium non eduxit inde omnes animas, vt dicit Thom. 3. par. quæſt. 45. ar. 8. ſed ſolum illas quæ ſuum purgationis tempus compleuerant. Nam ut dicit, virtus paſſionis Chriſti non habuit maiorem efficaciam in principio paſſionis, & uictoriæ ab inferis quàm habeat nunc: Paſſio enim eius non habet temporalem uirtutem, & tranſitoriam, ſed ſempiternam, ſecundum illud Hebræ. 10. Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Sed nunc virtute paſſionis Chriſti non liberantur a purgatorio, niſi illi, qui tempus purgationis expleuerunt: Ergo, & tunc qui tales erant, qui pœnam, & tempus purgationis non expreuiſſent, non fuerunt per CHRISTVM a purgatorio liberati. Ad argumentum autem in oppoſitum, quod eſt Beati Vincentii, & domini Henrici de Aſſia dicitur, quòd intelligatur CHRISTVM omnes liberaſſe a purga-

torio de vigore miſericordiæ, non autem de vigore iuſtitię. Et ſic intellexerunt Vincentius, & Henricus de Aſſia. Hęc S. Thom. vbi ſupra, & Dominus Bonauen. in 4. diſtin 20. & Dominus Ioann. de Turre Cremata ſuper decre. ubi ſupra.

ADDITIO.

Hoc etiam non prætenibo intactum, quando quis cum hæreticis huiuſce temporis] diceret, ſi claues ad purgatorium ſe extendunt, cur papa non euacuat purgatorium? cur omnes ab illis pœnis non eripit? & non ſolũ dico cũ auctore, qđ Chriſtus in deſcenſu ad inferos, non feciſſe creditur, multominus põtifex, qui eius vicem gerit in terris, efficere debet, verumetiam, quod, quando hoc papa faceret, indecens eſſet, quandoquidem omnes animas a purgatorii ſuppliciis uindicare, eſſet auferre ſuffragia, per quæ non ſolum iuuatur animabus defunctis, ſed etiam uiui merentur. Duo enim facit papa, primo dat indulgẽtias pro mortuis, ne impietate accuſetur, ſecundo pręberet modum, quo, non ſolum ipſæ ſoluantur, ſed, quo nos mereamur. Cæterum, non liberat omnes, quia non omnes meruerunt liberari, ut docet B. Augu. in Enchiridion, & habetur 13. q. 2. Tempus.

QVAESTIO XV. QVAESTIONIS IIII. TERTII CAP.

Vtrum ex duobus exiſtentibus in purgatorio, æquali pœna dignis, unus inde poſſit altero citius liberari.

QVAERITVR, Si duo in purgatorio exiſtentes digni ęquali pœna, unus altero inde poſſit citius liberari. Ad quam uidetur primo reſpondendum negatiuè, & primo ſic. Nam quantumcunque merita in cœlo, & in

inferno

inferno ſint inæqualia, ſunt tamen ibidem præmia, & ſupplicia æqualiter durantia, ergo pari ratione, ut videtur, debet eſſe in pœna purgatorii. Sed in oppoſitum eſt ſimilitudo apoſtoli qui differentias venialium aſſignat per lignum, & fenum, & ſtipulam, ſed conſtat quòd lignum diutius manet in igne quam fenum, & ſtipula, ergo vnum peccatum veniale diutius punitur in purgatorio quam aliud, & citius, unum altero purgatur. Reſpondeo dicendum eſt ſub una concluſione, quod in igne purgatorii unus citius, uel tardius alio liberatur. Hæc concluſio probatur rationibus, & auctoritate primo ratione inhæſionis. Nam iuxta ſanctum Thom. Venialia quædam ſunt maioris adhærentię quam alia, ſecundum quòd affectus magis ad hæc inclinatur, & fortius in eis figitur. Sed ea quę ſunt maioris adhærentiæ tardius purgantur, ergo in purgatorio tantum aliqui diutius torquentur, quantum alij, ſecundum ꝙ affectus eorum ad uenialia fuerunt magis immerſi. Secundo ratione aggrauationis. Nam in foro pœnitentiæ reſpondet grauior pœna, non ſolum quantum ad intentionem, ſed etiam quantum ad durationem, ut patet inſpicienti canones, in quibus pœnitentiæ taxantur ſecundum iudicium eccleſiæ rectum, ſed iudicium eccleſiæ rectum, conforme eſt cum iudicio diuino, ergo ſimiliter erit apud iudicium diuinum quod qui grauius offendit, & diutius in culpa permanſit, pœna acerbiori punietur, & diuturniori. Tertio ratione obligationis ſic. Anima nō eſt in purgatorio niſi ad ſoluendum debitum quod ex hac uita traxit, ſed quantò debitum eſt minus vel maius, tanto citius vel tardius ſoluitur, ergo ſecundum quòd anima in purgatorio maius, vel minus debitum habet, tanto diutius uel citius purgatur, & fertur in cœlum. Quarto ratione ſubiectionis, Vnde magiſter ſententiarum dicit in 4. quòd ille pro quo fiunt plura ſuffragia, citius à pœna purgatorij liberatur, & hoc ſanctus Thom. allegat quod

libeto.2.quæſtio.7.art.2.Secundo probatur auctoritate, & primo Auguſt. in Enchiridion qui dicit. Poſt hanc uitam incredibile non eſt nonnullos fideles per ignem quædam purgari, quantoque magis minuſve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiuſque ſaluari, quaſi ſecundum ſuos amandi modos diutius. ut lignum, uel minus ut fęnum, uel minimum', ut ſtipula igem ſuſtinebunt. Rurſus. Qui grauius offendit, dignum eſt, ut puniatur pœna acerbiori, dilatio neque patriæ longiori, diuina hoc iuſtitia faciente, quæ omnibus decentiſſime reddit præmia meritorũ. Hæc ille. Ad argumenta autem dicitur negando conſequentiam, & ratio eſt, quia non eſt ſimilę. Nam ut inquit ſanctus Tho.in 4. Peccatum mortale cui debetur ſupplicium æternum, & charitas, cui debetur prę mium paradiſi poſt hanc uitam immobiliter radicantur in ſubiecto, & ideo quantum ad damnatos, & ſaluatos eadem diuturnitas eſt utrobique, ſecus autem eſt de diſpoſitione peccati uenialis, propter quã animę puniuntur in purgatorio, quia iſta nec eſt in eis immobiliter radicata, nec æqualiter adhæret omnibus, & ideo a quibuſdam citius, quàm ab aliis remouetur. Ioan.de Turre Cremata ſuper diſtin. 25.decreti. c. qualis.

QVAESTIO QVINTA

TERTII CAPITIS.

De limbo paruulorum cum ſolo peccato originali decedentium, ſex Quæſtiones continens.

QVAESTIO I. QVAESTIONIS V. TERTII CAP.

An ſinus Abrahæ differat a limbo puerorum.

NVNC quæritur, quomodo differat limbus ſanctorum patrum, dictus ſinus Abrahæ, a limbo puerorum? Ad quam ſic reſpondetur, quòd limbus puerorum, & limbus ſanctorũ patrum differunt quantum ad quatuor. Primo, quantum ad ſpem uitæ æternę, quia pueris decedentibus cum peccato originali non adeſt ſpes beatæ uitæ. Patribus autem in quibus lumen fidei, & gratiæ reſulgebat, ſpes beatæ uitę aderat. Secundo, quantũ ad crimen, quia culpa in ſanctis patribus erat expiata, ſecundum quòd erat infectiua perſonæ, remanebat tamen impedimentum ex parte naturę, pro qua plene non fuerat ſatisfactum, & ideo eis debebatur pœna temporalis. Pueris autem eſt impedimentum ex partę naturæ, & perſonę, & ideo eis debetur pœna ęternalis. Tertio, quia nomen limbi puerorum nunquã fuit tranſlatum in aliud, ſed nomen limbi ſanctorum patrum, uel ſinus Abrahę poſt mortem Chriſti tranſlatum fuit in nomen cœli empyrei. Vnde nunc per ſinũ Abrahæ intelligitur portus, & requies in cœlo ſanctorum. Quarto quantum ad loci, & ſitus conditionem, quamuis.n probabiliter credatur eũdem locum utrumq; fuiſſe, tñ requies beatorũ erat in ſuperiori parte, q̃ limbus puerorum. Nam ut dictum eſt ſupra. In centro terræ ſunt quatuor loca ſubalternatim poſita. Primus eſt ſinus, ſiue limbus patrum perfectorum. Secundus purgatorium, ſiue locus purgandorũ. Tertius limbus puerorum. Poſtremus eſt infernus damnatorum. De quibus quatuor locis dicitur in ſymbolo apoſtolorum, Deſcendit, ſcilicet Chriſtus ad inferos, uel ad inferna in plurali. Eccle. 24. Penetrabo oẽs in-

feriores partes terræ, & inſpiciam ſola, (ſcilicet potentia, & uirtute: uel anima humana) omnes dormiẽtes, in inferno, & limbo paruulorum. Nam nullus illorum uidit diuinitatem, Viderunt, enim pomum, ideſt anima Chriſti, ſed odorem pomi, ideſt diuinitatem eius non uiderunt, tunc enim fuiſſent beati, & ſequitur. Et illuminabo omnes ſperantes in domino. Primo, ſcilicet in limbo ſanctorum patrum, quos uiſitauit anima, & diuinitate, & ſtatim beatos fecit. Similiter in purgatorio liberando omnes uel aliquos. ut dictum eſt; quos liberator perſonaliter uidens, beatificauit, alios uero non, Hæc Tho. in. 4. di. 46. & beatus Vincentius in ſermonibus ſuis.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS V, TERTII CAP.

Quæ pœna debetur paruulis in peccato originali decedentibus.

DVBITATVR, Qua pœna puniantur pueri in limbo, ſine baptiſmate cum ſolo originali defuncti. Ad quam ſic reſpondetur, quòd pœna conueniens puerorum, qui cum ſolo peccato originali deceſſerunt in limbo, eſt ſubtractio gratiæ, & per conſequẽs carẽtia uiſionis diuinæ, ad quam homo per gratã ordinatur. Sed forte quę res utrum pueri tales, in limbo ſentiant aliquem dolorem, uel afflictionem interiorem ex carentia uiſionis diuinæ? Reſpõdetur, quod aliqui ad hoc dicunt, quod tales pueri in limbo, ex carentia uiſionis Dei, nullam afflictionem interiorem ſentiunt, & rationem aſſignant, quia ubi nulla eſt cognitio, & cogitatio boni propter ſe facti: ibi nulla eſt afflictio, ſed animæ puerorum cum ſolo originali decedentium ſunt in tantis tenebris ignorantiæ conſtituti, quod neſciunt ſe ad beatitudinem factus, nec aliquid de beatitudine cogitant,

cogitant, ideo nullam dicunt illos pati afflictionem. Sed iſta ratio (dicit Thom.) non ualet. Primo quia cognitio naturalis magis uiget in anima ſeparata, quam in anima hic coniuncta, ergo cum in pueris illis non ſit peccatum perſonale, non debetur eis, ut detrimentum aliquod patiantur in naturalibus, ſcilicet in naturali cognitione. Item ſecundum hoc, illi qui ſunt in inferno, eſſent melioris cognitionis, quantum ad intellectum, quam pueri in limbo. nam qui ſunt in inferno, non ſunt in tenebris ignorantiæ naturalium, pueri autem ſecundum iſtos ſic, & ita damnati eſſent melioris cognitionis, quam pueri, quia nullus eſt, (ut Auguſt. dicit) qui non mallet dolorem pati cum ſana mente, quam gaudere inſanus. Et ideo aſſignatur alia ratio, quare pueri in limbo ex carentia uiſionis diuinæ non habeant interiorem dolorem, uel afflictionem, quæ talis eſt, duplex cognitio de beatitudine poteſt haberi, ſcilicet naturalis, & ſuper naturalis. Animæ autem infantium in limbo, cognitione quidem naturali non carent, quæ debetur animæ ſeparatæ ſecundum naturam ſuam. immo augetur cognitio eorum naturalis, cum intrent modum cognoſcendi intellectuum ſeparatorum, & ideo de Deo, & de creaturis magnam ſcientiam habent naturaliter, & maiorem quam unquam aliquis philoſophus in mundo habuerit. Cognoſcunt enim naturaliter ſe ad beatitudinē factos, & quòd beatitudo conſiſtit in adeptione perfecti boni, ſed non quòd tale bonum ſit gloria, quam ſancti in cœlo poſſident. Id autem quod per naturam habetur poſſidetur abſque dolore. Ex hac igitur parte, pueri in limbo non dolent. Eſt autem, & alia cognitio de beatitudine, quæ habetur ſuper naturaliter, quæ hic in nobis per fidem plantatur, quæ eſt de gloria, & fruitione ſanctorum in cœlo, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis naturaliter aſcēdit, Primo ad Cor. 2. quam Deus nobis reuelauit per

ſpiritumſanctum. Rom.1.quę quidem reuelatio habetur per fidem in nobis hic plantatam in ſacramentis, uel frequentatis actibus Chriſtianis.. Pueri aūt in limbo nec fidem de beatitudine habuerunt in actu, nec ſacramēta fidei ſuſceperūt, nec per reuelationē, ergo nec de carentia eius dolent. Nemo n.dolet de eo quo ſe priuari neſcit, uel de perditione eius, quod ad ipſum non tangit, aut pertinet, Non.n.dolet ruſticus, uel artifex ſi poſt mortem regis,non obtineat,uel poſſideat regnum, quia nouit ipſum ad ſe non pertinere, ſed bene doleret, & diſplicerct filio regis ſi non obtineret, quia cognoſcit illud ſibi conuenire poſt mortē patris atque deberi. Ita de pueris in limbo exiſtentibus accidit. non enim dolent de carētia uiſionis Dei, & priuatione gloriæ beatorum, quia eam ipſi nō nouerunt, & ſciunt eam ad eos non pertinere, Quia tamen pueri in limbo non impediuntur a perfecta cognitione naturali primę cauſę, & Dei, & aliarum rerum ex immerſione, & afflictione pœnarum, ſenſus, ignis,& uermium conſcientiæ,& dæmonum, ut fit in damnatis.Ideo de cognitione tali naturali ipſius Dei, & creaturarum,gradum aliquem delectationis habēt, Quilibet.n.in cognitione veritatis naturaliter delectatur. Vnde, & in hac delectatione pueri laudant, & laudabunt reaſſumptis corporibus Deum cauſam cauſarum omnium rerum ab eis naturaliter cognitarum, quod damnatis non accidit,nec accidet, quia uermis eorum uiuit, & non morietur, nec unquam ab inferno deerunt dæmones, nec ignis ibi a turrendo in æternum deficiet.Hæc Thom.in quæſtionibus diſputatis de malo, & in 2.ſententiarum Tho.diſtin.34.q.2. Et Sanctus Vincentius in ſermonibus. Et dominus Henricus de Aſſia ſuper Geneſim. Et in decretis de conſecra.diſtinct.4.c.firmiſſime. Opinio autem quarundam magarum muliercularum dicentium animas puerorum, ſine baptiſmate decedentium uagari per mundum uſque ad diem iudicii, uel poſt,

ridiculoſa

ridiculoſa eſt, nulloque catholico fundamento fulcita.

ADDITIO.

De pœnis paruulorum multa conſcribunt Biel.lib. 2.diſt.33.quæſt.unica. Paulus Corteſius lib.4.diſtin. 3.Sanctus Bona.lib.4.diſt.45.art.1.quæſt.1.Thomas Argentinenſis eadem diſt.in quarto.

QUAESTIO III. QVAESTIONIS V. TERTII CAPI.

Quod in limbo paruulorum, neque pœna ſenſus, neque Dæmones ſunt.

QVAERITVR, an in limbo puerorum ſit pœna ſenſus, & dæmones. Ad quam uidetur, primo reſpondendum affirmatiuè. Nam ſaltem poſt reſurrectionem pueri pro ſolo originali damnati erunt in flamma fœdiſſima inferni, implendi fœcibus omnibus mundi, & elementorum, ut dicit Baſilius, ex quibus doloroſe afficientur, à medio continente, & ſic pœnam ſenſus patientur. Ad hoc reſpõdetur, quòd hoc bene ſequeretur ſi omnium damnatorum corpora relinquerentur tunc ſuis naturalibus, & ſi medium a ſua actione naturali reſpectu nullius impediretur, uel ſuſpenderetur modo hoc non oportet. Item etiam nihil prohibet limbum puerorum eſſe ſupremam partem regionis infernalis elementis ſuppoſitam. Dæmones etiam ibi non ſunt cum ſint inſtrumenta ad pœnam ſenſus quæ ibi non eſt. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO IIII. QVAESTIONIS V. TERTII CAPI.

Cur Chriſtus deſcendens ad limbum, non liberauit cum ſanctis patribus omnes pueros

DVBITATVR quare Chriſtus in limbum puerorum deſcendens, inde repertos pueros nõ extraxit. Ad quam ſic reſpondetur, quòd idcirco Chriſtus deſcendens ad inferos pueros a limbo non liberauit, quia deſcenſus Chriſti ad inferos in illis ſolis effectum habuit, qui per fidem, & charitatem paſſionis Chriſti cõiungebantur, in cuius uirtute deſcenſus Chriſti ad inferos liberatorius erat. Pueri autem, qui cum originali peccato deceſſerant, nullo modo fuerunt coniuncti paſſioni Chriſti per fidem, & dilectionem, neque enim fidem propriam habere potuerunt, qui non habuerant uſum liberi arbitrii, neque per fidem parentum, aut per aliquod fidei ſacramentum fuerant a peccato originali mundati. Et ideo deſcenſus Chriſti ad inferos, hmõi pueros non liberauit a limbo. Et ꝑpea ſancti patres a limbo fuerũt liberati, & ad gratiã paradiſi admiſſi, & per gratiã ſine qua nullus ad cœlum peruenire põt, ẽm illud Rom. 6. Gratia Dei uita æterna. Cum igitur pueri in peccato originali decedentes, gratiam non habuerint, ideo à Chriſto ex limbo non fuerunt liberati. Item apoſtolus dicit Rom. 3. quòd Deus poſuit Chriſtum propiciatorem per fidem in ſanguine eius. Sed pueri qui cum ſolo peccato originali deceſſerunt, nullo modo fuerunt participes fidei, ergo non perceperunt fructũ propitiationis Chriſti, ut per ipſum a limbo liberarentur &c. Hæc Tho. 3. par. q. 52. ar. 2. formaliter.

QVAE-

QVAESTIO V. QVAESTIONIS V. TERTII CAPIT.

Indulgentiæ pro pueris in limbo exiſtentibus non ualent, neque pro eis eſt orandum.

QVAERITVR, Si pueris in limbo exiſtentibus indulgentiæ ualeant, & ſi pro eis ſit orandum. Ad quam reſpondetur, quòd cũ pueri in limbo non ſunt membra Chriſti, nec ſunt futuri, cum non fuerint per baptiſmum Chriſto incorporari, nec habeant, aut habituri ſint gratiã gratum facientem, ergo ipſi capaces non ſunt gratiæ indulgentiarum, nec etiam pro eis eſt orandum. Ratio eſt, quia propter defectum gratiæ a qua ſunt priuati peccato primi parentis, ideo cum ſint, & erunt in ſtatu non amplius acquirendi gratiam, nec uitam æternam, merito igitur orationibus iuuari non poſſunt. Vnde Aug. & ponitur a magiſtro ſententiarum in 4. di.49.c.vult. Non baptizatis eccleſię ſuffragia non proſunt, cum illi nunquam fuerunt Chriſto uniti. Hæc magiſter in 4.& Io.de Tur. Cre. ſuper de pœnitentia.

QVAESTIO VI. QVAESTIO. V. TERTII CAP.

Quod omnes paruuli, ſine baptiſmate decedentes reſurgent in die iudicij.

QVAERITVR, Si in die iudicii pueri non baptizati reſurgent cum cæteris reſurgendis. Ad quam uidetur primo reſpondendum negatiuè. Nam ad hoc aliquis ad iudicium adducitur, ut ibidem eius merita diſcutiantur. Sed pueri in limbo, qui cum peccato originali, vel qui ante perfectam ætatem deceſſerunt, nulla merita habuerunt,

buerunt, ergo illos in iudicio apparere non eſt neceſſe. Item omnes, qui in iudicio reſurgent, erũt aut electi boni a dextris, aut damnati mali a ſiniſtris. Sed pueri cum originali peccato mortui non ſunt ſimpliciter mali, nec boni, & per conſequens, neq; a dextris, neque a ſiniſtris in iudicio collocandi, ergo non reſurgẽt in iudicio. In contrarium eſt, quia vniuerſale omnia comprehendit, ſed illud iudiciũ dicitur vniuerſale, ergo omnes ibi apparebunt, & iudicabũtur. Reſpondeo dicendũ. ꝙ cũ poteſtas iudiciaria Chriſto homini collata ſit in præmiũ ſuę humilitatis, quam in paſſione exhibuit, & ipſe in ſua paſſione ſanguinem ꝓ omnibus fuderit quantum ſcilicet ad ſufficientiam, licet non in omnibus effectum habuerit propter impedimentum in aliquibus inuentum. Idcirco congruum erit, vt omnes homines in iudicio congregentur ad videndum eius exaltationem, & eius vniuerſalem iudiciariam poteſtatem quam a patre recepit in omnes, ſecundum illud Io. 5. pater omne iudicium dedit filio. Vnde dicitur Actu. 10. ipſe eſt qui conſtitutus eſt iudex viuorũ, & mortuorum, propterea dicit Tho. in 4. quòd omnes paruuli decedentes ſine baptiſmatę in peccato originali etiam ſine peccato actuali, ſiue ſint filii Chriſtianorum, ſiuę iudæorum, ſiue gentilium, ſiue in vtęro, ſiue extra vterum deceſſerint, reſurgent cũ corporibus integris, & menſura ętatis plenitudinis Chriſti triginta annorum, vel circa ad Ephe. 4. Sicut, & alii mortui. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in iudicio infantes, ſine baptiſmate, & pueri ante perfectam ętatẽ mortui comparebunt, non vt iudicentur ad gloriam, ſiue ad pœnam ſenſitiuam, ſed vt videant gloriam iudicis, & vindictam exquirant eorum, qui cauſam eis dederunt perditionis gloriæ, & diuinæ uiſionis. Ad ſecundum dicendum, quòd in iudicio pueri tales non erunt à dextris, neque a ſiniſtris, ſed in medio inferius, Hæc Tho. in 4. diſt. 47. art. 3. & beatus Vincentius in ſermonibus,

QVAE-

QVAESTIO SEXTA. TERTII CAPI.

De campis elyſijs iuxta ethnicorum opinionem.

DVBITATVR hac vnica quęſtione de campis elyſijs (quinto poſt mortem receptaculo animarum. ſ. philoſophorum poetarum, & machumetiſtarum. (Vbi ſit talis camporum elyſiorum locus, & quæ ibidem reperiantur delitiæ. Ad quam quæſtionem breuiter reſpondetur, ꝙ campi elyſij, ideſt delitiarum ſunt in medio inferorū, in quo piorum animæ philoſophorum, poetarum, & machumetiſtarum quieſcunt poſt earum a corpore ſolutionem. Vnde Vergilius in 6. infra pluſquam medium de campis elyſijs dicit.

His demum exactis perfecto munere diuæ.
Deuenere locos lætos, & amæna uireta.
Fortunatorum nemorum ſedeſq; beatas.

& infra dicit.

Interea videt Aeneas in ualle reducta.
Seclusum nemus, & uirgulta ſonantias ſiluis.
Lethæunq; domos placidas &c.

Vbi Aeneas reperit animā patris Anchiſis. Philoſophi elyſium eſſe dixerunt in ſiluis, vel inſulis fortunatis. Vnde Horatius in Epodo.

Nos manet Oceanus circumuaus arua beata.
Petamus diuites, & inſulas.
Reddit ubi cererem tellus inarata quotannis.
Et imputata florent uſque uinea.

De quibus etiam Plinius lib.6. naturalis hiſtoriæ. multa refert. Has Saluſtius in hiſtorijs carminibus Homeri dixit, inclitas eſſe inſulas. Fuerunt, & qui eliſium ſcriberent eſſe circa lunarem circulum vbi purior eſt aer. Vnde Vergilius in 6. Aeris in czmpis &c. Lucanus. Quodcunque patet, inter lunęq; meatus. Non illuc auro potiti: nec thure ſepulti, Perueniunt. In quib. cāpis eliſijs

eliſij:(ut dicit dominus Gulielmus Pariſienſis, & pönitur in Alchorano,id eſt, in libro legum Machometi.) Sunt delitiæ epularum corporalium de dapiferis & pincernis angelicis. Eſt ibi præcioſitas ueſtimentorum, umbraculorum amęnitas, & mulierum delitiarumque blandimenra. Ibi ſunt flumina lactis, & uini, & mellis, & omnia genera delectabilium ciborum potuum,odorum,ſaporum,ſonorum,& omnis ſuauitas, & mollicies tãgibilium,quæ omnia Machometus ſuæ legis obſeruatoribus promittit. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

ADDITIO.

Referunt nonnulli, animarum ſedes apud inferos nouem,quas Ioannes Rauiſius enumerat,quarum ultima eſt campus elyſius, antiquorum paradiſus. De quo Homerus.inquit.

Cœlum mihi patria eſt,Caliopea mater,

Qui etiam,campos Elyſios apud Græcos deſcripſit, vt etiam Orpheus, à quibus uates noſter Virgi.in ſexto,deſcriptionem ſuam traxit, ſunt quoque hi campi, fortunæ illæ inſulæ, ut Plinius refert libr.6.capitu.32. Quorum numero; Beroſus, etiam ſpatia complexus eſt,aſſerens, eſſe poſitas in Oceano meridionali, proximas occaſui. In prima earum, cui nomen eſt Ombrior, ædificia non ſunt, nec fuerunt, Ferulæ ibi ſurgunt ad arboris magnitudinem, ex quibus aqua exprimatur,ex nigris amara, ex candidioribus potui iucunda,iuga montium ſtagnis madeſcunt. Alteram,inſulam Iunoniam appellatam, ferunt, in ea ædiculam eſſe tãtum lapide extructam. Tertia huic proxima, eodem nomine.Deinde capraria lacertis grandibus referta. In conſpectu earum, eſt Niuaria, quæ hoc nomen a perpetua niuē accepit,nebuloſa.Proxima ei canaria, plena canibus ingentis magnitudinis. Copia omnes pomorum,& auium omnis generis abundant.Hanc, & pal-

& palmetis Caryotas ferentibus, ac nuce pinea, melle, & piſcibus abundare, produnt, & ut Pomponius ſcribit lib. ultimo, abundant ſua ſponte genitis, beatius, quàm aliæ urbes excultæ. Vna duorum fontium maximè inſignis. Alterum, qui guſtauerit, riſu ſoluitur in mortem. Remedium eſt, ex altero bibere. Cæterum ſunt adeò fertiles, ibi adeò tempora ſine inuidia, & dulcis conuerſatio, ut gentilium error putauerit, propter ſolis fœcunditatem, eaſdem eſſe paradiſum. Verum licet in modo, & in loco aberrauerint, fatentur nihilominus ex his fœlicitatem, & beatam quandam uitam, perfectis uiris reſeruari. Hinc Ariſt. De cœlo, & mundo ait, Extra cœlum nihil eſt, ſunt enim in cœlo entia, ducentia optimam uitam.

QVAESTIO. SEPTIMA, LII. CAP.

Quatuor Quæſtiones continens. De Paradiſi terreſtri.

Vtrum paradiſus terreſtris, ſit quid corporale, uel quid ſpirituale.

QVAERITVR, An paradiſus terreſtris ſit locus in terra corporeus, uel figura rei ſpiritualis. Ad quam ut Auguſti. adducit 2. ſuper Gene. & Epiphanius Græcus Cypri epiſcopus, primo reſpondent Origenes, & Manichæi dicentes. Paradiſum terreſtrem, non eſſe locum corporalem in terra, ſiue realem, ſed ſpiritualem, ut ſic intelligatur paradiſus terreſtris ſpiritualiter, ſicut Chriſtus in ſcripturis appellatur petra, uel agnus Dei. Conſtat autem, quòd Chriſtus non intelligitur corporaliter petra, cum dicitur primæ Corin. 10. Petra aūt erat Chriſtus, nec dicebatur realiter agnus cum appella-

tus eſt à Ioann. Baptiſta agnus Dei. Ioan. 1.ſed ſpiritualiter, & metaphoricę, & moraliter. Similiter dicũt, cum in ſcripturis de paradiſo terreſtri quicquam dicitur, aut ſcribitur, illud ſpiritualiter accipiendum eſt, & allegoricè, ſcilicet pro beatitudine ſpirituali, qui eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, ut dicit Boetius, & non pro loco aliquo reali, & corporali, quia talis in rerum natura (dicunt) non inuenitur Et probabant hanc ſuam opinionem rationibus, & primo ſic. Nam aliqui qui diuerſis temporibus per totam aridam diuagati ſunt, & diligentiſſimè de finibus, & diſpoſitionibus omnium regionũ, & locorum inquiſiuerunt, quique de regionibus, & locis ſingularibus orbis, ſcripſerunt, de paradiſo terreſtri mentionem non fecerunt. ergo paradiſus terreſtris non uidetur eſſe locus realis in arida. Item uidemus (inquiũt,) ꝙ ortolanus ſi aliquibus annis abſit a pomerio, decor orti peribit, arbuſta ſeneſcent, & deficient. Cum ergo homo cultor paradiſi terreſtris ab illo irreuertibiliter (iam ſunt plùſque ſex mille quadringenti nonaginta anni) expulſus fuerit, ergo locus ille, & illius decor perijt, & deuaſtatus eſt. Tertio ſic. Nullus locus terræ attingere poteſt, vſque ad lunarem circulum, cum contra naturam terræ ſit, quòd tantum in aliqua eius parte poſſit eleuari, quia ſub globo lunari eſt regio ignis, quæ terram conſumeret. Paradiſus autem ſecundum Bedam pertingit vſque ad lunarem circulum, igitur non poteſt poni aliquis talis realis locus in terra. Item Gene. 7. dicitur, quod aquis diluuii operti ſunt omnes montes excelſi ſub uniuerſo cœlo, & quòd quindecim cubitis altior fuit aqua montibus, & quòd omnis caro quę mouebatur conſumpta fuit, ergo videtur quòd diluuium illud generale prorogatum per integrum annũ, & 10. dies (vt cõiter tenetur) deſtruxerit, & euerterit illum locum, ſicut & alia loca terræ permutauit. Item locus talis factus fuit pro ſpeciali habitatione hominũ, ergo poſt-

quam irrreuocabiliter homo ab illo fuit expulſus, debuit ſucceſſiuè periſſe. Item voluptas carnalis, & ſenſualis impedit, & offuſcat intellectum circa ſpirituales virtutes in quibus principaliter conſiſtit fœlicitas humana, ergo talis locus puræ voluptatis, & omnimodæ commoditatis, qui dicitur paradiſus terreſtris, præſtaturus materiam non exercendarum virtutum, à Deo realis non eſt creatus. Sed in contrarium eſt ſcriptura Gen. 2. dicens. Plantauerat autem Deus paradiſum voluptatis à principio in quo poſuit hominem quem formauerat Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Aug. dicit 4. ſuper Geneſim. Tres ſunt de paradiſo generales ſententiæ, ſeu opiniones. Vna, eorum qui tantummodo corporaliter paradiſum intelligere voluerunt. Alia qui tantum ſpiritualiter. Tertia eorum qui vtroque modo paradiſum accipiunt, quam ſententiam fatetur ſibi magis placere, eamque ſic confirmat. Si enim inquit ſecundum figuram ſolum intelligantur quæ de paradiſo ſcripta inueniuntur, pari ratione etiam, & ea quæ dicuntur ibi de Adam, & Eua, & ligni vetatione, & præcepti tranſgreſſione, ſpiritualiter accipienda erunt, quod nullus dubitat erroneum eſſe. Similiter ſi aliquis velit ita intelligere ad literam, quæ dicuntur de paradiſo in ſcriptura, quòd nihil aliud ſignificent. Intelligat iſte ſapientiam, quoddam lignum eſſe corporale, de qua dicitur in prouerbiis, lignum vitæ, eſt qui appræhendunt eam. Dicat. & Chriſtum proprie petram eſſe, aut lapidem, vel ouem, vel agnum, vel leonem, quod blaſphemia eſt. Non ergo ſic literaliter ſunt ſumenda quæ hic, & alibi dicuntur in ſcriptura ſacra, quaſi ad nihil aliud ſignificandum ponantur, & deſcribantur, nec ſic ſpiritualiter, quaſi res geſtæ non ſint, nec fuerint, ſed vtroque modo accipienda ſunt, quia hoc eſt propriè diuinæ ſcripturæ (maximè veteris teſtamenti) quòd in ea non ſolum ſignificant voces, ſed res geſtæ a ſapientiſſimo

Deo præordinatæ ſunt figuræ aptiſſimæ futurorum, & rerum ſpiritualium, quia vt apoſtolus dicit. Omnia in figura contingebant illis, idest antiquis cultoribus Dei ante legem, & ſub lege, hæc ille. Et in 13. de ciui. Dei.c.21. concludens clarius in hanc materiam dicit: Quæ commode dici poſſunt de intelligendo ſpiritualiter paradiſo nemine prohibente dicantur, dum tamen, & illius hiſtoriæ fideliſſima veritas rerum geſtarum narratione commendata credatur. Ea enim quæ de paradiſo in ſcriptura dicuntur, proponuntur per modum narrationis hiſtoriæ. In omnibus autem quę ſic ſcriptura tradit, eſt pro fundamento tenenda ueritas hiſtoriæ, & deſuper ſunt expoſitionis ſpirituales fabricandę, hæc ille. Ergo concluſionaliter dicendum eſt, quod paradiſus qui Gen.2. deſcribitur. eſt locus in terra aliquis, realis, de qua dicit Auguſti.13. de ciuita. Dei, cap. 18. Primi inquit illi homines erant in terra nemoroſa & fructuoſa, quę paradiſi nomen obtinuit. Et etiam figuraliter ſignificat triplicem paradiſum, ſcilicet anagogicum, ideſt beatorum, allegoricum, ideſt eccleſiæ militantis, vel alicuius priuatæ regionis, aut loci aprici, & delectabilis, ut poetæ fabulantur de fortunatis inſulis, & de hortis heſperidum, & moralem, ideſt uirtutum in anima. Similiter in paradiſo terreſtri lignum uitę in medio eius accipitur primo literaliter, pro materiali arbore, cuius fructus habebat uirtutem conſeruandi uitam, ſpiritualiter uero ſignificabat Chriſtum Dei ſapientiam. Prouerbio. 3. uel Chriſti crucem Ezech.31. Et lignum ſcientiæ boni & mali, ibidem arbor materialis fuit, ſic nominata propter euentum futurorum malorum, ut in ſequenti articulo dicetur, ſpiritualiter autem potuit ſignificare liberum arbitrium, ut quidam uolunt, & petra in deſerto fuit aliquid materiale, Chriſtum tamen ſpiritualiter ſignificauit. Ad primum ergo argumentum Manichæorum reſpondetur, quod locus ille paradiſi terreſtris ſecluſus eſt à noſtra habitatione, inacceſſibilis

ceſſibilis nobis propter impedimentum marium, & montium, vel deſertorum, vel alicuius regionis feruentis æſtuoſæ, qualis eſt regio ſub æquinoctiali, & ideo ſcriptores regionum, & locorum aridæ quæ eſt inter æquinoctialem & polum articum de regione paradiſi terreſtris mentionem non fecerunt, & ideo non poteſt à nobis cognoſci niſi per reuelationem. Ad ſecundum dicendum, quòd propter fœcunditatem terræ, & viuacitatem influentiæ in illa regione creſcunt ſponte ex ſeminibus plantæ nouæ ſine agricultura, & hortulano. Vel forte miniſterium angelorũ ſuppleuit ibi opus hominum ſi quid pro conſeruatione paradiſi fuerit in plãtatione neceſſarium. Vel fortaſſe Enoch, & Helyas, & cæteri qui ibi dicuntur eſſe (vt dicetur infra) operantur in paradiſo, quæ & qualiter Adã operatus fuiſſet. Ad tertium dicendum, quòd verbum Bedæ non eſt intelligendum, quòd locus paradiſi ſecundum ſitum attingat vſque ad ſpheram ignis, aut concauum orbis lunæ, quia ſic non eſt verum, ſed intelligendum eſt parabolicè inquantum, ſcilicet regio paradiſi omnibus alijs regionibus, & montibus videtur etiam altior, dicente Damaſceno libro. 2. quòd paradiſus eſt locus in oriente poſitus, omni terra altior. Vel dicitur attingere lunare globum, quia temperies, & puritas aeris illius regionis, aſcendit quaſi vſq; ad cœlum. Ita, quòd quia totus aer ſuppoſitus illi regioni defenditur fortaſſe miniſterio angelorum a nubibus, ventis, & pluuijs, & ab omni perturbatione, ideo dicitur attingere cœlum, vt dicit Iſidorus, & temperies loci illius perpetua dicitur, forte quia propter peccatum hominis nihil indiſpoſitionis paſſa eſt, nec in eius aere, vſque ad cœlum, nec in ſubſtantia terræ, vſque ad centrum. Sed adhuc perſeuerat in illa optima diſpoſitione quam habuit ante peccatum, & habuiſſet in ſtatu innocentiæ, in memoriam originalis integritatis, & ut appareat quanta Deus diſpoſuit homini etiam in terra, ſi ei obediuiſſet, & quan-

tum propter eius peccatum natura,& diſpoſitio temporum, & regionum deteriorata fuit. Ad quartum dicendum, quòd quamuis aquæ diluuij aſcenderint quindecim cubitis altius omni monte ſub vniuerſo cœlo tamen non ſequitur exinde, quod irruerint etiam regionem paradiſi, quia potuit fieri diuina virtute, vt aquæ diluuij quamuis altiores illa regione eſſent,non tamen intrarent paradiſum, ſed quòd ea remanente ſicca quaſi murus circunſteterit,quemadmodum circunſtetit mare rubrum filijs Iſrael ambulantibus in ſicco per medium maris. Ad quintum patet ſolutio ex ſolutione tertij in qua dictum fuit. Quomodo DEVS voluit conſeruari paradiſum; vſque ad conſummationem ſæculi, & ſecundo propter conſeruationem Enoch, & Heliæ, & aliorum. Ad ſextum reſpondetur, quòd illud verum eſt; de voluptate exceſſiua, & inordinata, & in corpore mortali, & laſſo, qualem omnis homo modo habet. In natura vero integra, vel glorioſè reparata, non ſic, ſed corporalis voluptas, & delectatio ſecundum omnes ſenſus, ibi intellectum non abſorbet nec deprimit, ſed ad Deum erigit, & ad maiorem creatoris, & beneficiorum perceptionem inflammat. Hæc Thomas prima parte quæſtio. capitu. 2. & in 2. ſententiarum diſtinct. 17. & dominus Henricus de aſſia ſuper Geneſim.

ADDITIO.

Doctores Moderni. Vt ſunt Auguſtinus Steucus, Iacobus Naclantus Epiſcopus Clugienſis, & Hieronymus Quainus Theologus Patauinus ex ordine Seruorum. tenent hunc locum fuiſſe corporeum, & in Edon indubitanter ſitum in terra, ſcilicet promiſſionis. Sed in præſenti non eſſe, immo fuiſſe deſtructum, & à principio deſſolatum, poſt peccatum ſtatum; vel quando mundum inundauerunt aquæ,

tempore

tempore uniuerſalis diluuii, cui tamen rei, non magis aſſentiunt, quam res ipſa permittat, ſubſcribunt enim ueritati, & eccleſiæ ſenſui, ac determinationi. Quam tamen opinionem Hieronymus Quainus in Gymnaſio Patauino, tanta eloquentia, ac eruditione adduxit hoc anno 1574. dum librum Geneſeos auſpicaretur, ut non parum nominis in hac re, ſit conſecutus.

QVAESTIO SECVNDA SEPTIMI CAP.

Vbi ſit Paradiſus uoluptatis.

QVAERITVR, In qua parte mũdi, uel terræ ſit ſitus paradiſus teſtrris. Ad quam omnes doctores catholici uniformiter reſpondent, quòd ſit ſitus, & poſitus in oriente. Quod probant ratione, & auctoritatibus. Primo ratione ſic. Nam locus, & locatum debent proportionari. 4. phyſicorum, ſed primus locandus in paradiſo futurus erat digniſſimus omnium animaliũ, manu Dei formandus, omnium theologorum, & philoſophorũ ſupremus, totius mundi inferioris rex inſtituendus, habitaturus ibidem diu, ſecundum vitam animalem, & in cœlo empyreo, poſtmodum adepta ſpirituali vita transferendus, ergo locus ei proportionatus debebat eſſet ſingularis condecens eius dignitati, & conueniẽs conſeruationi, & perpetuationi naturæ humanæ, in quo eſſet diſpoſitio magnificę glorię, ſuperadmirandæ virtutis, & aptitudo ad influentias cœleſtium, & contemplationum, talis autem eſt pars orientalis quæ dextera cœli, & ab Ariſto. 2. de cœlo appellatur. dextra autem ſiniſtra nobilior eſt, vtpote quia ab ea incipit motus, ſicut videtur in homine cũ incipit moueri; ergo. Auctoritas prima eſt hebræorum ſecundũ tranſlationem 70. dicentiũ. Et plantauit dñs Deus uirgultũm

in delitijs ab initio non temporis (dicit glo.) ſed lo-
ci, ideſt orientis in quo poſuit hominē quē formaue-
rat. Et Beda dicit paradiſus eſt locus amęniſſimus, lon
go maris, & terræ tractu a noſtro habitabili ſecretus,
adeò altus, ut uſque ad lunarem globum attingat, &
Dam. lib. 2. Paradiſus terreſtris, eſt Dei manibus in
Eden plantatus, gaudij, & exultationis uniuerſę prō-
ptuarium, Et licet regio iſta paradiſi in orientę po-
ſita ſit, inhabitabilis naturaliter, propter æſtum, & ut
dicit philoſophus in li. Methe. cum ſit ſub circulo
æquinoctiali, ut adducit Thom. 1. par. quæſtio. cap. 2.
arg. 1. ad quartum argumentum. quicquid tamen ſit,
dicit idem ibidem credendum tamen eſt, paradiſum
in loco temperatiſſimo fuiſſe conſtitutum, uel ſub ę-
quinoctiali uel alibi. Et quoniam ad bonitatem regio
nis, uel patriæ requiritur amęnitas ſitus, & uegetabi-
lium, & fluminum, & influentiarum, & aeris, & anima
lium ut dicit philoſophus. 6. politicorum, ut ſupra ta-
ctum eſt, cum de inferno ageretur, quæſtiuncula ſecū
da. Ideo dominus in paradiſo terreſtri produxit dę
humo, ideſt dę terra humęctata, omne lignum pul-
chrum uiſu i. omnem arborem pulchram quātum ad
colorem, & figuram ramorum, florum, fructuum, &
foliorum, & ſuaue ad ueſcendum, ſcilicet ut eſſent ho
mini ad ſpirituale delectamentum, & ſalutare nutri-
mentum, nam homo pro ſtatu naturæ integrę habuiſ
ſet uitam animalē, cibis conuenientiſſimis pro conſer-
uanda ſanitate indigentē, Triplex aūt genus lignorū,
uel arborum produxit Deus, & inſeruit ibidē. Quod-
dam ad ſubſtentationē uitæ, quo reſtaurabatur perdi-
tū, & reſolutū de ſubſtantia hominis per actionē calo-
ris naturalis reſolutiuam humidi. & hæc erant omnia
ligna paradiſi præter duo, ſ. lignum boni & mali, & li
gnum uitæ, Quoddam ad probationem obedientiæ
non ſic dictum ab effectu, ut dixit Ioſephus in li. anti-
quitatum, ideſt quòd ſcilicet fructus illius arboris ha-
beret uirtutem accelerandi, & acuendi uſum rationis
ad

ad diſcernendum inter bonum, & malum, ſed ab euẽtu ſecuto ſic dictum, eo quia per eſum illius ligni à Deo prohibitum, homo experimentaliter cognouit quanta eſſet diſtantia inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ ergo dominuũ Deũ, quia ſe de illo homo non comediſſet, nunq̃ malum pœnalis miſerię expertus fuiſſet, ſed æternaliter ſine interruptione, in delectatione puri boni perſtitiſſet. Et dicunt Hebræi q̃ arbor ſcientiæ boni, & mali de cuius fructus comederunt patres primi fuit ficus, nam ſtatim poſt eius eſum aperti ſunt oculi eorum, & cognoſcentes ſe nudos conſueuerunt folia eiuſdem arboris, ſcilicet ficus & fecerunt ſibi perizomata, id eſt ſuccinctoria circa lũbos, & dicuntur a peri quod eſt circum, & zoma quod eſt corpus. Et dicit magiſter hiſtorię ſcolaſticæ, quòd non ſine cauſa fecerunt ſuccinctoria, id eſt breues brachas de folijs ficuum, quia de ſucco earum ſi teratur caro hominis inũcta ſtatim ibi ſentit uoluptatis pruriginem, ideoq; ſtatim poſt eſum illius ſenſerunt pruriginem uoluptatis. Tertium lignum in paradiſo erat lignum uitè ad immortalitatem, cuius eſũ fortificabatur uirtus caloris naturalis, & conſeruabatur ſpecies primi humidi radicalis, ne ab extranei admixtione debilitaretur. Vbi aduertere poſſumus, quòd cum uirtus ligni uitæ in paradiſo, ſicut & aliorum corporum eſſet finita, non poterat ſemel ſumptũ dare uitam, tempore infinito, ſed ad certum tempus, & ſi iterum eſum fuiſſet multis iterum, & multis annis edens uixiſſet, nõ tamen infinitè. Vnde illud quod dicitur angelis à Deo, Gene, 3. Videte ne Adam ſumat forte de ligno uitæ, & uiuat in ęternum, non ſic eſt accipiendum in ęternum, quaſi per lignum uitę largiretur totalis reſtauratio humidi radicalis, & uita perpetua, ſed accipitur, in ęternum, i. prolongo tempore: ut accipitur Exodi. 21. perforabit autem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum, id eſt tempore uitæ ſuę: hęc Dominicus tholoſanus. De hoc li-

gno uitæ dicit Hugo de Sancto Victore. Inter cætera inquit Dei dona ad iocunditatem uitę humanæ præparata etiam illud mirandum commemoratur, quòd in paradiſo lignum uitę eſt, cuius uirtus tam mirabilis eſſe perhibetur, ut certis temporibus ſumptum uitam corporalem in homine quandiu ipſe homo illo uteretur, non ſolum a morte, ſed ab omni defectu illæſam cuſtodire potuiſſet. De hoc ligno dicit Auguſtin. 14. de ciuita. Dei cap. 26. Cibus in paradiſo aderat, ne homo eſuriet, potus ne ſitiret, lignum uitæ ne illum ſenectus diſſolueret. Dicit tamen hic dominus Henricus de Aſſia. quòd ad immortalitaté hominis in ſtatu innocentiæ concurrebant ultra lignum uitæ, bonitas nutrimenti conuenientia loci ſingularis induſtria, ſiue prudentia qua homo ibi regebatur, & ſuper omnia gratuita Dei prouidentia, qua omnis corruptiua contrarietas amouebatur. Et quia ad amęnitatem etiam loci requiruntur flumina, & aquæ, ideo etiam de loco uoluptatis fluuius ſcaturiebat ad irrigandũ paradiſum. Gen. 2. De quibus fluuijs ſic dicit Baſilius in ſuo Exameron. Paradiſus terreſtris ſituatur in quoddam altiſſimo monte, de quo aquę cum tanta abundantia, & ſtrepitu refluunt, ut abſurdeſcere faciant eos qui prope habitant, & ruentes de monte paradiſi, faciunt quendam locum aquarum maximum, ex quo tanquam ex quodam fonte maximo naſcuntur quattuor magna flumina, de quibus dicitur Gen. 2. Nomen uni Phiſon quod interpretatur mutatio oris, Habet enim ſecundum magiſtrum in hiſtorijs, fluuius iſte in ſuo proceſſu multas uarietates ſecundum diuerſa loca, & poſtea dictus eſt ganges, a gangaro terra, Eiulat quam circumit, eſt quędã pars Indiæ, quæ poſt diluuium fuit poſſeſſio. Ab eiula de genere Cham de quo habetur Gen. 10. & primi Para. primo. hæc patria abundat in metallis, aromatibus, & gemmis ut dicit Plin. Bedelhum eſt lapis præcioſus. Similiter & onix, quę ſic nominatur pro

pter

pter ſimilitudinem ad unguem humanam, onix enim Græcè, Latine unguis dicitur. Nomen fluuii ſecundi gyon q̄d circumit omnē terram Ethiopię, quæ regio uicinitate ſolis habitatores feruore denigrat, habens plurimas gentes uultu, & ſpecie monſtruoſas, & in beſtiis abundat horridis. Et Ethiopes a Chus filio Chā ſunt nominati, & a quo originem traxerunt, nunc hic gyon. ut dicit Aug. & Iſidorus Nylus nominatur. Nomen fluuii tertii tygris, quod ſic dicitur propter fœlicitatem fluxus eius, quia uidetur etiam uelociſſimi curſus, inter fluuios, ſicut inter animalia tygris eſt animal uelociſſimum hoc flmen uadit contra aſſyrios ſyria autem eſt pars Aſiæ, & eſt dicta ab Aſſur filio Sem: qui illam regionem primo poſt diluuium inhabitauit a quibus Aſſyriis (ut dicit Iſido.) primo uenerunt apparatus ueſtimentorum purpuerorum, uſus odorum, & unguentorum, ex quibus fluxit Græcorum luxuria, deinde & noſtrum omnium. Nomen uero quarti fluuii dicitur Eufratres qui ſecundum expoſitores copioſiſſimus eſt, & fęcundiſſimus in gemmis, & aliis bonis, & fluit per mediam Babiloniam ſicut Secana, per Pariſios, & Tyberis per Romam, & traxit nomen ab vbertate, nam eufrata hebraicè interpretatur frugifer. Duobus iſtis fluminibus dicit Auguſti. 7. ſuper Geneſim vetuſtas nomina mutauit, ſcilicet gyon, qui nunc dicitur Nylus, & phyſon qui nunc dicitur ganges, ſicut Tyberis, & primo Albula uocabatur. Duo uero alii fluuii, ſcilicet Tygris, & Eufrates nomina non mutauerunt. Et licet Saluſtius, & Ioſephus ſcripturam infirmare cupientes, dicant quòd hi quatuor fluuii, in quibuſdam regionibus extra paradiſum uidentur deriuati, vt tygris, & eufrates in armęnia &cæte. Ad hoc reſpondet Auguſtinus octauo ſuper Geneſim, quòd ſicut frequenter uiſum eſt, aquæ magnæ abſorbentur in terra quæ poſt longum ſubterraneum decurſum poſtea egrediuntur alibi, ubi oriri videntur. Quia ergo

omnibus

omnibus ad amęnitatem bonitatem loci, & patriæ requiſitis dotatus, adeo decoratus ex ſuperioribus dictis locus paradiſi terreſtris eſſe dignoſcitur. Idcirco dicit Iſidorus, quòd Hebræi illum locum uocant Ganeedem, id eſt ortum delitiarum, Græci delitiarum ortum, Latini paradiſum uoluptatis. Quod ſi etiā quis curioſè magis, quam utiliter quærat quanti ſit ambitus paradiſus terreſtris? Ad hoc reſpondetur, quod hoc nemo uere ſcire poteſt, niſi is cui uoluit Deus reuelare. Nam poſtquam homo per peccatum iumentis inſipientibus ſimilis factus eſt, eiectus de paradiſo, locus ille inacceſſibilis eſt conſtitutus. Collocauit enim dicitur Gene. 3. Deus poſt peccatum ante paradiſum Cherubin, & flammeum gladium, atque uerſatilem ad cuſtodiendum uiam ligni uitæ Cherubin, id eſt angelicam cuſtodiam, flammeum gladium, id eſt zonam torridam, quæ dicitur verſatilis, quia ſol per quē cauſatur ibi caliditas impertranſibilis, appropinquat ad nos in ęſtate, & in hyeme elongatur, ideoque nullus poſt peccatum locum illum adire potuit, aut poterit. Quidam tamen Ioannes anglicus dicit in libro quem de ſitu orbis inſcripſit, quod ambitus paradiſi terreſtris, eſt æqualis circulis trium inſularum magnarum, ſcilicet Angliæ, Siciliæ, & Sardiniæ, quarum ambitus eſt octingentorum duorum milium miliarium, nam Anglia cingitur mille ſeptingentis miliaribus. Sicilia ſeptinentis. Sardinia uero trecentis. Hoc autem ſcire potuit opere alicuius ſpiritus, aut ex motibus aſtrorum, uel apparitionibus ſtellarum. Hęc Tho. Hericus, & intra quæſtiunculam adducti.

ADDITIO.

Ratio eſt, quia locus ille, eſt nobis occultus, & ignotus, teſte Gabri. Biel. nec aliquis coſmographus, hunc locum inuenit, nec ſcriptura canonica ſitum eius certificat, & affirmat, quamuis dicat Paradiſum eſſe regionem

gionem temperatam in parte auſtrali, ultra menſam ſolis, & ambos tropicos, cuius uocabulum ex Græco in Latinum uertitur, hortus, Hebraicè Edon, quod in noſtro idiomate, delitię interpretatur. Vide Latius Angelic, Doct. ſecunda ſecundæ quæ. 84. art. 3. in prima etiam parte. quæ. 102. art. 2. D. Bonau. lib 2. diſt, 17. in dubijs literalibus Dionyſius Charthu. in 2. diſtin. 17, quæſt. 5. Gabriel Biel lib. 2. diſtin. 17. quęſt. 2, Paulum Corteſium lib. 2. diſtin, 5. Scotum lib. 2. diſt, 17. Iſidorus Hiſpal. 14. Ethymol. c. 3. Iacobus de Valentia in fine Expoſitionis Pſal. 71.

QVAESTIO III. QVAESTIONIS VII. TERTII CAP.

Quot ſunt tranſlati in paradiſum terreſtrem.

QVAERITVR, quot ſunt qui in hunc hortum delitiarum, & uoluptatis paradiſum tranſlati fuerunt? Ad quam reſpondetur, quod primus tranſlatus in hunc locum fuit prothoparens noſter Adam, qui ut dicit Ioſephus extra paradiſum ſexto die mundi, in campo Damaſceno de limo terræ rubræ plaſmatus fuit, a qua nominis appellationem traxit. Nam Adam Hebraicè terra rubra interpretatur, & exinde quaſi in inſtanti, a Deo per aera tranſlatus in paradiſum. Vnde dicitur Gen. 2. Tulit ergo Deus hominem, ſcilicet de loco campi Damaſceni, in quo eum formauerat extra paradiſum, & tranſtulit eum in paradiſum uoluptatis. Alij tamē dicunt, quod Adam formatus fuit circa medium terræ habitabilis, quod eſſe uidetur hieruſalem, quæ eſt quaſi umbilicus orbis, tum quia ibi ſecundus Adam, ſcilicet Chriſtus naſciturus, & moriturus erat, tamen ut tranſeundo de medio orbis terrarum ad extremum orientis, ubi erat paradiſus, uideret, & attenderet quāta feciſſet Deus in ſuperficie terræ, & quantum diſta-

ret gloria paradiſi regionis, quam pręparauit ſpecialiter habitationi hominum a regionibus beſtiarum & ſecundum hanc conſiderationem non debuit homo in inſtanti trãsferri de loco, in quo formatus fuit in paradiſum, nec ſuperius per aera duci, ſed ſucceſſiuè inferius per terram, vt omnia conſpicere poſſet. Deinde tentatus per Euam a ſerpente inde eiectus eſt, & indutus tunica pellicea, ideo (ſecundum Dominicum Tholoſanum) vt oſtenderetur Adę, quòd ſicut pellis abſtrahitur ab animali prius viuo, deinde mortuo ſic mortalitas ſui, & ſuorum ſucceſſorum tracta fuit a uiuentibus prius in ſtatu innocentiæ parentibus, deinde mortuis per peccatum. Hęc ille. Et vt dicunt communiter omnes doctores Chriſtiani, & ponit Vincentius hiſto.li.1. Adam, & Eua ipſo die creationis ſuę.i.feria ſexta, & ſexto die mũdi, circa meridiem pręuaricati ſunt, & paulo poſt circa horam, nonã ſm hebręos decima hora idem eiecti ſunt. Vnde, & nouus homo Chriſtus poſt multorum annorũ curricula feria eadẽ, & eadem hora ſexta, crucifixus, eiuſdem peccati debitũ ſoluit, & circa horam nonam expirans latroni aditũ paradiſi reſerauit. Ex quibus intelligitur, ꝙ Adã primus homo formatus fuit extra paradiſum, ut intelligeret ex hoc, quòd locus ille delitiarum tam egregius nõ debebatur ſibi ex communi curſu naturæ, ſed ex ſpeciali dono diuinæ gratiæ ſicut, & immortalitas, quam homo pro ſtatu innocentiæ dicto modo habuiſſet. Eua aũt in paradiſo formatur propter dignitatẽ principii, ex quo corpus eius formabatur, nam ſimiliter & filii in paradiſo fuiſſent nati, propter dignitatem parentum, qua ibi iam erant expoſiti, Magiſter tamen hiſto. dicit, quòd ideo Eua in paradiſum facta eſt, ut ex hoc mulier gratior, & honorabilior haberetur. Secundus autem in paradiſum tranſlatus fuit Enoch, de quo dicitur. Gene. 5. Enoch ambulabit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum dominus. Nam propter excellentiam ſuæ uirtutis (dicunt doctores

catho-

catholici) aſſumptus fuit a Deo, & poſitus in paradi ſo terreſtri. De quo etiam dicitur. Eccle. 44. Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, ut det gentibus ſapientiam. Tertius fuit Helias de quo dicitur. Mala. ult. Ecce ego mittam uobis Heliam prophetam anteq̃ veniat dies domini magnus, & horribilis, & cõuertet cor patrum ad filios. De eodẽ habetur Matth. 17. & 4. Reg. 2. ubi dicitur, ꝙ Helias aſcendit per turbinem in cœlum, quod non poteſt de cœlo empyreo intelligi, quia nullus ibi intrauit ante aſcenſionem Chriſti, igitur oportet intelligi de aliquo loco cœleſti, vel cęleſtis diſpoſitionis, qualis eſt paradiſus terreſtris, quã Damaſc. lib. 2. vocauit diuinam regionem. Iterum cũ ſcriptura non dicat Enoch, & Heliam mortuum eſſe, non videtur ubi conuenientius collocentur vſq; ad finem ſæculi quàm in paradiſo, nec uidetur vnde vitam animalem congruentius conſeruare poſſent, quàm de fructu ligni vitæ quod eſt in medio paradiſi. Cauſam autem tranſlationis iſtorũ duorum in paradiſum, & ibidem conſeruationis, vnà communiter aſſignant omnes doctores catholici dicentes, quòd ad hoc reſeruantur in uita ibi, vt in iudicij die quem præcedet perfidia antichriſti, exeant inde, & contra eum prędicent, & adducant illos, qui tunc erunt increduli ad fidem Chriſti. Tho. autem ſuper Epiſtolam ad Heb. 11. aſſignat etiam aliam rationem dicens. Ratio autem quare mors Enoch, & Heliæ dilata ſit vſque in finem mũdi, eſt quia doctrina veteris teſtamenti ordinatur ad promiſſa noui, in quo nobis ſpes vitæ promittitur. Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, & ideo data a domino ſententiam mortis Adę, voluit etiam ducere homines in ſpẽ vitæ, quod fecit in patribus vtriuſque ſtatus, ſcilicet naturæ, legis, & gratiæ, in ſtatu quippe naturæ in Enoch in ſtatu legis, in Helia, in ſtatu gratię, in Chriſto, per quem datur nobis effectus huius promiſſionis, id eſt vita æterna, qui reſurgens ex mortuis amplius

non

non moritur. Iſti autem diu in paradiſo uiui, morientur per antichriſtum. Dominus autem Henricus de Aſſia addens ad iſtos, dicit ſic. Et fortaſſe non ſolum Enoch, & Helias ad prædicandum in fine contra antichriſtum in paradiſo conſeruantur, ſed & Ioannes Euangeliſta, & illi qui reſurrexerunt cum Chriſto, & uenerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, de quibus habetur Matth. 27. Sed notanter dicit Henricus fortaſſe, quia Hierony. de Ioanne Euangeliſta dicit ſic formaliter. In his qui cum Chriſto ſurrexerunt perpetuam reſurrectionem iam eſſe completam, nonnulli credunt cuſtodem Virginis in glorificata carne gaudere cum Chriſto, necnon de beata uirgine factũ non ambigimus. Et ſanctus Thomas in 4. di. 43. art. 3. dicit. Pie creditur de Beata Virgine, & Ioanne Euangeliſta, quòd eorum reſurrectio non ſit dilata vſque in finem mundi. In paradiſo etiam animalia bruta non fuerunt creata, ſed diſpoſitione Dei ibi adducta. Serpens vero operatione diaboli. Hæc ſanctus Thomas, ubi ſupra, & cæteri intra quæſtiunculam adducti.

QVAESTIO IIII. QVAESTIONIS VII. TERTII CAP.

Quæ ſit regio eligibilior Oriens infidelium, an occidens Chriſtianorum?

INVESTIGANDVM an pœnes ea, circa quæ attenditur ſalubritas regionum, regio Orientalis communiter infidelium eligibilior ſit & gratior regionibus occidentalibus, & communiter Chriſtianorum? Ad quam dicunt orientales, quòd patria eorum ſit gratior occidentali, & ad habitandum eligibilior. Et probant hoc rationibus: primò ſic. Nam ſicut prætactum eſt de mente philoſophi. 6. poli. ſeptem circa quæ attenditur ſalubritas, & nobilitas patriarum,

triatum, maximè ad plagam orientalem dextram cœli reperiuntur, teſte ſcriptura ex dictis : ergo &c. Sunt autem illorum ſeptem, uidelicet primum nobilitas uegetabilium, ſcilicet metallorum aromatum, & gemmarum. 2. ſalubritas fontium, & fœcunditas fluminũ pro generatione piſcium, & irrigatione terrarum ad iacentium. 3. ſitus cõgruentior ad ſolem, & propitior influentia, quò ad influxum cœleſtem. 4. abundantia utilium, & nobilium animalium uſibus hominum cõuenientium. 5. amenitas ſitus, ex montibus, ſiluis, fluminibus, fontibus, & mari proueniens. 6. conueniens copia, & ſalubris uictualium. 7. temperies aeris ex regulari naſcens diſpoſitione. auium, his autem ſeptem orientales excellere ſe iactant occidentales, & dant cauſam iactantię, nã (teſte Petro comeſtore,) propter benignitatem ſolis, & ſalubriorem cœleſtem influxũ orientalem, quędã inſulę mihi ſaniſſimè, & multum ſeneſcentes nutriunt homines, nec in ipſis inſulis mori põſſunt niſi ad alias inſulas transferantur. Sunt etiam in india arbores (ut ſcribit Alexan. Magnus Ariſtoteli) quarum fructibus ſacerdotes ſolis, & lunę, quibus dicatæ ſunt ueſcuntur ex quorum eſu ad trecentos annos ſacerdotum uita protelatur. Secũdo probatur ibidem ex ſcriptura ſacra, per quã Deus obedientibus promittit terram promiſſionis in ægyptum ad plagam orientis, quę abundat lacte, melle, aquis, ut patet Iſa. 1. & Deuter. 6. Sed in contrarium eſt Plinius, qui in ultimo totius lib. naturalis hiſtoriæ dicit in toto orbe, & quęcunque cœli connexitas uergit, pulcherrima eſt omnium rebus, meritoq; principatum naturæ obtinens italia. Reſpondeo ad hanc dubitationem ſub duabus concluſionibus. Prima, quòd in quibuſdam aromatibus, metallis, fructibus gẽmis preciosis. orientalis infidelium regio, excellit occidentalium Chriſtianorum regiones, & econuerſo. Hęc concluſio patet ex ſuperioribus dictis. Quod fecit Deus, & natura propter duo. Primo propter mutuã, & ami-

& amicabilem regionum, & hominum adinuicẽ cõmunicationem, quę nutrit dilectionem, & amorem, ad quam etiam diſpoſuit, quòd vnus homo, vel patria altero homine, vel alterius patriæ rebus, indigeret, & econuerſo. Secundo illud factum eſt, vt nemo, vel nulla regio inſpectis propriis excellentiis, ſe extollat, & ſuperbiat, quaſi oĩbus perfectior ſit, & ſibiipſi ſuffi ciens omnino, & nullius egeat, ſicut ergo raro eſt ali quis homo, quin a quolibet alio in aliquo bono maniſeſto, vel occulto excedatur, & ipſe quemlibet alium in aliquo excedat, ſic Deus ſapientiſſimus moderauit, & temperauit regionum conditiones, quòd ferè quælibet regio abundat in aliquo, quo alia caret, vel minus habet. Propter quod, & alia diuinæ operationis magnalia, quæ in diſpoſitione terrę ſapientiſſimus Deus eſt operatus, ſcriptum eſt. Benedicat terra dominum, laudet, & ſuperexaltet eum in ſęcula, ideſt homo conſideratione optimæ, & conuenientiſſimæ diſpoſitionis terræ in regionibus, in fluuiis, in vegetabilibus, & animalibus, & cęteris bonis laudare, & ſuperexaltare debet creatorem, quæ diſpoſuit cuncta ſic propter hominem. Secunda concluſio, regiones occidentales Chriſtianorum ſimpliciter in his communibus, quæ ſunt conuenientis, & optimi victus humani pro conſeruatione legalis, & moralis vitæ, longe eligibiliores ſunt, & in temporalibus ordinatiores, & in naturalibus honeſtiores, & temperatiores, & ſalubriores regionibus infidelium orientalibus; & Italia, Hiſpania, Francia, Regiones Occidentales Chriſtianorum omnem terram Eiulath, Indiam, Iudæam ſuperant, & excellunt in bonis ſpiritualibus, in conuenientiſſimis bonis corporalibus, & in ordinatiſſimis, & honeſtiſſimis vſibus. Hęc concluſio probatur ratione, & auctoritatibus. Ratione ſic. Fœlicior eſt patria, in qua conditiones omnes optimę regionis conueniunt mediocriter, & moderatè, quam illa in qua vna aliqua ex his, vel plures non tamen oẽs cõcurrũt,

ſed ea eſt fœlicitate Italia, vt quęcunque bonam regionem efficiunt, ipſa ſibi mediocriter, & temperatè miniſtret, & ſuggerat, quod in alijs non contingit, ergò non iniuria videtur cæteris regionibus orientalibus præferenda. Accedit ad hoc Vergilij auctoritas Italiam primo Georgicorum longo carmine laudantis. Et Plinij. 37. naturalis hiſtoriæ capi. vltim. Cuius verba hæc ſunt. In toto orbe, & quacunque cœli connexitas vergit, pulcherrima eſt omnibus rebus meritoque principatum naturæ obtinens Italia, rectrix parenſque mundi altera, viris, fœminis, ducibus, militibus, ſeruitiis, artium præſtantia, ingeniorum claritatibus, iam ſitu ac ſalubritate cœli atque temperie, acceſſu cunctarum gentium facili, littoribus portuoſis, benigno ventorum afflatu, etenim contingit recurrentis poſitio in partem vtiliſſimam, & inter ortus occaſuſque mediam. Aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli vbertate, qcquid eſt, quo carere vita non debeat nuſquam eſt pręſtantius, fruges, vinum, olea, vellera, lina, veſtes, iuuenci, ne æquos quidem in trigariis, præferri vllis vernaculis animaduerto. Metallis auri, argēti ęris, ferri quamdiu libuit exercere. nullis ceſſit. Et his nunc in ſe grauida pro omni dote. Varios ſuccos, & frugum pomorumque ſapores fundit. Ab ea exceptis in die fabuloſis, proxime quidem dixerim Hiſpaniam quęcunque ambitur mari. Et tertio lib. c. 5. de urbe Roma dicit. Roma omnium terrarum alumna eadē & parens, numine Deum electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, rituſque molleret, ut tot populorum diſcordes feriaſque linguas, ſermonis commercio contrahet ad colloquiū, & humanitatem homini daret, breuiterq́ue una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et de campaniæ ora, quæ nunc regnum Neapolis appellatur. Hęc dicit ibidem. Fœlix illa ac

beata amęnitas campaniæ, in qua tota uitalis ac perhennis ſalubritas cœli tẽperies eſt, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſiluarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum, & uitium, olearumq́; fertilitas, tam nobilia pecori uellera, tot opima thauris colla, tam annium, fontiumq́; ubertas, totam eam perfundens, tot maria, portus gremioq; terrarum commercio patens undiq;, & tanquam ad iurandos mortales ipſa auida in mare percurrens. Neq; ingenia rituſq́; ac uiros, & lingua manuq; ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea uindicauere Græci genus in gloriam ſuam effuſiſſime quotam partem, ideſt Apuliam ex ea appellando Gręciam magnam, hęc ille. Quomodo uero Hiſpania, Frãcia, & cæteræ Occidẽtales regiones ſuperent Oriẽtales, uiderint ipſi ad quos pertinet. Ex quibus patet reſponſio ad primum orientalium argumentum. Ad ſecundum reſpondetur, quòd bonitas patriæ iudæorũ erat à Deo, & natura quæ Deo obedit, propter merita hominum inhabitantium ſi boni emulatores diuinorum fuiſſent. Vnde Leui. 26. dicitur. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo uobis pluuias &c. ſin uero dabo uobis cœlum deſuper ſicut ferrum &c. Vnde Pſal. dicit. Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim &c. pro hoc eſt hiſtoria. 3. Reg. 18. Ex quibus duo aduertere poſſumus, ꝙ uana eſt, & friuola diuinatio aſtrologorum dicentium de abundantia, & ſterilitate locorum & annorum, cum huiuſmodi uarientur pro meritis, uel demeritis hominum, quæ nõ ſubſunt ſtellis. Secundum, ꝙ fœlicitas, & fœcunditas, & benedictio antiquæ terræ promiſſionis Iudæorum tranſlata fuit per Chriſtum ad populum Chriſtianum occidentalem, & durabit nobiſcum ſi boni emulatores fuerimus, aut ſi conuertemur ad ipſum. Et hoc de ſexto receptaculo, ſcilicet de paradiſo terreſtri dicta ſunt ſatis.

Caput

Caput quartum Primæ Decadis, continens quatuor Quæſtiones.

QVAESTIO PRIMA, CAPI. IIII.

Vtrum mortui poſſint apparere viuis.

QVAERITVR, Si animæ defunctorum poſſint exire eorum receptacula, & apparere viuis. Ad quam videtur primo reſpondendum negatiue. Nam Iob. 7. dicitur. Qui deſcendit ad inferos non aſcendet. Et Pſal appellat animam ſpiritum euntem, & non reuertentem. Itẽ Pſal. vt inhabitem in domo domini omnibus diebus uitę meæ. Et Augu. lib. de cura animarum dicit. Si in rebus viuentium intereſſent animæ mortuorum, me pia mater nulla nocte deſereret. quæ me terra marique ſecuta eſt, vt mecum viueret. Reſpondeo dicendum, quòd animas exire de paradiſo, inferno &c. & dimittere receptacula ſuá, poteſt intelligi duobus modis. Vno modo ſimpliciter, vt in perpetuum, vt ſine redditu paradiſus, uel infernus earum amplius non ſit locus, & ſic eſt. Concluſio prima, quòd nullus deputatus ibi per ſententiam diffinitiuam abſolutam inde exibit, quia præmium, & pœna animarum ſeparatarum nunquam terminabitur, vt expreſſe colligitur ex 4. ſententiarum, diſtin. 46. Et arguitur in ca. tempus 12. q. 2. Nec eſt argumentum Traiani in contrarium, quia per finalem ſententiam non fuit damnatus. Alio modo pôteſt intelligi, quòd exeunt ad tempus, & tunc, aut loquimur ſecundum ordinem naturæ, aut ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ. Si primo modo loquimur, ſit Secunda concluſio, quòd animæ ſeparatæ ſecundum curſum naturalem receptaculo proprijs

deputatæ, inde nō recedunt, vt appareant uiuis, tum ex parte animarum, quę conuerſationi ſeparatarū ſubſtantiarū, & non conuerſationi hominū ſunt deputatæ. Vnde & philoſophus primo ethi. dicit, ꝙ communicatio ciuiliū operū eſſe non pōt inter uiuos, & mortuos, tum ēt ex parte hominum quib. apparēt quorū cognitio eſt per ſenſum, & a rebus ſenſibilibus, & propter hoc apparitio aīæ ſeparatæ hominib. eſt mirabilis, immo inter diuina miracula cōputandā, ut dicit B. Tho. pri. parte. q. 89. ar. 8. in ſolutione. 2. argumenti. Si uero loquamur ſm diuinā diſpenſationem, ſit Tertia concluſio, ꝙ animæ ſeparatæ aliqñ a ſuis receptaculis egrediuntur, & repręſentant ſe conſpectibus hominū, quandoq; egrediēdo cęlū, auxiliando obſeſſis, quantū ad animas ſanctorū, vt patet de B. Felice martyre qui apparuit uiſibiliter ciuibus Nolanis dum a barbaris oppugnarentur, ut dicit Aug. lib. de cura pro mortuis habenda. Dānati ēt ante iudiciū duntaxat ad tempus per miſſione diuina permittuntur aliqñ egredi receptaculū inferni, & uiuentibus apparere ad eruditionē timorē, & terrorem uiuentium ſicut ponit exēplum Greg. in 4. dialo. de Benedictio Papa. & de vmbra ſordida latronis in vita B. Martini. Hæc tamen eſt differentia inter beatos, & damnatos, ut dicit Thom. in 4. quia beati uirtute gloriæ, & dono gratiæ gratis datæ apparere poſſunt, cū uolunt. Damnati uero non ſemper, nec ſine permiſſione diuina, & eius prouidentia. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſancti in carne uiuentes ex Dei gratia eis data, faciebant quædam ſigna qua alij carentes dicta ſigna non poterant facere, ita animabus ſanctorum ex uirtute gloriæ aliqua poteſtas cōfertur a Deo per quā poſſunt, cū volunt uiuentibus mirabiliter apparere. Poſſunt ēt beati, & dānati apparere corporib. aſſumptis in habitu, quo prius utebantur, ſicut B. Auguſt. apparuit fratri Alberto in habitu pontificali dicens: Thom. mihi par eſt in gloria Virginali præſtans munditia. Et Bern. dicit de quodam clerico, quòd apparuit

paruit Henrico Aurelianenſi epiſcopo indutus cũ pluuiali plumbeo grauiore turri Pigmanẽſi. Patet etiam de Darſo, cui apparuit Papa, Benedictus iunior in ſpecie animalis monſtruoſi, in 4. dialo. Quarta concluſio. Illi qui ſunt in purgatorio permittuntur exire receptacula eorũ, & uenire ad uiuentes ante completam pœnitentiã ad hoc, ut ſuffragia petant, ut patet in 4. dialog. ibi dicitur de anima Paſcaſii, qui Beato Germano apparuit in balneo. Quinta concluſio. In limbo ſanctorum animæ hoc modo diſpenſatiuè exire potuerunt receptacula ſua, ut de Moyſe, & Helia. Matth. 15. patet. Sexta concluſio. Pueri in limbo nunquam egrediuntur inde, tum quia ſunt in termino, tum quia egreſſus eorum ad nihil proficeret. Septima concluſio. Angeli boni in perſona animarum corporibus competentibus aſſumptis nobis frequenter apparent ſicut angelus bonus in perſona DEI apparuit Moyſi, & idem patet in multis aliis apparitionibus. Octaua concluſio. Angeli mali propter deceptiones incantatorum, corporibus etiam aſſumptis exeunt receptacula ſua, & apparent uiuis, ſicut Sauli petenti phytoniſſam, ut diuinaret, & Samuelem ſuſcitaret, non apparuit Samuel quia a quiete ſua non eſt excitatus, ſed aliquod fantaſma, & illuſio imaginaria diaboli machinationibus facta, quam ſcriptura Samuelem appellauit. Sicut imagines nominibus rerum ſuarum aliquando appellatur, primi Regum uigeſimo octauo. Hæc dominus Ioannes de Turre Cremata Cardinalis in ca. tempus, 13. q. 2. Ad maiorem euidentiam prædictorum nota hic unum, quòd quamuis animæ ſanctorum, uel dãnatorum aliquando præſentialiter adſint, ubi apparent, non tamen credendum eſt hoc ſemper accidere. Aliquando enim huiuſmodi apparitiones fiunt, uel dormiendo, uel uigilando operatione bonorũ, uel malorum ſpirituum, uel ad inſtructionem, aut deceptionem uiuentium, ſicut etiam uiui homines aliquando

aliis apparent, & eis multa dicunt in ſomnis, cum tamen conſtet eos non eſſe præſentes. Hæc Tho. 4. ſentẽtiarum diſt, 45. ar. 1. q. 3. in corpore. q. & in ſolutione argumentorum. Qualiter autem cognoſci poſſit, an ſpiritus apparens ſit bonus, uel malus, oſtẽdit B. Antonius ſic dicens. Non eſt difficilis bonorum ſpirituum malorumq; diſcretio. Si enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium, a domino ſciamus ueniſſe auxilium, quia ſecuritas animæ præſentis maieſtatis iudicium eſt. Si autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui uidetur. Thom. 3. parte ſummæ q. 30. art. 3. in ſolutione tertii argumenti. Ad argumenta in contrarium dicitur, quod intelliguntur ſecundum primam concluſionem, & Augu. loquitur ſecundum communẽ curſum naturę.

QVAESTIO SECVNDA. CAP. IIII.

An mortui aliquando apparuerint de facto.

QVAERITVR, Si Chriſtiana, ut Gentili probatione aliquos ſpiritus effectualiter apparuiſſe comperiatur. Ad quam reſpondetur affirmatiue, nam inter Chriſtianos legitur primo, quòd anno domini. M.cccxxiii. in ciuitate quadam Franciæ, quidam Guilielmus de Coruo defunctus eſt, in cuius domo poſt eius obitum per octo dies: uox quędam flebilis, debilis horrida, & deſerta audita eſt a multis. Qua uoce uxor eius ſic perterrita fuerat, ut in lecto decumberet, & pœnę moreretur. Mittitur ad fratrem Ioannem Gobi Priorẽ conuentus ibidem Ordinis Prędicatorum, ut ſociatus fratribus aliquibus, & ciuibus prouide uiſitarẽt eam. Qui aſſumptis ſecum tribus patribus, comitatuſq; ciuibus nulloq; fratre, aut ciue ſciente, reuerenter accepto corpore Chriſti in ſinu, proficiſcitur probaturus

rus an uox illa fictiuium eſſet, uel illuſio dæmonum. Cumq; diligentiſſimè omnia loca domus clandeſtina,& fictionibus apta (ne decipi poſſet) ſcrutatus fuiſſet. Interrogat uxorem in quo loco ab ea vox illa magis audiretur? quæ reſpondit in lecto in quo uir eius deceſſerat. Et illi ſedere ſuper lectum defuncti, & ibidem nouem lectiones mortuorum cum lætania dicere,cęperūt. In fine uero rogationum umbra quędam ante eos ire cœpit uerſus lectum uxoris, ſonumq; faciebat ac ſi per ſolum ſcopa duceretur. Vxor concuſſa & tremula cœpit clamare. Ecce,ecce, o patres. Illi aliqualiter perterriti tacuerunt. Sed Prior uxorem monuit, ut peteret quis eſſet. Qua interrogante, ille reſpondit uoce mirabili in medio cameræ, ſe eſſe animā Guilielmi de Coruo conſortis ſui. Tunc Prior omni timore depoſito cum ſociis acceſſit propinquius, ubi uox illa intonabat, muniensq; ſe ſigno crucis, interrogauit ſpiritum, ſi eum & ſocios fratres cognoſceret, & reſpondit,quòd ſic, eos ex nomine ſingulariter nominando,tunc Prior cœpit cunctis aſtantibus, & audientibus ſic adiurare eum, Adiuro te creatura Dei per potentiam Dei infinitam, per eius ſapientiam ineffabilem, per eius bonitatem indicibilem, per uirtutem ſanctiſſimæ Trinitatis quibus omnia creauit. per myſterium ſanctæ incarnationis, paſſionis, & reſurrectionis, ꝑ uirtutem omnium ordinum ſanctorum angelorum. Et per oē illud quod Dei uirtute te pōt plus aſtringere,conſtringo, & aſtringo. ne recedas de loco hoc,donec ad ea, de quibus te interrogauero ueraciter reſpondeas, Et primo interrogauit. An eſſet ſpiritus bonus,uel malus,& dixit ꝙ eſſet bonus. Secundo ſi animæ finaliter, ſine omni defectu tranſmigrantes haberēt ſtatim beatitudinem, & annuit. Item interrogatus quis eſſet, dixit ꝙ anima Guilielmi de Coruo, quę ibi ꝑꝑ offenſam matris in quā peccauerat (quę ante Deum grauiſſima reputatur) purgatorium particulare pati debebat per duos annos, niſi ſuffragatus

orationibus liberaretur. Item interrogauit an bonus angelus, uel malus ibi eũ adduxiſſet. Et dixit ꝙ bonus. Et quæ ſuffragia mortuis melius opem ferant petitus: dixit, Miſſæ, & Pſalmi pęnitētiales. Poſtquā uero multa interrogaſſet, dixit ſpiritus: Rogo te pater me interrogando amplius, ne crucies: Scias tamen, ꝙ pręſentia corporis Chriſti quod in ſinu tenes, læuior fit pœna mea. Quidam legis doctor de aſtantibus cum interrogans quid ſuper ſe ferret? reſpondit Latine cum antea fuiſſet idiota. Portas ſub cingulo abſconditum officium beatæ uirginis, & ſic erat. Interrogatuſque ſub qua ſpecie loqueretur, reſpondit omnibus audientib. ſub ſpecie columbę, & ſignum ueritatis hora galli cantus reperit ſe dictus doctor coopertum plumis albis. Interrogatus etiam an ſpiritus mali occurrerent cuilibet morienti, & ſi oĩs ſcientia animabus exutis infunditur. Reſpondit ꝙ ſic. Interrogatus quā pęnam ibi in hoſpitio ſuo pateretur, reſpondit pœnā ignis. Item ſi alia pœnam haberet reſpondit aliam in purgatorio communi. Et ſciſcitatus quõ in duob. locis diſtantibus ſimul pati poſſet? Reſpondit, ꝙ de die patiebatur ignẽ in purgatorio communi, & de nocte ignẽ in purgatorio domus ſuæ. Iuſſus ut ſe ſignaret ſigno crucis. Reſpondit ſe non habere manus. Interrogatus ſi audiret? Reſpondit ꝙ ſic, ſed non per aures, ſed per potentiam Dei. Interrogatus iterum quantum in purgatorio hoſpitij ſui ſtare deberet? Reſpondit altiſſima uoce clamans. Rogate pro me orationibus miſſis, & pſalmis pœnitentialibus uſque ad feſtum paſchæ, & tunc liberabor. Interrogatus uero ab uxore quantum deberet in purgatorio communi ſtare? eiulans reſpondit. Roga, & præcari facias pro me Deum, & me non timeas, quia cito liberabor, & ſtatim euanuit, & uelut quidam uentus exiuit, qui omnes aſtantes inſufflauit ad modum cuiuſdam debilis flatus, & ex tunc nihil ibidem auditum fuit. Hanc mirabilem apparitionem ego præſentis opuſculi compilator legim quodam

rotulo, & inſtrumẽto ueridico tranſmiſſo ſummo põtifici, & Cardinalibus tunc temporis apud Auinionẽ commorantibus. Scribit item Pli. iunior li 7. de huiuſmodi apparitionibus ſic. Erat libertus mihi non illiteratus, cum hoc minor frater eodem lecto quieſcebat is uiſus eſſe cernere quendam in thoro reſidentem ad mouentemque capiti ſuo cultros, atque etiam ex ipſo uertice amputantem capillos. Vbi illuxit ipſe circa uerticem tonſus, & capilli iacentes reperiuntur. Puer item (dicit ibidem Plinius) in proedagio mixtus pluribus dormiebat. Venerunt per feneſtras in tunicis albis duo cubantemq; detonderunt, & uia qua uenerant receſſerunt. Hunc quoq; tonſum ſparſoq; circa capillos d. es oſtendit.

QVAESTIO TERTIA. CAP. IIII.

Quibus Angelis, ſocietur anima cum de corpore egreditur, & ſi ſtatim deducitur ad locum ſibi deputatum.

QVAERITVR, An animæ ſtatim egreſſæ de corpore ſocientur angelis bonis, uel malis, & ab eis deducantur ſine mora ad loca deputata eis. Ad quam reſpondendo ponuntur duæ concluſiones. Prima, quòd animæ bonorum poſt ſeparationem a corpore ſi impedimentum non ſit, hoc eſt ſi non habent aliquid purgabile, ſcilicet peccatum ueniale, ſtatim euolant. & deducuntur ad cœlum. Animæ uero malorum ſtatim deducuntur ad infernum ad inſtar ignis, & lapidis, quorum alter ſtatim aſcendit ad ſpheram ſuam, ſi non ſit impedimentum. Lapis uero remoto omni obſtaculo, ſuo pondere ſubito tendit ad centrum. Et contrarium pro hæreſi eſt, ut dicit Tho. 4. ſententiarum diſtinctio. 49. art. 5. q. 2. Quod etiam

probatur

probatur ratione, & auctoritate. Primo probatur ratione per locum a ſufficiēti diuiſione ſic. Nā ſi animę ſtatim poſt ſeparationem a corpore non redditur præmium, hoc pōt eſſe ex tribus. Vel quia anima non eſt capax, uel quia animę pręmium nō debetur, uel quia ſtatim non debetur. Non primum, quia cum anima ſit naturæ intellectualis, eſt capax beatæ cognitionis, & uiſionis Dei, qui eſt principium eſſendi eius, quem uidere naturaliter anima deſiderat, & etiam homines futuri ſint ſimiles angelis Dei. Matth. 22. Qui ſemper uident Deum faciem ad faciem, ergo ſtatim recipiunt præmium. Item præmium animæ propriè debetur, nam tota ratio meriti, & demeriti eſt ab anima, quia corpus non fuit niſi quaſi inſtrumentum. Item merces ſtatim mercennario merenti reddi debet, iuxta illud Leui. 19. Non morabitur opus mercennarii tui apud te uſque mane, quod facere maxime competit Deo, ergo ſtatim recipit anima præmium exiens corpus.
Probatur etiam auctoritate, & primo de bonis, nam latroni Lucæ. 23. dicit Chriſtus, Hodie mecum eris in paradiſo, punctando in termino tibi, ut uno modo exponit Chriſoſt. & Greg. in dialogis. Animæ perfectorum iuſtorum mox, ut huius carnis clauſtra exeunt, in cœleſtibus ſedibus recipiuntur. Probatur etiam de malis. Ioann. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. In puncto, ideſt indiuiſibili uitæ termino, & Greg. dicit Qualis quiſq; hinc egreditur, talis in iudicio præſentatur 25. diſt. qualis Tho. in 4. di. 45. q. 2. Secunda concluſio. Animæ egreſſę a corpore ſociatæ uadunt ad receptacula deputata eis. Probat hoc ſanctus Bonauentura in 4. diſtinct. 2. dicens. Credendum eſt, quòd in egreſſu animæ a corpore aſſiſtant ſpiritus bonus, & malus unus, uel plures, & tunc data ſecundum ueritatem a Deo ſententia, ſi anima bona eſt, per miſterium boni angeli adducitur in cœlo, uel in purgatorio quouſque purgetur, poſtquam uero purgata fuerit, per eius miniſte-

rium

rium educitur. Si uero ſententia ſit mala pro iudicato, tunc per myſterium demonum deducitur ad infernũ, hoc autem ut dicit ipſe eſt cõcedendum probabiliter, & non temere aſſerendum. Nam Gre. dicit in 4. dialogorum, ꝙ animę reprobortum per ſeipſas deſcendunt ad infernum. hæc dominus Bonauent.

QVAESTIO QVARTA. CAP. IIII.

Vtrum liceat morienti petere, ut ſtatum ſuum poſt mortem reuelet.

QVAERITVR, An liceat requirere morientẽ, ut ſibi reuelet ſuũ ſtatũ poſt mortẽ. Ad quam reſpondetur, ꝙ tribus modis contingit aliquẽ ſtatũ alicuius poſt eius mortẽ exquirere. ſ. aut cum pręſumptione, aut cum dubitatione aut cũ humilitate, & deſiderii impletione. Primo cum pręſumptione, puta cum aliquis ſuperbe, uel pręſumptuoſe de ſua facultate confidens hoc petit talis peccat. Secundo cum dubitatione puta, quando petens dubitat de futuro ſtatu, & talis etiam peccat. Tertio exquiritur piè, & humiliter ex deſiderii adimpletione, & tunc petens ab aliquo, ut poſt eius mortem ſibi appareat, non peccat. Cuius ratio eſt, quia cum omnes homines natura ſcire deſiderent. Inquirere ad impletionẽ deſiderii naturalis non eſt peccatum, hęc Tho. quolibeto. 2. q. 2. in corpore quęſtionis, & in ſolutione argumentorum Dñs uero Hẽricus de Aſſia reſpondet, ꝙ hoc minime licet quia quãdam curioſitatem ſapit culpabilẽ, uelle ſcire ſtatum futurorum moriẽtiũ, qui vtilius ignoratur, ꝗ ſcitur a uiuis & qui potius coniiciẽdus eſt ex operibus, ꝗ experiẽdus, dẽt nobis hoc ſufficere, ꝙ hoc Deus reddit unicuiq; ſecundum opera ſua. Vnde, & diuiti dictum eſt. Habent Moyſen, & prophetas illis credant, propterea appari-

apparitiones tales potius uidentur credendæ dęmonum deceptiones, & illuſiones, quàm ueri ſtatus animarum indicationes, talibus ideo confidendum non eſt. Hęc ille. Sed tu Thomam ſequere, nec tamen in hoc Henricum ſpernas.

Quintum Caput Principale huius primæ Decadis, quatuor Quæſtiones complectens.

QVAESTIO PRIMA, CAPI. QVINTI.

Vtrum damnati, recta ratione appetere poſſint non eſſe, ad miſerias inferni, & eius carentiam euadendas.

QVAERITVR, An animę damnatę propter fugam, & carentiam miſeriarum, & pœnarum æternalium inferni poſſint appetere recta ratione, & deliberatiua non eſſe. Ad quam primo uidetur reſpondendum affirmatiuè, Nam Apo.9.dicitur, quòd in diebus illis deſiderabũt homines mori.& 6.c. ibidem dicitur, quod damnati dicent montibus. Cadite ſuper nos. Et Chriſtus Matt. dicit de Iuda, quòd ei melius fuiſſet natum non fuiſſe, quàm perpetuo damnari. Reſpondeo dicendo, ꝙ circa hoc Scotus in 4.diſt. l. 2. & in parte, Franciſcus de Maronis in ſuo conflatu.diſt.40.dicunt cum Anſelmo.c.17. monologion, quòd animæ damnatę recta ratione appetere non poſſunt non eſſe, ad euadendas miſerias inferni, & ad carentiam pœnarum infernaliũ. Et probare nituntur hanc ſuam opinionem iis infra.10.rõnibus, & auctoritatibus. Primo ſic. Nullus ſecundũ rectam rationem debet appetere maius malum ꝓpter fugam minoris mali. Sed fuga pœnę inferni eſt minus malum, & quaſi particulare malum reſpectu

non eſſe, quòd adimit totum bonum (quià totam naturam) ergo non eſt appetendum recta ratione nõ eſſe ꝑꝑ carentiam pœnarum. Item ſecundo. Fuga maioris perfectionis non eſt appetenda propter ademptionem minoris perfectionis. Sed eſſe eſt maioris perfectionis, q̃ gaudium ex fuga pœnarum. Nam eſſe, ut dicit Dionyſius de diuinis nominibus, Inter oẽs diuinas participationes eſt nobilius, ergo. Item tertio. Nullus ſecundum rectam rationem põt aliquid appetere contra inclinationem naturalem quæ ſemper melius intẽdit, Cum reguletur a non errante intelligentia quæ eſt Deus. Sed ad eſſe eſt appetitus naturalis, vt patet. 2. de generatione & 2. de anima. Et a Deo immediate in creatura rõnali cauſatum eſt ergo non eſſe recta ratione propter carentiam pœnarum appeti nõ poteſt, maxime ẽt cum pœnæ æternæ conſonẽt uoluntati diuinæ infligenti eas. Item quarto. Nullus recta ratione poteſt appetere non eſſe ad fugiendum iuſtum, & bonum, quia poſitiuum, & punitiuum pœnæ, ergo non poteſt appeti non eſſe, ut euitetur pœna. Item quinto. Omnis habitus melior eſt ſua priuatione, ſed eſſe eſt habitus, forma, & perfectio, non eſſe autem eſt priuatio, ergo non poteſt appeti non eſſe, ut priuemur ipſo eſſe. Item ſexto. Illud eſt melius, quod plures, immo omnes magis eligunt, & cupiunt: primo ethicorũ. Sed eſſe omnia appetunt, & plures illud eligunt, non eſſe autem econtra, ergo eſſe ſupra non eſſe in pœnis eſt præeligendum. Item ſeptimo. Bonum quanto communius, tanto diuinius, & conſequenter tanto optabilius. Sed non eſſe, ut pœnis careamus cœdit in Dei confuſionem propter carentiam diuinæ iuſtitiæ, ergo melius eſt eſſe. Item octauo, illud in quo non eſt aliqua ratio bonitatis, in eo non eſt ratio melioris, & per conſequens nec præelectionis. Sed non eſſe nullam habet rationem bonitatis cum ſit priuatio totius naturæ, ergo non debet eligi, nec præeligi ad carentiam pœnarum inferni. Item nono,

maius

maius malum eſt magis fugiendum, quàm minus ma lum. Sed miſerum eſſe in tormentis eſt minus malum cum ponat eſſe, quam non eſſe, quod tollit omne bonum, cum nihil relinquat, ergo præeligendum eſt miſerum eſſe in tormentis, quàm non eſſe ſimpliciter. Item decimo dicit Franciſcus de Maro. ubi ſupra, ꝙ quæ Deus poteſt potentia abſoluta, quandoque poterunt fieri, & reduci in eſſe, quia potentia abſoluta, & ordinata, ſiue diſtincta in Deo ſunt idem, ergo damnatis melius eſt eſſe, & exiſtere in tormentis, quàm non eſſe ſimpliciter quia ſaltem ſubduntur huic potentiæ Dei abſolutæ, quæ quandoque poterit adduci in eſſe, & in actum. Sunt pro hac opinione, ut dicunt auctoritates Auguſtini. 11. de ciuitate Dei. cap. 26. dicentis. Miſertimus ſi quis immortalitatem daret, qua nec ipſa miſeria moreretur, profecto exultarent lætitia, & ſic ſemper eligerent eſſe, quàm omnino non eſſe. Ita enim ui quadam naturali ipſum eſſe iucundum eſt, vt non ob aliud, & ij qui miſeri ſunt, nolunt interire: hæc ille. Et in libro de libero arbitrio ait. Conſidera quantum bonum eſt eſſe, quod, & beati, & miſeri uolunt. Maius eſt enim eſſe miſerum, quam omnino non eſſe. Exemplum eorum qui in carcerib. ſunt cathenis, & compedibus ſtricti, tormentis vexati, infirmi generibus multis infirmitatum, & tamen præeligunt ſic eſſe, quam mori. Et licet ore uocent mortem, corde id negant. Similiter decrepiti ſenes, quos ſequuntur omnes morbi, præeligunt ſic ſtare, quàm mori. Et ſic iſti huius ſcholæ tenent, hoc pro ueritate, & ſententia, & reſpondent primis duabus auctoritatibus Ioannis in Apocalypſi, quòd damnati dicendo illa appetunt non eſſe ratione non recta. Sicut peccator errore rationis deceptus dimittit maius malum admiſſo minori malo propter aliquod delectabile particulare. Et ad Ieſu Chriſti auctoritatem dicunt, quòd intelligitur quantum ad ſecundam natiuitatem extra vterum, non quantum ad primam quæ eſt infu-

ſione

ſione animæ rationalis in corpore organizato. Eſt al ter communis dicendi modus Beati Aug. in multis lo cis quem ſanctus Thom. in 4. ſententiarum di. 5. q. 2. imitatur, qui habet, quòd damnati recta ratione, & deliberatiua poſſunt uelle, & uolunt propter carentiam pœnarum ſe non eſſe: Et iſti huius ſcholæ pro bant intentum rationibus, & auctoritatibus, & reſpõ dent rationibus ſcholæ domini Ioannis Scoti ſupra adductis, & primo ſic. Omne delectabile eſt deſiderã bile, ſed carentia mali eſt delectabilis, ut dicit Philo ſophus primo Retho. ergo eſt deſiderabilis. Item ſecundo, illud quod non includit malum eſt optabile. Item tertio, melius eſt beatum eſſe quam ſolum eſſe, ergo per locum propoſiti, & appoſiti peius eſt damnatum eſſe, quàm non eſſe. Item quarto, damnatorũ miſeria, & pœna excedit omnem pœnam, & miſeriã huius mundi, ſicut beatorum compræhenſorum glo ria excedit viatorum omnium gloriàm, & delectatio nem. Sed ad euitandam miſeriam huius mundi appe tibile eſt aliquibus mori, ergo multo fortius damna tis ſecundum rationem deliberatam ad euadendas pœnas æternas appetibile eſt non eſſe. Probatur minor. Eccleſiaſt. cap. 41. O mors, quàm bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viri bus, defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt incredi bilis qui perdit ſapientiam. Ad hoc facit per locum a minori quod dicit Plinius. 7. libro naturalis hiſtoriæ. Multi extitere qui non naſci optimum ſenſere, aut quàm ocyſſime aboleri. Similiter Cicero primo Tuſculanarum adducit dictũ Sileni philoſophi, ad Midam regem Lydorũ dicentes. Non naſci hominem longe optimum eſſe, proximum autem quamprimum mori, & hoc propter miſerias mundi, quanto magis pro pter pœnas æternas. Item quinto illud, quod de ſe nõ eſt malum, eligibilius eſt, quàm infinitum malum, ſed non eſſe non eſt malum de ſe. Vnde dicunt Doctores, quòd ideo priuatio beneficii creationis non

cedit

cœdit in detrimentum non creati, quia ex hoc nullam pœnam incurrit non creatus, pœna autem æterna eſt malum infinitum, ergo eligibilius eſt recta ratione non eſſe (quod de ſe nō eſt malum) quam pœna æterna, quod eſt malum infinitum. Pro hac parte eſt auctoritas prima. Augu. in ſermone de murmuratione, qui incipit. Commorantibus vobis in heremo, vbi ſic dicit. Melius eſt enim fratres mei carere eſſe, quàm perpetuo cruciari. Nam non eſſe quid ſit ignoro. Sed habere eſſe, & perpetuo cruciari, quid aliud eſt, quàm mortem ſine morte ſempre habere? Verum igitur, & indubitanter fratres dicere audeo, quòd melius eſſet non eſſe, quàm cum eſſe perpetuo cruciari, vel æternaliter affligi. Hæc ille. Et in lib. de miſeria damnatorum dicit. O mors dulcis es quibus amara fuiſti. Te ſolam deſiderant qui te vehementer oderunt &c. Et Hiero. ſuper illud Matth. 26. Melius ei fuerat ſi natus non fuiſſet, &c. Dicitur, & ponitur a ſancto Tho. in cathena aurea. ſuper hoc paſſu. Lactenti materno vtero melius eſt non eſſe, quàm ad tormenta eſſe. Sunt etiam auctoritates Apoca 9. & 6. c. poſitæ in fronte quæſtionis. Vltimo eſt auctoritas Chriſti concludens omnia, etiam in fronte quæſtionis adductę Melius ei erat &c. Vbi glo. ordinaria dicit. Verbum Chriſti ſimpliciter dictum eſt quò ad eſſe in vtero, & extra vterum. Sunt pro hac parte exempla quotidiana eorum, qui ob carentiam pœnarum temporalium ſemetipſos interficiunt, ergo ſi de quo minus videtur eſſe concedendum, conceditur, igitur de quo magis, ſapiens quilibet non negabit, ſcilicet de pœnis ęternis inferni. Nunc vero ad rationes ſcholæ contrarię reſpondendo dicitur primo cum diſtinctione ad nouem argumenta primo, ꝙ non eſſe poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſm ſe, & ſic nullo modo pōt eſſe appetibile cū nō habeat aliquā rōnem boni, ſed ſit pura boni priuatio, & ſm hanc viam procedunt argumenta nouem prædicta. Alio modo poteſt non eſſe

conſi-

conſiderari per accidens inquantum eſt ablatiuũ pœnalis, uel miſerę uitæ, & ſic non eſſe accipit rationem boni. Carere enim malo, quoddam bonũ eſt, (ut dicit philoſophus. 5. ethi.) Vnde ſolet diſtingui, ꝙ ly per accidẽs poteſt ſe tenere a parte ſubiecti, ſcilicet, quòd aliquis per accidens appetat non eſſe. Ita ꝙ non eſſe habeat rationem obiecti per ſe, & ſic nõ eſt uerum, quia adeſſe, quòd eſt contrarium ipſius non eſſe, obiectiuè ſit appetitus naturalis, & inclinatio. Alio modo, ꝙ ly per accidens teneat ſe ex parte prædicati, & ſic eſt ſenſus, quod aliquis appetat non eſſe tãtum per accidẽs, quia ſic non eſſe, non eſt per ſe obiectum appetitus, ſed aliquid aliud. ſ. non eſſe miſerum, quod appetitur per ſe, & hic ſequitur non eſſe per accidẽs. Et per hũc modum dicitur, & conceditur a ſanctis, & Tho. ꝙ dãnatis melius eſt non eſſe, q̃ miſeros eſſe. Vnde ſuper illud Iob. 3. & Hierem. 20. Maledicta dies in qua natus ſum. Dicit formaliter Hiero. quòd damnatis melius eſt non eſſe, quàm male eſſe, & ſecũdum hoc damnati poſſunt præeligere non eſſe ſecundum deliberatiuam rationem. Ponit ad hoc exemplum. B. Vincentius dicẽs. Quid melius eſt, quod tibi a rege donetur caſtrum ſic, uel ne? Certe melius eſt, quòd donetur. Sed quid melius eſſet donare caſtrum fructus centum ducatorum cum penſione annuali ducentorum an non dare? Certe melius eſſet non dare, nec admittere &c. Ad argumentum. 10. Franciſci de Maronis reſpondetur, quod quæ Deus poteſt poteſtate abſoluta nunquam fient, quia implicat, ꝙ faciat aliquid, & non ordinate fiat. Cum omnia quę ſunt a Deo, ſint ordinata ſecundum apoſtolum & adducit Tho. primo ſent. di 48. i. ultima. Ad auctoritatem Augu. dicitur, quòd nõ eſſe nõ eſt per ſe eligibile, ſed per acccidẽs inquãtũ eſt terminatiuũ miſerię. Vnde licet eſſe, & uiuere naturaliter ab oĩbus appetantur. non tamẽ ab oĩbus in triſtitia exiſtẽtib. appetũtur, (ut dicit philo. 10. ethi.) Exemplum ẽt eorum de incarceratis reſponſione nõ

eget, eadem enim facilitate contemnitur qua approbatur.

QVAESTIO SECVNDA. CAP. V.

An liceat mortem appetere.

DVBITATVR, quot ſunt propter quæ mors occurrit appetenda, ſub ratione boni? Ad quam reſpondetur, quòd mors quadrupliciter occurrit appetenda ſub ratione boni, & econuerſo totupliciter occurrit fugienda ſub ratione mali. Primò enim mors occurrit appetenda ſub ratione boni inquantum conſideratur, vt priuatio omnis miſeriæ, & pœnæ, quam quis hic habet, uel ſe habiturum formidat, & hac conſideratione quidam ſeipſos occidunt propter miſerias quas præſentialiter patiuntur, quidam uero ne miſerias, quas de propinquo iminere uident, incidant. Hoc modo dicit Beatus Augu. primo de ciuita. Dei cap. 16. Quædam Chriſtianæ fœminæ tempore perſecutionis, ut ſectatores ſuæ pudicitiæ deuitarent, necandæ ſe in flumen proiecerunt eoque modo defunctę ſunt, quas quidam inter martyres colendas putauerunt, de quo Auguſt. nihil temere vult diffinire. Sed miſeri iſti certe ſeipſos ſic occidentes, qui corruptum intantum habent iudicium rationis, quod non inuenientes quomodo liberentur a malo, quandoque paruo, quod patiuntur confugiunt ad non eſſe per mortem, ſibimetipſis illam inferentes, tanquam a malis omnibus liberatricem, quæ ſecundum veritatem, eſt pro temporali malo perpetuæ damnationis inuentio crudeliſſimę pœnę, hoc conſtat quibus Chriſtianæ religionis ueritas illuxit, quia licet homo eſſe deſiſtat, & patiatur hic amplius, tamen anima remanens ęternis cruciatibus per hoc flagitium ſubdetur, & inſuper poſt mortem

in

in anima, & corpore, & ita tales malum, quod euadere quęrunt, non euadunt, ſed amplius multo incidunt. Propterea dicebat Lactan. libro. 6. cap. 11. inſtitutionum. Sponte ſua lęto caput offerre nihil eſt ſceleratius, nam ſi homicida nepharius eſt, quia hominis extinctor eſt, eidem ſceleri obſtrictus eſt, qui ſe necat, quia hominem necat, immo uero maius eſſe, id facinus exiſtimandum eſt. Cuius ultio ſoli Deo ſubiacet. Nam ſicut in hanc vitam non noſtra ſponte uenimus. Ita rurſus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum eſt nobis aſſignatum, eiuſdem iuſſu recedendum eſt, qui nos in hoc corpus induxit tam diu habitaturos, donec iubeat emitti. Hæc ille. Secundo mors occurrit ſub ratione boni, inquantum mors eſt uia ad uitam immortalem, præſenti meliorem, quia de communi lege, qui ſemel mortuus eſt amplius non morietur, omnes enim reſurgent ad immortalitatem, & dixi de communi lege, q̨a licet ſecundum illam communem naturę legem ſtatutum ſit hominibus ſemel mori, ut dicit Apoſtolus ad Hebr. 9. tamen multi homines mortui ſunt, ut ſemel reſuſcitentur de morte ad vitam priſtinam, ut Lazarus, & Traianus. Ad uero aliquis fuerit ter mortuus, non legi adhuc. Nemo ergo hominū ad uitā immortalem peruenit unq̃ nec perueniet niſi morte mediante. Nullus de uita hac ad uitam aliam perpetuę fœlicitatis, uel infœlicitatis immediate tranſlatus eſt, uel unquam transferetur. Nullus deſcendit quādoque uiuus ad infernum, ſicut nullus ante non mortuus aſcendit unquam ad cœlum. Similiter, & hac conſideratione quidam immortalitatis auidi circa qualitatem ſtatus futurę uitæ decepti ſeipſos occiderunt ſicut de facto fecit Cleombrotus Platonis diſcipulus, de quo fertur, ut dicit B. Aug. in primo de ci. Dei. c. 22. ꝙ lecto Platonis libro de immortalitate animæ pręcipitē ſe dedit de mūro, ut ex hac uita migraret ad eā quam credidit eſſe meliorem, & male. Nam uetat Pithagoras in iuſ-

ſu imperatoris, ideſt Dei a præſidio, & ſtatione vitæ decedere, ut dicit Cice. in li. de amicitia. Tertio mors occurrit ſub ratione boni inquantum aliquem hac, vel illa cauſa voluntariè morientem oſtendit ſe iuſtum, vel reddit ſe laude aut præmio dignum. Hac iterum conſideratione quidam ſeipſos occiderunt, de quibus fuit illa Lucretia mulier Romana de qua dicit B. Aug. primo lib. cap. 19. de ciui. Dei, quòd ſeipſam oppreſſa a Tarquino occidit. Puduit enim eã turpitudinis alienæ in ſe commiſſæ etiam ſi non ſecum, & Romana mulier laudis auida nimium uerita eſt, ne putaretur quod uiolenter eſt paſſa cum uiueret, libenter paſſa ſi uiueret, unde ad oculos hominum mentis ſuæ, teſtem illam pœnam adhibendam putauit, quibus conſcientiam demonſtrare non potuit. Huius Lucretiæ, & epitaphium ab Ouidio fuiſſe factum dicitur hoc modo.

Cum foderet gladio caſtum Lucretia pectus.
Sanguinis, & torrens egrederetur ait.
Teſtes præcedant me non fauiſſe tyranno.
Ante uirum ſanguis, ſpiritus ante Deos.
Quam bene producti pro me poſt fata loquantur.
Alter apud manes, alter apud ſuperos.

Quidam etiam hanc conſideratione non ſunt reueriti ſe morti exponere pro laude humana, ut ſic conſtantes, & fortes prædicarentur. Quidam in factis bellicis, vt Cæſares &c. Quidam in aſſertionibus friuolis, ut Iudæi, hæretici, & alij infideles. Quidam etiam non ſic ſe morti intrepidè expoſuerunt pro laude ſua, ſed pro Dei gloria, & ipſorum fœlicitate æterna, vt omnes ſancti martyres. Quarto occurrit mors ſub ratione boni inquantum tollit homines inutiles, & ſuperfluos maxime quando tollit homines peruerſos, & R. p. tribulatores, ut ſunt latrones, fures, tyranni, & horum ſimiles, qui ab his, qui ciuiliter præſunt iudicibus, pœna mortis legibus ſtatuta humanis auferri ſolent de medio uiuentium, ſicut, & legibus diuinis diuerſi generis hominibus iniquis mors

infligenda olim erat, ut patet per decurſum legis Moyſi. hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

ADDITIO.

Quomodo mortē ſubire intentione placendi Deo, quis poteſt, videto Bonauenturam lib. 3. diſt. 30. quæſtio. 2. Bielem in Sermone de Sancto Bartholomæo. At ſibi manus inferre, nemini licet. Quapropter damnantur, qui ſibi mortem conſciſcere, ut Laurentianus Florentinus, qui citra ullum corporis incommodum, citraq; euidentem morbi cauſam, in puteum ſe coniecit. (Auctore Cœlio, & Crinito) Qua etiam more, ſe extinxit Petrus Leonis, uir in philoſophia excellēs, & inſigni prudentia. Et Galenus imperator, qui genitalibus paulatim putreſcentibus, præ uitæ tędio, gladio ſibi latus aperuit, teſte Baptiſta Egnatio Veneto, & alii quamplurimi ſunt a Ioanne Rauiſio numerati, qui ſibi mortem conſciuerunt.

QVAESTIO TERTIA. V. CAPI.

Vtrum eligibilius ſit appetere non eſſe, quàm peccare.

QVAERITVR, An recta ratione eligibilius ſit homini fideli, appetere non eſſe, quàm peccare mortaliter, aut venialiter. Ad quam reſpondet Scotus, vbi ſupra, quòd recta ratione appetibilius eſt homini, & eligibilius peccare mortaliter, & uenialiter, quàm non eſſe. Primo, quia illud eligibilius eſt, quod includit minus malum, ſed peccare mortaliter ſine culpa non adimit totum bonum, relinquit enim naturam, non eſſe autem nihil relinquit, ergo. Secundo, quia nobilior participatio diuina eſt eſſe, quàm eſſe

ſine culpa ergo potius debet eligere iuſtus peccare cõtra Deum, quàm nõ eſſe. Tho. autem quodlibeto primo tenet contrarium dicens, ꝙ iuſto eligibilius eſt appetere non eſſe, quàm peccare mortaliter. Ratio eſt, quia quilibet tenetur magis fugere illud, qđ eſt contra Deum, ꝙ̃ illud quod eſt contra ſeipſum. Nam plus tenetur ſecundum ordinẽ charitatis diligere Deum, ꝙ̃ ſeipſum. Sed culpa eſt contra Deum non eſſe uero eſt contra ſeipſum ergo &c. Et idem Thom. quolibeto 11. loquens de mendacio, & ſecunda ſecundæ quæſt. 43. arti. 7. loquens de ſcandalo, & q. 110. loquens etiam de mendacio uidetur innuere de peccato ueniali, quòd iuſtus potius debet eligere mortem, quàm peccare uenialiter. Nam peccatum ueniale licet gratiã Dei non tollat per quam eſt homini ſalus, quia tamẽ impedit augmentum charitatis, & ad mortale diſponit, & ſic uergit in detrimentum propriȩ ſalutis, & in offenſam Dei, ideo non debet præponi recta ratione offenſæ Dei, & proprie ſaluti. Vide de hoc in decretis. 13. diſt. c. uerum. hæc omnia Thom. & Scotus ubi ſupra.

QVAESTIO QVARTA, CAPI. V.

An fortis fortitudine politica debeat plus fugere peccatũ oppoſitum fortitudini, quàm mortem corporalem.

QVAERITVR, Si fortis fortitudine politica debeat plus fugere peccatum oppoſitum fortitudini, quam mortem corporalem. Ad quam uidetur primo reſpondendum, quòd plus fortis debeat fugere mortem corporalem, quàm oppoſitum fortitudinis, & primo ſic. Nam propter quod unumquodque, & illud magis primo poſteriorum. Sed naturali dilectione quilibet diligit alium pp ſe. Vnumquodq; .n. diligit aliquid inquantum eſt bonũ ſibi,

ſibi, ergo naturali, & politica dilectione quilibet plus ſe, & uitam ſuam quę per mortem perditur diligere debet, q̃ uitare peccatum oppoſitum fortitudini. Itē oēs agens naturaliter agit ad conſeruationem ſui, non autem reflecteretur in ſe ipſam naturam, ſi tenderet in aliud pluſquam in ſeipſum, ergo. Itē ordinata charitas incipit a ſeipſo in l. præſes. C. de ſerui. & aqua, & de ſupplen. negli. præla. c. 1. lib. 6. & 42. di. c. quieſcamus, & de pœ. diſt. 3. ca. ſanè, & in c. niſi de uſu palii, cauendum in glo. ergo cuncta debēt poſtponi poſt uitam corporalem. Sed in contrarium eſt, quia bonum quanto communius tanto diuinius, primo politicorū, ſed bonum rei publicè communius eſt (& per conſequens diuinius) bono perſonæ particularis, ergo bonum eius naturaliter ſupra nos ipſos diligere debemus. Reſpondeo dicendum, quòd quilibet uirtuoſus fortitudine politica, & amore uirtutis, plus debet fugere Peccatum oppoſitum uirtuti, quàm mortem corporalem, hæc concluſio probatur ratione, auctoritate, & exemplis Ratione ſic. Omnis inclinatio rationis conformis inclinationi naturæ non corrupta nec uiciatæ, eſt laudabilis, & uirtuoſa, uel ad uirtutem pertinens. Sed electio qua uirtuoſus, & fortis politicus elegit mortem corporalem pro conſeruatione uirtutis aut R. p. & plus fugit damnum. R. p. quam damnum uitæ propriæ corporalis eſt conformis inclinationi naturæ integræ, ergo. Probatur minor a S. Thom. pri. par. q. 60. ar. 5. ſic. Vnumquodque enim in rebus naturalibus, quod ſecundū naturam hoc ipſum, quod eſt alterius eſt, principalius, & magis inclinatur in id cuius eſt, quàm in ſeipſum, & hæc inclinatio naturalis demonſtratur ex iis quæ naturaliter aguntur, quia unumquodque ſic agitur naturaliter, ſicut aptum natū eſt agi. 2. Phyſicorum. Videmus enim naturaliter quòd pars ſe exponit ad conſeruationem totius corporis. Et quia ratio imitatur naturam. Huiuſmodi imitationem inuenimus in uirtutibus politicis. Eſt

enim uirtuoſi ciuis,ut ſe exponat mortis periculo pro totius reipublicę conſeruatione,& ſi homo eſſet naturalis pars huius ciuitatis,hęc inclinatio eſſet ſibi naturalis. Et in 4. ſententiarum diſtinct. 19. quęſt. .artic. 3.diffuſius hanc materiam declarans dicit.Bonum illud unuſquiſque maxime uult ſaluari, quod eſt ſibi placens, quia hoc eſt appetitui informato per amorem magis conforme, hoc autem eſt ſuum bonum. Vnde ſecundum, quod bonum alicuius rei eſt, uel æſtimatur maius bonum ipſius amantis, hoc amans magis ſaluari, uult in re amata. bonum autem ipſius amantis magis inuenitur,ubi perfectius eſt. Et ideo, quod quælibet pars imperfecta eſt in ſeipſa,perſectionem autem habet in ſuo toto,ideo etiam naturali amore pars plus tendit ad conſeruationem ſui totius, quam ſui ipſius. Vnde etiam naturaliter animal opponit brachium ad defenſionem capitis ex quo pendet ſalus totius. Et inde eſt, quod etiam particulares homines ſeipſos morti exponunt pro conſeruatione ciuitatis cuius ſunt partes. Idem ponit ſecunda ſecundę.q.26.art.3. dicens. Vnaquęque pars plus naturaliter amat commune bonum totius, quàm particulare bonum proprium quod quidem manifeſtatur ex opere. quælibet enim pars habet inclinationem principalem ad actionem communem utilitati totius. Apparet hoc in politicis uirtutibus ſecundum quas ciues pro bono communi diſpendia propriarum rerum, & perſonarum interdum ſubſtinent. Secundo probatur dic. conclusio auctoritate Auguſtini. 5.de ciuita. Dei cap.12.dicentis. Veteres igitur primique Romani quantum eorum docet, & commendat hiſtoria quamuis, ut aliæ gentes(excepta una populi hebręorum) Deos falſos colerent, & non Deo uictimas,ſed dæmonibus immolarent,tamen laudis auidi,pecunię liberales erant, gloriam ingentem, diuitias honeſtas uolebant hanc ardentiſſimè dilexerunt, propter hanc uiuere uoluerunt, propter hanc, & mori non

dubi-

dubitauerunt. Cæteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate præſſerunt. Ipſam denique patriam ſuam, quam ſeruire uidebatur inglorium, dominari uero, atque imperarę glorioſum, prius omni ſtudio liberam, deinde dominam eſſe concupierunt &c. Tertio probatur exemplis. Nam uidemus, quod quidam gentiles amore amicorum ſe morti expoſuerunt, non quòd charitas faceret, quòd plus diligeretur proximus, quàm uita propria. Sed quia plus diligit, quis bonum uirtutis in proximum. quàm bonum corporale, ut dicit Tho. ſententiarum. q. 29. q. 1. art. 5. Alios etiam legimus plus. R. p. quàm parentes, filios, fratres dilexiſſe, prælegiſſe mortem quàm oppoſitum alicuius uirtutis admiſiſſe etiam ſine ſpe uitæ æternę. Ad primum dicendum, quod illi qui diligunt bonum. R. p. propter ſe. diligunt illam amore corrupto concupiſcentię uitiato. & non uirtutis. Ad ſecundum dicendum, quòd natura reflectitur in ſeipſam non ſolum quantum ad id, quod eſt ei ſingulare, ſed multo magis quantum ad communem. Inclinatur enim unumquodque ad conſeruandum non ſolum ſuum indiuiduum, ſed etiam ſuam ſpeciem, & multo magis habet naturalem inclinationem unumquodque ad id, quod eſt bonum uniuerſale ſimpliciter. Ad tertium dicendum, quòd ordinata charitas incipit à ſeipſo, ſecundum tamen rectam rationem uirtutis. Hæc Tho. ubi ſupra, & dominus Ioan. Capreolus Tholoſanus in quarto.

CAPVT SEXTVM PRImæ Decadis.

An mortui ſciant, quæ apud uiuos aguntur.

VTrum aīę ſeparatę cognoſcāt, & ſciant ea quę apud nos uiuos aguntur. Ad quā primo uidetur responden-

reſpondendum affirmatiuè ſic. Nam ille qui de re aliqua curam habet, cognoſcit illam, ſed diues epulo de ſuis fratribus curam habuit dices. Lucæ decimoſexto. Habeo enim quinque fratres, ergo cognoſcebat, & ſciebat quæ in mundo faciebant. Reſpondetur dicendum, quod cognitio eſt triplex. Quædam eſt certa, &.naturalis. Secunda eſt conie&uralis. Tertia eſt reuelationis. Quantum ad primam cognitionem eſt prima concluſio, quòd mortui non ſciunt quæ hic aguntur, quòd probatur ratione, & au&oritate. Primo ratione, quia cognitio naturalis ſit per ſpecies abſtra&as a rebus ſenſibilibus per ſenſus exteriores, & interiores, ut patet, hoc autem ſoli animæ unitæ corpori conuenit. Secundo idem probatur au&oritate per illud Iob decimoquarto dicentis. Siue fuerint filii eius nobiles, ſiue ignobiles non intelliget. Et Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda dicit. Animæ mortuorum rebus uiuentium non interſunt. Et Gregorius duodecimo moralium dicit. Mortui uitam in carne uiuentium poſt eos, qualiter diſponatur neſciunt, quia uita ſpiritus longe eſt a uita carnis. Et ſicut corpora, & incorporea ſunt diuerſa genera, ita diſtin&a ſunt cognitione. facit ad hoc capitu. fatendum decimatertia queſtione ſecunda. Secunda concluſio. Animę ſepatatæ cognitione conie&urali cognoſcunt multa eorum quæ apud nos fiunt, patet hoc per illud Lucæ decimoſexto de epulone, quia enim diues epulo non uidebat fratres in inferno, nec in limbo cum Abraham conie&urabat, quod eſſent in mundo. Tertia concluſio. Animæ defun&orum in purgatorio nondum beatæ cognoſcunt multa eorum quæ hic aguntur. Primo modo per reuelationem ęqualis, uel ſuperioris ſpiritus, puta animarum quę ex mundo ad eas tranſeunt, uel bonorum, aut malorum angelorum ad eas quotidie deſcendentium. Secundo modo per infuſionem ſpecierum

cierum ab aliquo ſuperiori ſpiritu uel Dei, uel Angelorum, ut patet per Augu. in c. fatendum 13.q.2. Tertio modo cum contingit, & permittitur eis, ut ad nos ueniãnt. Quarto per pœnarum cumulationem, uel diminutionem, ut dicit Grego. in homelia diuitis. Quinto modo per priorum, & præcipue peccatorum commiſſorum recordationem, memorando peccata quæ fecerunt. Nam ſi non haberent memoriam pecatorum commiſſorum in uila mortali, non haberent materiam gratias referendi Deo de eius miſericordia. Vnde Greg. ſuper illud, Miſericordias domini in æternum cantabo. Quomodo in ęternum miſericordiam canit quę pręteritæ miſeriæ nõ meminerit? Et Algazel. 2. meta. dicit, ꝙ anima ſeparata concipit ſe concepiſſe dolorem per ignorantiam, ſi fuit ignorans, & mala, & percipit ſe delectaſſe in ſapientia, & ſcientia. ſi fuit ſapiens, & bona. Quarta concluſio. Animæ damnatorum cognoſcunt multa quæ hic aguntur, primo per reuelationem nouiter ad eos tranſeuntium. Cum etiam permittitur eis, ut ad nos ueniant, atque etiam per reuelationem bonorum, aut malorum angelorum, cognoſcunt etiam memorando, & recordando mala quæ fecerunt, & quæ incurrerunt, & bona quæ omiſerunt, & ammiſerunt. Vnde Abraam dixit. Fili recordare, quia recepiſti bona in uita tua. Luc. 16. & Auguſti. 9. confeſſionum dicit. Mortui habent memoriam noſtri. Conſiderant etiam damnum, quod ex ſua ſcientia incurrerunt, quia creatoris ſui ſeruitio non uacauerunt. Cognoſcunt etiam ſe odire Deum non inquantum Deus eſt ſummum bonum, ſed inquantum eſt iuſtus, & collatiuus pœnarum. Cognoſcunt etiam cogitando Deum non inquantum bonus, quia talis cogitatio eſſet eis delectabilis. Sed cogitando de Deo inquantum eſt eis malus, & inquantum punit ipſos, & affligit, & hoc erit eis in pœnam maximam. Tho. in 4. diſtinctio. 5. Quinta concluſio. Animę ſepara-

tę beatorum in contemplatione diuinæ eſſentiæ, in qua omnia relucent, cognoſcunt omnia quæ pertinẽt ad perfectionem intellectus eorum, & ad eorum beatitudinem. Vnde Greg 12. mora. Qui intus claritatem Dei vident, nullo modo credendum eſt, quòd ſit aliquod exterius, quod ignorent. Et idem ibidem. Quid eſt quod non uideant, qui uidentem omnia uident? Sed contra, quia Augu. in libro de cura pro mortuis habenda, ſic ait. Neſciunt mortui etiam ſancti quid agant viui etiam eorum filii, quod probat per hoc, quòd a matre ſua defuncta non cõſolabatur ſicut quã do viuebat. Nec eſt probabile, vt in vita fœliciore ſit facta crudelior. Reſpondetur, quòd Beatus Auguſtinus loquitur dubitatiuè, ſed Beatus Gregorius aſſertiuè. Et ideo Sanctus Thom. magis tenens cum Gregorio, quàm cum Auguſtino, declaranſque Beatum Gregorium dicit, quòd omnia quæ pertinent ad perfectionem intellectus, & ad perfectionem uniuerſi, beati videntes eſſentiam Dei cognoſcunt. alia vero non. Hæc Thom. 1. parte quæſtio. 89. artic. 8. & lib. 3. contra gentiles. capitu. 57. Ad argumentum epulonis dicitur, quòd eius cognitio fuit coniecturalis, aut per reuelationem, non autem naturalis. Poteſt etiam negari conſequentia, nam non valet Mortui habẽt curam viuorum, ergo cognoſcunt eorum facta. Nam nos viui de mortuis curam habemus eis ſuffragia impendendo, & tamen eorum ſtatum ignoramus. hæc dominus Ioãnes de Turre Cremata ſuper decretum.

CAPVT SEPTIMVM PRIMAE Decadis, de cognitione animarum ſeparatarum. Circa quod quatuor quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA. CAPI. SEPTIMI.

Vtrum anima ſeparata cognoſcat ſe, & quomodo.

QVAERITVR, Si animæ ſeparatæ ubicunque fuerint ſe cognoſcant, & de modo quo ſe cognoſcunt. Ad quam reſpondendo tria dicenda ſunt. Primum. quòd animæ ſeparatæ ſecundum, ꝙ fides tenet, cognoſcunt ſubſtantias ſeparatas, ideſt angelos, & dæmones in quorum ſocietate deputantur. Non enim uidetur probabile, quòd animæ damnatorum ignorent dæmones, quorum ſocietate deputantur, & qui animabus dicuntur aſpectu eſſe terribiles. Et multo minus probabile eſt, quòd animæ bonorum angelos ignorent quorum ſocietate lætantur. Secundum dicendum eſt, ꝙ animæ ſeparatæ ubicunque ſint, ſe mutuo cognoſcunt. Probat hoc Grego. uerbis domini eis Lucæ.16. circa medium quarti dialogorum, vbi dicit, quòd boni cognoſcunt malos. Nam Abraham, & Lazarus boni diuitem epulonem cognouerunt. Si enim eum in tormentis poſitum non cognouiſſent, nequaquam dixiſſent, quòd bona ſua recepiſſet in uita ſua. Item mali bonos cognoſcunt. Nam diues precatur ex nomine dicens. Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam. Item boni cognoſcunt bonos, nam Abraham cognouit Lazarum. Item mali cognoſcunt malos. Nam diues malus fratres malos cognouiſſet, ſi tamen in infernum deſcendiſſent. Item boni cognoſcunt eos, quos in uita nunquam viderunt. Nam Abraham cognouit Lazarum, & diuitem quos in hac vita, nunquam uiderat. Tertium dicendum eſt, de modo quo animæ ſe cognoſcunt. Ad quod dicitur, quòd anima dum corpori eſt vnita, intelligit per ſenſibiles res corporeas. Nam intelli-

intelligentem oportet phantaſmata ſpeculari. 3. de anima. dum autem eſt a corpore ſeparata, intelligit non per conuerſionem ad phantaſmata. Nam intelligere animæ corrumpitur interius. ſ. per mortem quoddam corrupto. 3. de anima. Sed intelligit per conuerſionem ad quæ ſunt ſimpliciter intelligibilia. Sicut, & aliæ ſubſtantiæ a corpore ſeparatæ, ita quòd ipſa nõ intelligit ea quæ ſunt extra ſe, quę nunquam cognouit per ſpecies innatas, nec per ſpecies, quas tunc abſtrahit, nec per ſpecies conſeruatas, nec per eſſentiam ſuam, nec per eſſentiam rerum intellectarũ, ſed per ſpecies ex influentia diuini numinis participatas, quarũ anima fit particeps ſicut & aliæ ſubſtantiæ ſeparatę quamuis inferiori modo, vnde ceſſante conuerſione ad corpus, anima ſe ad ſuperiora conuertit habens aſpectum erectũ ad ſuperiores ſubſtantias, ut ex influentia earum cognoſcat. Et quia commune eſt omni ſubſtantię intelligibili cognoſcere eſſentiã ſuam, & per intuitionem eſſentiæ proprię ſuę cognoſcere eſſentiam earum in quibus eſt ſimilitudo ipſius. Idcirco anima ſeparata directe ſuam eſſentiam intuẽdo perfecte cognoſcit alias animas, cum animæ eundem modum eſſendi participent cum ſint eiuſdem ſpeciei, & per conſequens eundem habeant modum intelligendi Angelos vero per intuitionem eſſentiæ ſuæ imperfecte cognoſcit, cum ſit infima ſubſtantia in ordine intelligibilium. Quare ſatis patet, quòd animę ſeparatę ſeipſas per ſuas eſſentias cognoſcunt, & perfecte naturaliter. Angelos vero per ſimilitudines diuinitus impreſſas eis, & hoc imperfectè, quoniam animæ natura angelis inferiores ſunt, ut dictum eſt. Et intellige quæ diximus de cognitione naturali, quia de cognitione glorię eſt alia ratio. hæc Thom. 1. par. q. 87. & in quęſtionibus diſputatis de anima.

QVAESTIO SECVNDA CAP. VII.

Vtrum animæ ſeparatæ ad inuicem colloquantur.

QVAERITVR, Si animæ ſeparatę ad inuicem colloquantur,& quomodo. Ad quã reſpondetur, quòd duplex eſt locutio, ſcilicet exterior, & interior Prima fit aliquo ſigno ſenſibili; puta uoce,uel nutu, aliquo corporis mẽbro, lingua uel digito, quę quia in animabus ſeparatis uſque ad diem iudicii non erunt generaliter. Idcirco uſque ad illud tempus locutio exterior corporalis eſſe in eis non poteſt. Et dixi generaliter propter Chriſtum, uirginem matrem, & Ioannem Euangeliſtam qui tres iam in corpore,& anima glorificati dicũtur eſſe in gloria. Locutio vero interior,ſcilicet mẽtalis quæ eſt manifeſtatio uerbi interioris, ſcilicet conceptus mentis per imperium uoluntatis,illa eſt in animabus. Nam animę ſeparatę ubicunque ſunt poſſunt ordinare conceptus ſuos per imperium uoluntatis, ut innoteſcat alteri animæ, uel pluribus animabus. Eodem enim modo quo magiſter cum uult, ordinat conceptus ſuos in mente, ut poſtea diſcipulis uoce manifeſtet, ſic anima conceptus ſuos quos mente retinet, ordinat ad alium, & per imperium uoluntatis eidem manifeſtat. Poſt uero diem iudicii animæ, & ſancti uocaliter loquentur, & mediante uehiculo uerbi interioris ad auditum, ſcilicet mediante uoce, & etiam mediante uehiculo ad uiſum,nutu, ſancti, ſcilicet laudando Deum. Et damnati inter cętera maledicendo, & blaſphemando. Hęc Tho. in 4. di. 44.

QVAESTIO TERTIA.
CAP. VII.

An ſcientias, & uirtutes hic acquiſitas animapoſt mortem retineat, & ſi illis damnatus utatur cum delectatione.

VTRVM, Si animæ ſeparatæ retineant poſt mortem ſcientias, & uirtutes acquiſitas, & ſi damnati eis utantur cum delectatione. Ad quam reſpondetur, quòd ſciẽtia duobus modis accipi poteſt Primo modo materialiter pro phantaſmatibus, a quibus abſtrahitur ſpecies intelligibilis, & ſcientia, quę quidem phantaſmata habent determinatum organum in capite, ſcilicet mediam cellulã eius & ſic ſcientia acquiſita non remanet poſt mortẽ. Nõ enim anima habebit organa aliqua, uel phantaſmata ſuper quæ conuertatur ut intelligat, quia hic modus intelligendi eſt proprius animæ coniunctæ curuatæ, & inclinatæ corpori, & ſic intelligitur dictum Apoſt. 1.Cor.13. Siue ſcientia deſtruetur, & dictum Philoſophi in prædicamentis dicentis, ꝙ per uehementẽ tranſmutationem corrumpitur ſcientia. Secundo modo accipitur ſcientia pro habitu derelicto in anima, uel in intellectu poſſibili, qui eſt quædam uirtus animæ in qua recepiuntur omnes ſpecies intelligibiles ſpiritualiter, & ſic ſcientia remanet in anima ſeparata. Et cũ petitur. Si damnati in inferno ea utantur cum delectatione, propterea quod dicitur a Philoſopho.4.ethi. ꝙ philoſophia habet magnas delectationes, & Lactantius primo diuinarum inſtitutionum dicit, Nullus eſt ſuauior animæ cibus, quàm cognitio ueritatis. Reſpondetur, ꝙ ſicut in beatis ad perfectam eorum beatitudinem, nihil erit, quod non ſit gaudii materia, ita nihil erit in damnatis, quod non ſit cauſa, & materia triſtitię, nec deerit aliquid, quod ad triſtitiam poſſit

per-

pertinere, vt eorũ miſeria ſit ſic conſummata. Damnati ergo conſiderabunt mala quæ geſſerunt, ex quibus ſunt damnati, & bona deleta quæ amiſerunt, & ex vtroque torquebuntur. Similiter etiam torquebuntur de hoc, quòd conſiderabunt ſcientiam, & notitiam quam de rebus ſpeculabilibus habuerunt imperfectã fuiſſe, & ammiſiſſe ſumma perfectionem eius quam potuiſſent adipiſci. Et ſic licet, ut dicit philoſophus cõſideratio ſcientię per ſe ſit delectabilis ratione conuenientiæ, & perfectionis ſuperioris partis hominis, tamen ex aliquo accidente poteſt eſſe cauſa triſtitiæ, Hæc Tho. in 4. ſent. diſt. 50.

QVAESTIO QVARTA. CAP. VII.

De uiſione damnatorum ante, & poſt iudicium.

QVAERITVR, Si animæ damnatorum ante, & poſt iudicium uideant Deum, angelos, & beatos, & eorum gloriam. Ad quam ſic reſpondetur, quòd animæ damnatorum vſque ad diem iudicii videbunt animas beatorum, & eorũ gloriam in vniuerſali, & non in particulari. Videbunt enim eos in magna, & inæſtimabili gloria. Sed non in æquali, quæ viſio eſt potius per modum argumentationis, & cognitionis, quàm uiſionis. Sicut pauperes extra domum epulantium delectationes eorum cogitant, tamen in particulari quid comedant neſciunt. De huiuſmodi autem uiſione non lætantur, ſed triſtantur, tum propter inuidiam alienæ fœlicitatis, tum propter carentiam propriæ beatitudinis quam ipſi perdiderunt de quibus dicitur Sapientiæ 5. Videntes turbabuntur &c. Poſt iudicium autem ita ad proprias pœnas eorum cogitatio deflectetur, quòd de ſanctorum gloria non poterunt cogitare. Hęc magiſter ſenten. in 4. diſtin. 50. in

ſine Sanctus Thom. autem dicit, quòd damnati poſt diem iudicii omnino uiſione beatorum priuabuntur. Nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, ſed augebitur, quia memoriam habebunt gloriæ beatorũ quã in iudicio viderunt, vel ante iudicium, & hoc erit eis in tormentum. Sed vlterius affligentur in hoc, quòd videbunt ſe indignos reputari etiam uidere gloriam quam ſancti merentur habere. Hæc Thom. vbi ſupra.

CAPVT OCTAVVM PRIMAE Decadis, De perfectione animę rationalis raptę, uel in extaſim poſitę, ſub quo ſeptem quæſtiones abſoluentur.

QVAESTIO PRIMA. VIII. CAP.

Vtrum ſi anima rapta uel abſtracta a ſenſibus, poſſit ex natura ſua diuinari, uel futura cognoſcere, ſub qua ſeptem quæſtiunculæ ſoluentur, quarum quælibet infrà ſuo ordine enucleabitur.

QVAERITVR, ſi diuinationes in animabus raptis inſit eis à natura. Ad quam primo videtur reſpondendum, quòd ſint animabus raptis naturales, quod probatur ratione, auctoritatibus, & exemplo. Ratione primo ſic. Cognitio intellectiuà hominis efficacior eſt, quàm cognitio brutorum animalium, ſed quædam animalia naturaliter cognoſcunt quędam futura, ſicut cornicu læ crocitantes ſignificant pluuiam mox futuram. Vnde Vergi. primo Georgicorum dicit.

Et cornix rauca pluuiam uocat improba uoce.

Ergo multo magis anima rapta naturaliter, poterit

rit futura cognoſcere, & diuinari. Ad hoc eſt auctoritas Augu. 12. confeſſionum dicentis, quòd anima humana quando appropinquat ad mortem, præcognoſcit quædam futura ſubtilitate naturæ ſuæ, & 12. ſuper Gen. dicit, quòd anima humana ſecundum, quòd a ſenſibus abſtrahitur competit futura præuidere. Vnde vulgo dicitur, quòd morientes, vehemēter amētes, dormientes, rapti, phrenetici futura nonnunquam diuinantur. Item Grego. 4. dialo. c. 25. dicit, quòd ipſa anima hominis ſubtilitate naturæ ſuæ exitura de corpore quædam futura diuinatur, & prȩuidet, & ponit exemplum ibidem de quodam monacho (monaſterij ſui in vrbe, ſancti And. vel S. Grego.) nomine Gerontio, qui depreſſus graui moleſtia corporis, uidit albatos uiros, ad ſe deſcendere dicentes. Ad hoc venimus, ut de monaſterio Gregorij quoſdam fratres in militia mittamus ſanctum Marcellum. Valentinianū, Angelum, & etiam Gerontium, qui nos aſpicis. Quam uiſionem ad ſe reditus illis tribus declarauit, qui omnes eodem ordine tunc mori cœperunt, quo fuerant in deſcriptione nominati. Sed in contrarium eſt. Eccl. 8. dicens. Multa hominis afflictio, quia ignorat prætеrita, & futura nullo nuncio ſcire poteſt. Reſpondeo dicendum, quòd de diuinatione ab anima rationali futurorum, multiplex eſt modus dicendi. Philoſophi enim naturales dicunt, quòd huiuſmodi diuinationes fiunt quandoque per impreſſionem cauſarum ſuperiorum corporalium. Manifeſtum eſt enim, quòd corpora ſuperiora imprimunt in corporibus inferioribus. Vnde cum uires ſenſitiuæ ſint actus corporalium organorum, conſequens eſt ut ex impreſſione cœleſtiū corporum immutetur quodammodo phantaſia, & cū cœleſtia corpora ſint cauſæ multorum futurorum, fiunt in imaginatione aliqua ſigna quorundam futurorum. Hæc autem ſigna magis præcipiūtur in nocte a dormientibus, quàm a uigilantibus in die. Nā ut dicit Philoſophus lib. de ſomno, & uigilia quæ deferuntur

tur de die,diſſoluuntur magis,plus eſt enim ſine turba tione aer noctis,eo ꝙ ſilentiores ſunt noctes,& in cor pore faciant ſenſum ꝓꝓ ſonum,quia parui motus in teriores magis ſentiuntur a dormientibus, q̃ a uigilantibus.Hi uero motus faciunt ex quibus præuidet futura.Eſt ſecundus de diuinatione dicendi modus, domini Alberti in commento libri de ſomno,& uigilia,qui dicit,ꝙ ſicut lumen radiorum ſtellarum,communicatum elementis,cauſat in elementis quandam uirtutem actiuam ad multos effectus, quos elementa per ſe producere non potuiſſent (ſicq; elementa fiunt inſtrumẽta ſtellarum.Sic etiam cœleſtes intelligentiæ, ideſt angeli, organis noſtris purificatis influunt intrinſecas uirtutes quibus ea quæ fiunt a remotis, & futura ſæpius uaticinantur, quod fieri ſolet in aurora quando digeſtione completa,fiunt a ſtomacho,ad cerebrũ nõ aſcendunt. Eſt & tertius communis de diuinatione dicendi modus theologorũ dicentium, ꝙ reuelationes, & diuinationes animarum quãdoq; procedunt ex naturali diſpoſitione,quandoq; dæmonum oſtenſione, quãdoq; diuina reuelatione. Primo modo quãdoque anima appropinquat ad ipſam mortem,pręcognoſcit quædam futura ſubtilitate naturæ ſuæ, quod non ſic eſt intelligendum, quaſi anima ex natura ſua aliquam uim habeat diuinationis,nam modus naturalis cognoſcẽdi animæ coniunctæ eſt accipere cognitionẽ a ſenſibus,& nõ cognoſcere futura abſtracta a ſenſibus,ut dicit Tho. 1.parte.Sed dicitur anima in morte diuinari, & præcognoſcere futura, quia cum ipſa abſtrahitur a corpore,& a corporeis ſenſibus,aptior redditur ad percipiendum ſubtiles motus, & influxum,vel diuinum, aut ſubſtantiarum,ſeparatarum, uel corporum cœleſtium. Secundo fiunt quandoq; hominibus reuelationes ex cœleſtium corporum impreſſione, ut dictũ eſt ſupra a philoſophis. Tertio fiunt ex dæmonum oſtenſione.Cũ.n.intellectus dæmonũ ſit ſuperior ordine naturæ intellectui humano,quædam cognoſcunt dęmo

nes

nes etiam ſua naturali cognitione, quę ſunt remota ab hominum cognitione, & talia poſſunt hominibus reuelare, vt in tertia Decade infra dicetur. Quędam reuelationes fiunt ex diuina inſpiratione ſicut dicitur Danie.2. Eſt Deus qui reuelat myſteria de cœlo. Reuelat autem Deus ſecreta ſua hominibus, ſiue per ſeipſum, ſiue per angelos ſuos multis modis, videlicet per ſomnium, per viſionem, per oraculum, per mentis illuſtrationem, & per mentis exceſſum. Primo modo per ſomnium, cum dormiendo aliquid reuelatur nobis, per impreſſionem formarum imaginabilium, & illud quod reuelatur, tegitur figuris, & velatur imaginibus, vt cum Iacob dormiendo ſcalam vidit Gen.28. Viſio eſt, cum in vigilia aliquid reuelatur per impreſſionem formarum imaginabilium. Et eo ordine eueniunt quo apparuerūt. Sicut viſio Iſa. De qua dicitur 6 eiuſdem. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & viſio Danie. ſuper hebdomadibus. Oraculum eſt cum in ſomnis Chriſtus, vel angelus, pater, aut mater, uel aliquis ſanctus, uel ſancta perſona aliquid aperte venturum, aut non, vitādum, uel faciēdū denunciat, & ſic fuit ſomnium Ioſeph. Matt.1. & ſomnium pincernę Pharaonis. Et huiuſmodi oracula ſolēt fieri in aurora, quando digęſtio completa eſt, & fumi a ſtomacho ad cerebrum non aſcendunt, quę oracula non indigent interpretatione ſi fiunt doctis ſicut fuit Ioſeph vir Mariæ. Et Lucianus cui apparuit ſanctus Gamaliel. Si autem fiat indoctis, indigent reuelatione, ſicut illud pincernæ Pharaonis, quod Ioſeph interpretatus eſt. Et dicunt ſomniorum interpretes, q̄d oraculis præſtanda eſt fides, ſi non ſint illuſiones dęmonum quas ſancti viri, vt dicit Grego. in dialogo. intimo ſapore diſcernunt. Mentis illuſtratio eſt, vt dicit Iſido.3. ethimolog. Plenitudo ſpiritusſancti, per quam Deus apoſtolis reuelauit ſecreta ſua ſecundum illud apoſtoli. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritumſanctū. Et Actu.2. Repleti ſunt oēs ſpirituſancto.

Quibuſdam autem reuelat Deus ſecreta ſua per mentis exceſſum ſiue extaſim, aut raptum, ſicut uidit Petrus uas ſummiſſum de coelo cum uariis animalibus. Actuum 10. Sicut fuit extaſis, ſiue ſecundum aliam tranſlationem ſopor Adæ, de quo infra diffuſius declarabitur. Reuelat poſtremo Deus ſecreta ſua quibuſdam per ſenſibilium ſignorum expreſſionem, ſiue per rem corpoream extrinſecus apparentem, ſicut Moyſi per nubem loquebatur Deus, per uocem exterius ſonantem, ſicut Abrahæ inſonuit dicens. Ne extendas manum tuã ſuper puerum, Gen. 22. Siue per parabolam myſticè ſignificantem, idest per uocem quaſi hominis formatam cũ ſimilitudine alicuius rei, ſicut Balaam. Nume. 23. Accepta parabola ait &c. ad Auguſtinum, & Grego. qui uidentur ratione auctoritatibus exemplo tenere diuinationes ineſſe animę a natura, ut adductum fuit in fronte huius quæſtiunculæ. Reſpondetur, & dicitur cum Tho pri. par. quòd Augu loquitur ibi non aſſertiue, ſed recitando opinionẽ Platonis, qui poſuit animam accipere cognitionem rerum ſecundum participationem Idearum, quam participationem melius recipit abſtracta a corporis ſenſibus, ſcilicet dormiendo, aut in morte. Grego. etiam non intelligit diuinationem ineſſe animæ a natura, ſed per reuelationem, ut dictum eſt in corpore quæſtionis. Hæc Thomas pri. par. q. 86. & intra quæſtiunculam adduct.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS I. CAPI. VIII.

Vnde extaſis, uel rapus fortis cauſetur.

QVAERITVR, Vnde cauſatur in animabus extaſis, ſiue raptus? Ad quam ſic reſpõdetur, quod cũ in extaſibus ſopiantur uires inferiores, & anima ſæpe adminiſtrationem

nem corporis ſuſpendat. Ideo ſciendum eſt, quòd in homine eſt trium uirium naturalis ordo, & ad inuicem connexio, ſcilicet uirtutis naturalis, animalis ſiue ſenſitiuæ, & intellectualis, & de cõi curſu uirtus naturalis ſeruit animali, & animalis ſiue ſenſualis ſeruit uirtuti intellectuali. Nam uidemus, quod uirtus naturalis indiget in ſuis operationibus calore, & ſpiritibus, quæ a corde originaliter procedunt, & diffiniuntur per omnia organa ſenſuum, & manifeſtum eſt etiam, quod illis organis interius, & exterius magis laborantibus, natura ibi de illis magis diffundit, & ſic uno modo contingit illa organa in exceſſu actuationis uirtutis ſenſitiuæ diſtraſiari, uel diſcrepari. Et iterum ſpiritus naturalis, quibus indiget uirtus digeſtiua exterminatur, uel deficit propter multitudinem generationeum ſpirituũ ſenſitiuorum. Ex quo patet quomodo uehemens, & fixa, & profunda actuatio uirtutis ſenſitiuæ interioris, ſopire, poteſt ſenſus exteriores, & ſimiliter debilitare uires naturales, propter illarum uirium connexionem. Ex hoc primo ſequitur ſecundum, ſcilicet quod omnis uehemens intellectualis ſpirituum contemplatio, in qua fantaſia, uel interior ſenſitiua exceſſiue laborat, naturales uires eneruat, & ſoporat ſenſus exteriores, & ſæpe inducit extaſim uel raptum, quod ſi in uehementi, & intenſa, ſeu excellenti pure intellectuali contemplatione uires ſenſitiuæ non laborarent, aut nullam dependentiam haberent uires naturales, & animales, uel non impedirentur, hoc oporteret prouenire aliunde. quàm ratione dictæ connexionis; Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

Victore libro de contemplatione reducit in tria genera dicens. Tribus de cauſis, ut mihi uidetur in mentis exceſſum adducuntur, quia uel ex magnitudine exultationis fit, ut mens quandoque ſic ſemetipſam non capiat, & ſupra ipſam eleuata uires inferiores ſopiantur. Magnitudine ergo deuotionis anima tanto eleuatur quanto diuino amore, & charitatis deſiderii igne ſuccenditur, & reſoluitur, ut quaſi fumus eleuetur. In ſumma magnitudine uerò admirationis anima in extaſim rapitur, quando in admiratione ſummæ pulchritudinis, aut diuinæ maieſtatis ſuſpenſa tam uehementi ſapore concutitur ut a ſuo ſtatu pœnitus excutiatur. Magnitudine gaudij, uel iocunditatis anima rapitur quando illa intimi amoris ſuauitatis abundantia inebriata, quid ſit, quid fuerit pœnitus obliuiſcitur, & ſuper mundanum quendam effectum ſub quodam noſtrę fœlicitatis ſtatu raptim transformatur. Ex quibus patet, quòd anima pro ſtatu uitæ poteſt tantum eleuari ad exceſſum contemplationis puræ intellectualis, quod intellectus non utetur miniſterio ſantaſticæ ſenſitiuæ interioris, uel exterioris cum ſopitione uirium inferiorum animalium, & remiſſione naturalium, ut patet in uiatoribus exceſſiuis, ſcilicet in Adam in ſtatu naturæ integræ, & Paulo apoſtolo, & in quibuſdam aliis. Hoc patet, quia intellectus eorum ſeparatur a phantaſmatibus quorum nullum eſt tantę eminentię, ut poſſit diuinam eſſentiam repræſentare. Nec etiam uliqua intellectualis ſpecies creata, immo etiam in illa clara Dei uiſione mens ita rapitur, ut nihil pro tunc percipiat aliud nec ſenſitiuæ, nec intellectiuæ. Vnde talis uiſio tantum alienauit B. Paulum, & operationem animæ eius in corpus taliter ſuſpendit, quòd neſciuit an ēt anima corpus animaret, uel ſeparata eſſet. Propter quæ dicit Thom. quòd impoſſibile eſt, quòd homo in ſtatu uiæ uideat clare Deum per eſſentiam ſine abſtractione a ſenſibus, aut ſine extaſi, aut

raptu

raptu quo ſopiantur uires animales. Vnde, & Exodi dicitur. Non uidebit me homo, & uiuet. Ex quibus patet, ꝙ cum Adam, & Paulus eundem gradum primū extaſis habuerint, ergo & ęquales intenſiuè (Non autem forte extenſiue) Theologi conſtituti ſunt. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO IIII, QVAESTIONIS I. CAPI. VIII.

Vtrum Plato, & Ariſtoteles, tantum potuerint de diuinis acquirere, quantum Adam, & Paulus in extaſim poſiti.

QVAERITVR, An Plato, & Ariſtoteles potuerint naturaliter tantam theologiam acquirere, quantam Adam, & Paulus in extaſim poſiti? Ad quam reſpondent aliqui opinatiuè, quòd Adam, & Paulus non fuerunt maiores philoſophi Platone, & Ariſtotele, & iſti tenent, ꝙ intellectus in corpore manens, poteſt, ſe, ſine adminiculo, & actione uirtutis ſenſitiuæ, ſeu phantaſticæ, reducere in contemplationem puræ intellectualē ſcientiæ, & ſe actuare, reſpectu ſpecierū, & habituum quos aliàs intellexit. Et probant hoc primo, quia non uidetur nobilis uirtus intellectiua, magis dependere in reductione, ad ſuum actum, a uirtute ſenſitiua interiori, quàm ipſa ſenſitiua interior, a ſenſibus exterioribus, ſine quorum tamen actionibus, ſępe interior ſenſus exit in actus ſuos, ſicut in ſomnis manifeſtum eſt. Item non uidetur ueriſimile, quòd iſta nobilior natura intellectualis, eſſet a creatore Deo, tam inſeparabiliter illis corporeis uiribus ſenſus alligata, quod ſine earum actuatione, in nullum actum cognitionis poſſet ſe reducere, & quòd per nullum exercitium in cognoſcendo, & intelligendo, poſſet acquirere in ſui natura ſpecies intelligibilium, & habitus per quos ſuſpenſa om-

nium actuatione ſenſitiuarum uirium, purè intellectualiter aliquid cœleſtium, uel aliorum cognoſcere poſſet. Item in ſtatu naturæ integræ ſeu innocentiæ talis modus cognoſcendi, & contemplandi pure,& intellectualiter, uidetur utique poſſibilis fuiſſe, ſicut & in ſtatu corporis glorificati, pro quo ſtatu forte intellectus, licet informabit corpus, tamen in nullo iuuabitur a cognitionibus ſenſitiuis, nec interioribus, nec exterioribus. Et ideo non eſt eſſentialis, nec iam neceſſaria connexio uirtutis intellectiuæ exiſtentis in corpore ad uires ſenſitiuas, quòd ſine illis, nobilis uis intellectiua non ſit apta nata ſe cognitiue actuare. Item ſi ſic.ergo anima rationalis exuta, nihil intelligeret, nec ſciret de communi curſu, de omnibus his, quæ in corpore ſciuit, nec reſpectu quorumcunque intelligibilium, ex habitibus, & ſpeciebus in corpore acquiſitis ſe actuare poſſet, quod uidetur magnæ imperfectionis. Hæc ſunt argumenta domini magiſtri Henrici de Aſſia quæ adduxit Pariſijs diſputando in hanc materiam. In oppoſitum eſt ſchola omnis communis dicens, quod quidditas rei materialis eſt obiectum intellectus uiatoris. Et experientia demonſtrat phantaſiam laborare cum intellectualiter operamur, ſeu occupamur. Patet ergo, quod nullus purus uiator philoſophus in theologia, Paulo, & primo parenti ſe poteſt comparare. Et ſic patet reſponſio ad quæſtiunculam. Hęc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

ADDITIO.

Acutè Scotus in ſecundo diſt. 3. quæſt. 3. Et Henricus de Gandauo (ex ordine ſeruorum aſſumptus ad Archipresbyteratum) oſtendunt oppoſitum, & Henricus uult, intellectus noſtri Deum eſſe obiectum primum, cum perfectiſſimum ſit inter omnia cognoſcibilia, & primum primitate, ſcilicet perfectionis Meo tamē iudicio, D. Thomę opinionem, quam Auctor Sybilla

billa ſequitur, magis intellectui quadrare uideo. Quod ſcilicet obiectum proportionatum nobis ad intelligendum pro ſtatu præſentis vitæ ſit quidditas rei materialis, ac ſenſibilis, vt dicit in prima par.quęſtio. 5. articul. 2. Cum enim cognitio ſit, ſecundum quod cognitum eſt in cognoſcente, cognitum autem eſt in cognoſcente ſecundum modum cognoſcentis. Ideò cuiuſlibet rei cognitio, eſt ſecundum modum ſuę naturæ. Cum igitur intellectus ſit in corpore hoc modo, quia anima intellectiua eſt forma corporis (cum hoc tamen quod non eſt virtus in organo corporali) homo habebit modum eſſendi materialem quodammodo, & immaterialem, ita vt quodammodo materialiter, & immaterialiter intelligat. Nec ob aliam rem, niſi quia materialia ſine conditionibus indiuidualibus intelligit (Non enim indiuidualia quidditatiue cognoſcit, propter ſpecierum intelligibilium a phantaſmatibus abſtractionem.) Ergo primum, & proportionatum ens, quod intellectui offertur eſt illud, quod per ſpecies intelligibiles, abſtractas a phantaſmatibus rerum ſenſibilium, & materialium repræſentatur. hoc autem eſt obiectum materiale. materiale autem uoco, quia non repræſentatur ſibi, ſub ratione formali, materialis quidditatis, ſed magis ſub ratione entis, quod eſt obiectum formale. At quoniam iſta ratio entis, non mouet intellectum in ſtatu huius uitæ, niſi materiali quidditati coniungatur, hinc eſt, quod non oportet, quod poſſit omnia cognoſcere, quocunque modo, ſi ens eſt eius obiectum formale, ſed quod poſſit aliquo modo, omnia cognoſcere, ideſt ſecundum quod patitur ſtatus præſens, & ſecundum ſuæ naturæ conditionem, cum obiectum debeat potentię proportionari, & infimus intellectus, non debet, niſi infimum intelligibilo habere, pro obiecto. Ex hoc apparet, Quomodo Theologia ſit neceſſaria, & lumen ſupernaturale. Quam

rem,

rem, vt additionis gratia excutiamus obſeruandum in primis, quod philoſophi a Theologis anxiè quærunt, quare, cum ex puris naturalibus Theologiam, quam Chriſtiani profitentur, attingere non poſſumus, dicamusque eam eſſe, quàm oppido hominibus neceſſariam? Quibus Diuus Thomas in prima parte ſummæ, ſtatim in principio reſpondet dicens, hoc ideo eſſe, quia homo ordinatur ad Deum, ſicut ad finem, qui rationis compræhenſionem excedit iuxta illud Iſaiæ 64. Oculus non uidit, & cæt. Finem autem oportet eſſe præcognitum hominibus, qui ſuas intentiones, & actiones in finem ordinare debent. Vnde neceſſarium fuit homini ad ſalutem, quod ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ humanam rationem excedunt. Scoto tamen non placet huiuſmodi ratio, quia in ea ſupponitur hominem ad cognitionem ſupernaturalem finaliter ordinari, quòd nondum probatum eſt, neque ſi probatum eſſet, ſufficeret, cum non oſtendatur cognitionem naturalem, ſufficienter diſponere ad cognitionem ſupernaturalem conſequendam. Quare ipſe aliter reſpondet dicens. Potentiam receptiuam, comparari ad actum quem recipit, uel ad agens a quo recipit. Primo modo nulla contingit ſupernaturalitas, quia ſi huiuſmodi potentia naturaliter inclinatur, uocatur naturalis, Si contra inclinationem ſibi naturalem, vocatur uiolenta. Si autem non inclinatur ad iſtam formam, neque ad oppoſitam, neutra dicitur. Comparando tamen receptiuum ad agens, a quo recipit formam, tunc dicitur naturalis, quando receptiuum comparatur ad tale agens, quod natum eſt naturaliter imprimere formam in paſſo: Tunc verò ſupernaturaliter receptiua, quando comparatur ad tale agens, quod non eſt naturaliter impreſſiuum illius formæ in illo paſſo. Sic applicando ad propoſitum, ait Scotus. Quod ſi

com-

comparatur intellectus poſſibilis, ad notitiam actualem in ſe, nulla eſt ſibi naturalis cognitio, quia intellectus poſſibilis, quacunque cognitione perficitur, & ad quamcunque naturaliter inclinatur. Sed ſi compararetur ad agens, intellectus poſſibilis, a quo ipſe cognitionem recipit, cognitio dicitur ſuper naturalis, ea ſcilicet quæ producitur ab aliquo agente, quod non eſt natum naturaliter mouere intellectum poſſibilem ad talem cognitionem, Vnde quia poſita ipſa actione intellectus agentis, & phantaſmatum, a quibus cognitio naturalis imprimitur, nonnullæ propoſitiones remanent nobis ignotæ, quarum cognitio nobis eſt neceſſaria; Ideo neceſſe eſt nobis ipſarum notitiam ſupernaturaliter tradi, quam nullus potuit naturaliter inuenire, & eam docendo alijs tradere. In his conſiſtit modus dicendi doctoris ſubtilis. Sed mea ſententia, (niſi opinio Doctoris Sancti, uel modus dicendi, vt rectius dicam a Scoto comprobetur,) modus Scoti non eſt ſufficiens. Quia Scotus ſupponit aliquarum propoſitionum cognitionem, eſſe nobis neceſſariam, quæ ab actione intellectus agentis, & phantaſmatum produci non poteſt, ex quo poſtea infert, neceſſe eſt huiuſmodi cognitionem, ſupernaturaliter tradi: Cuius traditio reuelatio dicitur.

Quare ſi id, quod ſupponitur negaretur, nullus remaneret modus probandi intentum, niſi cum D. Thoma dicatur. Ideo eſſe neceſſariam huiuſmodi cognitionem, quia homo ordinatur ad id, quod rationis cõprehenſionem excedit, quod licet a Sancto doctore non aliter probetur, quàm auctoritate unius ex prophetis, nihilominus ſatis conſtat Deum, ad quem omnia ordinantur, rationis comprehenſionem excedere, cum nemo philoſophorum, uel ipſis fauentibus Deũ ex naturalibus perfectè cognoſcere potuerit. Ariſtoteles nanque, cui in his, quæ ad naturam expectant, fidem non adhibere, ſine piaculo non poſſimus, utpote cuius inuentis, (ut Macrobius ait) nec ipſa natura re-

ſiſtit,

ſiſtit, is non ſatis docuit, quonam pacto, natura Dei ſeſe habeat, ſed modo hac, modo illac perfluit, Dei naturam comprehendere non valens. Et Plato vir diuinus Genitorem (inquit) vniuerſitatis, tam difficile eſt inuenire, quàm inuentum impoſſibile dignè præfari, hæc in Timeo. Et in libris legum, (vt refert Cicero) quid ſit omnino Deus, inquiri oportere nō cenſet, idemque Cicero primo de natura Deorum ait. Roges me, quid aut qualis ſit Deus, Auctore vtar Symonide, de quo cum quæſiuiſſet hoc, idem Tyrannus Hiero. deliberandum ſibi vnum diem poſtulauit, cū idem ex eo poſtridie quæreret biduum petiuit, cum ſępius duplicaret numerū dierum, admiransque Hiero. quæreret, cur ita facere? Quia quanto (inquit) diutius conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior. Plinius inſuper vir vndequaque doctiſſimus lib. 2. Hiſtoriæ naturalis, Deum nihil eſſe, innuit. Sed quid opus, cum ii qui Deum eſſe aſſeruerunt, dum eius naturam explicare volunt, monſtrum deſcribere videntur. Ex quibus, vel ſaltem vnum referre liceat Zoroaſtrem magum, qui in libro ſacro, in quo res Perſicas collegit, hæc ad verbū (vt teſtatur Euſebius) ſcribit. Deus caput Accipitris habet, is incorruptibilium primus eſt, ſempiternus, ingenitus, expers partium, ſibi ipſi ſimillimus bonorum omnium auriga, munera nō expectans, optimus, prudentiſſimus, pater iuris, ſine doctrina iuſtitiam perdoctus, natura perfectus ſapiens, ſacræ naturæ vnicus inuentor. Item Empedocles. Deus (inquit) eſt ſphera intelligibilis, cuius centrum eſt vbique, circumferentia vero nuſquam. Hæc quamuis ad bonum ſenſum referri queant, obſcuritate nihilominus non carent. Quare Deum rationis comprehenſionem excedere, (vt Doctor Angelicus dicebat) philoſophi fateantur, neceſſe eſt; Ideo Thomam pro Scoto, omnino reliquam, cuius modus profectò ad inueſtigandum ſupernaturalem cognitionem non parum ualet. Verum licet ex prędictis ſequatur, nos huiuſmodi

huiuſmodi cognitione indigere, non tamen probatūm eſt, eam nobis prę$ſ$tari. Quapropter ſuppoſita eius neceſſitate poſſumus fortaſſis argumentari ſic. Si huiuſmodi cognitio nobis nō præſtatur, fruſtra ordinamur ad Deum tanquam ad finem, ſed non ordinamur fruſtra, quia Deus, & natura, (ut inquit philoſophus) nihil agunt fruſtra. Ergo huiuſmodi cognitio nobis prę ſtatur. Hæc conſecutio eſt ſatis nota, vel his, qui dialecticæ fores pulſarunt. illa probatur. Quia nihil eſt agens per cognitionem, ſicuti eſt homo, quod nō neceſſario requirat cognitionem ſui finis, & quidem diſtinctam. Nam omne agens propter finem agit, ex appetitu finis, & omne per ſe agens agit propter finem, omne ergo per ſe agens ſuo modo, appetit finem, & per conſequens, ſicuti agenti naturali eſt neceſſarius appetitus finis, propter quem debet agere; Ita agenti per cognitionem, quod etiam eſt per ſe agens, ex 2. Phyſi. neceſſarius eſt appetitus finis, propter quē agere debet, Ita probat Scotus in prologo ſententiarum, rationes tamen eius non tendunt ad id, ad quod ratio noſtra tendit, probat enim cognitionem ſupernaturalem eſſe nobis neceſſariam, ſed non probat hāc nobis prę$ſ$tari. Qua neceſſitate ſuppoſita. Nos habemus, hominem in agendo per cognitionem agere ex appetitu finis, appetitus autem huiuſmodi præſupponit cognitionem diſtinctam, ſi diſtinctè appetatur, ergo ſi ad Deum fruſtra non ordinamur, cognitio ſuper naturalis præſtatur nobis, quod autem ad Deum ordinemur, perſpicuum eſt apud Theologos, & Philoſophos. Quare relinquitur præter naturales doctrinas, ideſt quę ex puris naturalibus (ut dici ſolet) attingi, poſſunt, eſſe neceſſariam aliam ſuper naturaliter tradi, ſi in ultimi finis optimam cognitionem tandem deuenire uolumus, Nec mirum ſi per lumen intellectus agentis, quo anima nunc vtitur in intelligendo, naturaliter homo non poteſt in aliquam actionem, quæ excedit naturam iſtius luminis (vt deducit Hen-

ricus

ricus de Gādauo doctor noſter in Sūma Theologię, quamuis Scoto, cui omnes diſplicent, non ſatisfaciat, ſicuti nec Scotus oībus ſatisfacit, præſertim in tribus rationibus, quas ad id probandum adinuenit. Quoniā licet intellectus viatoris, ſit multarū veritatum capax naturaliter paſſiuè non tamen eſt efficax paſſiuè, Capacitas aūt paſſiua, eſt aptitudo animę, ut potentis eſſe ſubiectum alterius rei. hęc dicitur etiam receptiua, eſtque infinita, quia non repugnat animæ, quantū eſt ex parte aptitudinis ad recipiendum, ꝙ poſſit recipere quemcunq; numerū notitiarum, quomodocunq; acquiſitarū, ſiue naturaliter, ſiue ſupranaturaliter. Vnde ſi contiget aliquas notitias ſic eſſe in intellectu, quod aliæ eſſe in intellectu non poſſent, id non prouenirét ex defectu aptitudinis ad recipiendum, quia intellectus mere paſſiuè ſe habet, in recipiendo. hoc eſt, nullo modo reſiſtit. Neque eſt ideo dicendum hoc prouenire, quia non poſſunt plures notitiæ ſimul eſſe, cum notitiæ locum non occupent, ſicut corpora ſed aliunde prouenit. Capacitas uerò actiua eſt aptitudo animæ, ut potentis aliquid producere, quæ productiua etiam uocatur, & eſt, finita, quia terminata.

Neque hoc eſt naturam uilificare, imò eſt pro dignitate ipſius, quod ordinetur naturaliter ad recipiendam perfectionem adeò eminentem, quæ non ſubeſt cauſalitati naturalis agētis, neq; eſt fruſtra, cū naturaliter poſſit diſponi ad hoc, quod potentia ſuper naturaliter reducatur ad actum, neq; deficit in neceſſariis, cū ſuperiores potentiæ poſſint aliunde habere, quod agens naturale præſtare non poteſt, imo non eſt inconueniēs dicere naturam deficere in neceſſariis, ſummendo naturam, prout ſumitur ab Ariſtotele. Quod uel ipſe Ariſt. faſſus eſſet, ſi non ignoraſſet fœlicitatem ueram in cognoſcendo intuitiuè Deum conſiſtere. ſed quia hoc ignorauit, credens præter abſtractiuam de ſubſtantiis ſeparatis, cognitionem dari non poſſe

vlteriorem, ideo ſic locutus eſt, & conſequenter, non potuit ſe Adę, aut D. Paulo comparare. in ſciendo naturaliter de diuinis. fuit enim Adam creatus in gratia, ſupernaturali gratum faciente, ſicut Auguſtinus probat ſuper Geneſim, ita, quod ultra habitus naturales, intellectus, & uoluntatis, habuit ſpem, & charitatem de Chriſto futuro Saluatore, quem in ſpiritu prophetico præuidit incarnandum. Similiter Paulus cuius intellectus fuit adeò eleuatus, quod peruenerit uſq; ad uiſionem diuinę eſſentiæ, quę quidem eleuatio dicitur raptus, ratione uiolentię, termini, & ſuperioris naturę per quam eleuatur. ad quem gradum non ſolum Paulus. (ut 2. Cor. 12. dicitur) fuit eleuatus, uerum etiam creditur Ioannes Euangeliſta, quando ſupra pectus domini in cœna recubuit, & forſan omnes Apoſtoli in die Sancto Penthecoſtes.

QVAESTIO V. QVAESTIONIS. I. CAP. VIII.

Cur ſæpius mulieribus, potiuſquàm uiris, reuelationes fiant.

QVAERITVR, quare mulieribus ſępius fiunt reuelationes, quàm uiris. Ad quam reſpondetur, quòd de hoc a philoſophis triplex cauſa naturalis ſolet aſſignari. Prima accipitur ex qualitate complexionis, quia mulieres naturaliter multum habent de humido, humidum aũt cum incœptum eſt moueri, nõ ceſſat quouſque attingat ad id, quod intendebat. Ex quo contingit mulierẽ diutius ſtare in ſuis cogitationibus, & imaginationibus, quàm uiros. Vnde uir citius digerit ſuas conceptiones, uel imaginationes, quare minus apparent eis mirabilia. Et quia humidũ etiam (quod ut dictũ eſt, in mulieribus abundat) & bene receptiuum figurarũ, & diuerſas etiam figuras recipit, exinde eſt, ꝙ ipſæ

mulieribus apparent plura mirabilia, & diuerſa ſomniando. Secunda cauſa accipitur ex defectu rationis. Nam mulieres (ſicut dicitur in politicis (habent ratiõnarium inualidum, vnde minime uigent ratione, & diſcretione in comparatione ad viros. propter quod ſi eueniant mulieribus aliquæ fantaſticè appaririones, & viſiones mirabiles minus eſt ratio contradicens, quàm in viris. Tertia cauſa ſumitur ex abundantia paſſionis. Nam ſicut dicit philoſophus in li. de ſomno, & vigilia. Illi qui ſunt in paſſionibus, ad modicam ſimilitudinem mouentur, & credunt uerum eſſe quod apparet. Vnde quia in mulieribus abundãt paſſiones, ideo ſtatim ad modicam ſimilitudinem, uel ſpeciem credunt ei, quod ſibi apparet. Hæc ex Ioanne de ſancto Geminiano.

QVAESTIO VI. QVAESTIONIS I. CAPI. VIII.

Vtrum ſanctorum mulierum uaticinia pro ueris, debeant recipi, & prædicari.

QVAERITVR, An prophetiæ, & reuelationes vaticinantium, & quandoq; raptarum mulierum Chriſto vere deuotarum, vtputa Brigidæ. Catherinæ de Senis, & ſimilium, haberi debeant pro indubitanter veris, & prædicati tanquam a ſpiriru ſancto æditæ. Ad quam reſpondetur ſimpliciter, quòd nec pro indubitanter veris haberi debent, nec tanquam a ſpiritu ſancto æditæ acceptandæ uel prędicandæ ſunt. Tum quia huiuſmodi ſimilia fieri poſſunt ex induſtria humana excitata, & lumine fidei confortata. Tum quia nihil prohibet illas quandoque fuiſſe illuſas, eo quòd forte ſine culpa præſumpſerunt illa facere quæ ad eas non pertinerunt. Docere enim, vel prædicare mulieribus iuxta apoſtolum non permittitur. Tum quia potuit fallere eas

quandoque phantaſia nimis fatigata. Tum quia ſi libri earum bene conſiderentur, occurrunt ex dictis, & modis dicendi aliqua minus ſapida minus rationabilia aut veritati diſſona. Tum quia prophetiæ earum ſuperuacuæ videntur, & doctrinæ. Cum authentice ex ſacris ſcripturis, & ſanctis doctoribus habeatur, quicquid de talibus eſt ſaluti neceſſarium. Tum quia conſtat aliquem eſſe ualde ſanctum, & tamen omnem doctrinam eius, eſſe ex ſpiritu humano. Tum, quia non conſtat eas miſſas fuiſſe ad docendum vel prædicãdum à Deo, nam ſi Deus officio earum voluiſſet in docendo, & prophetando vti, vtiq; ſanctioribus mulierib. in hoc vſus fuiſſet, vt Sancta Eliſabeth, & ſimilibus, quas conſtat nihil talium attentaſſe, ſed ſolum ſtuduiſſe perfectioni uirtutum, nihil ſe intromittentes de impertinentibus earum ſtatibus. Potuit tamen eſſe, quòd Deus ad ſupplendam negligentiam ordinariorum, & ad ipſorum maiorem confuſionem ſciſcitauerit quandoque, & ſuſcitet quaſdam mulierculas tanquam doctrices, & prophetas, ſicut etiam apparet in uatibus utriuſque ſexus in populo Hebræorum, vt ſic propter nouitatem, & raritatem, mulierum doctrinæ legãtur, ab his qui diuinos libros, & diuinas ſcripturas legere neglexerunt; & cupiunt doctrinarum nouitatibus auribus prurire, & cõuerti ad fabulas poetarum. Sicut etiam propter negligentiam iudicum Iſrael ſuſcitauit Deus ſpirituum pueri iunioris Danielis ne ſanguis innocens Suſannæ effunderetur. Dan. 12. Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO VII. QVAESTIONIS I. CAPI. VIII.

Vtrum Sybillarum uaticinia, Magarum, & Phytoniſſarum fuerint diuino nomine afflata.

Et cur Sybillis ſolis de Chriſto uaticinari conceſſum eſt.

QVAERITVR, an vaticinia futurorum a Sybillis, & quarundam magarum, & phitoniſſarum in populo gentili ſint credenda eis reuelata a ſpirituſancto, & quare ſolis Sybillis mulieribus apud gentiles conceſſum eſt de Chriſto vaticinari, & nulli alteri, ex vatibus Babylonicis, philoſophis, ſiue poetis. Ad quam ſic reſpondet Aug. 21. de ci. Dei, quòd Sybillæ, ſiue bonæ fuerint, ſiue malę, in his quæ de Chriſto, & aliis ad ſalutem humanam, pertinentibus prædixerunt, credendum eſt, ꝙ à Deo fuerint inſpiratę. Non. n. eſt veriſimile, ꝙ diabolus reuelaret hominibus ea quę pro ſalute eorũ pręſciebat eſſe ventura. Et, ꝙ hoc ſit verum de Sybillis bonis, patet ex nominis interpretatione. Dicitur. n. Sibylla quaſi Dei mens, quia ſyos gręce latine dicitur Deus, & bellæ, ideſt mens, quaſi mens Dei erant enim (vt Auguſti. 18. de ciuita. Dei cap. 23. & Iſido. 8. li. ethimolo. dicunt) apud gentilem populum, quædam fœminæ virgines, vel non virgines famoſæ in cognitione occultorum de futuris, & aliis, quæ quidem apud gentiles conſulebantur in dubiis euentibus quaſi ex merito ſingularis vitæ notitiam mentis Dei, vel Deorum habentes. ſicut apud Hebræos conſulebantur veri prophetę. De quibus dicit Aug. vbi ſupra, quod ſicut olim extra populum Iſrael, & ante in populo gętili erant aliqui boni, & ſancti viri à Deo ſpecialiter illuminati, & directi, de quibus fuit Iob, Cornelius, & alii. Sic etiam, & aliquæ fœminæ ſanctæ, & religioſæ eſſe tunc poterant a Deo de futuris de Chriſto, & aliis ſpecialiter illuminatæ. Vnde de vaticinio vnius illarum Sybillarum dictæ Erithrea, vel Cumana loquens Auguſtin. vbi ſupra dicit, quòd a

deo nihil habet in totoq carmine ſuo, quód ad Deorũ falſorum cultum pertineat, ut in eorum numero meri to computanda uideatur, quæ pertinent ad ciuitatem Dei. De malis etiam mulieribus, ſiue magis, & diu diuinatricibus uanis artibus imbutis, paret etiam quòd aliquæ earũ magis idoneæ ex dignatione diuinæ clementiæ in teſtimonium ſalutarium futurorum poterant certis occaſionibus datis, illuminari ſpecialiter a Deo de faciendis, ſicut occaſione data iluminatus fuit Balaam ariolus, quilicet malus fuerit, tamen præ claram de Chriſto prophetiam expreſſit, ut patet Nu meri 24. Donum enim prophetię non ſolum ſe extendit ad bonos, ſed etiam cõmune eſt bonis, & malis, ſicut & cæteræ gratię gratis datę. In cęteris uero ad Chriſtum non pertinentibus iſtę diuinatrices magę a diabolo poterant illuminari, ſicut ſuperſtitioſi ſapiẽtes babylonij. Sed ſi quis quęreret, quare in ſolo ſexu fœmineo inuentę ſunt apud gentiles quędã mulieres prophetiſſę de Chriſto uaticinãtes, & nullus de uatibus famoſis babylonicis in artibus diuinatoriis expertis, quos reges gentium in dubiis conſulere cõſueuerunt, ut patet de Pharaõne, & Nabuchodonoſor, & aliquibus philoſophorum aliquid de Chriſto, uel de futuro iudicio, aut de reſurrectione, & cęteris de quibus Sybillę locutę ſunt, uaticinatus eſt? Reſpondetur quòd horum, & ſimilium ſecretorum Dei rationem reddere poteſt ſolus, qui a Deo de huiuſmodi eſt eruditus. Vel forte ſic factum eſt conſuetudine Dei quo ſępe eligit infirma huius mũdi, ut confundant fortia, philoſophi autem ſequentes ſolum cognitionem quę naturali inueſtigatione de Deo, & creaturis haberi poterat ponentes obiicem pręſumptionis, & ſuperbię, diuinas reuelationes deſuper recipere nõ meruerunt. Potuit tamen fieri occultè a Deo, ut etiam poetę, aut aliqui philoſophi, ut aliqua fingerent, uel dicerent, quæ Deus pro generali ſalute hominum facturus erat in mundo, licet illi philoſophi, uel poetę

ad huiuſmodi non reſpicerent, ſed ad alia, circa quæ eorum intentio uerſabatur, ſicut factum in Caypha, & Vergilio, & aliis. Hęc ex domino Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO SECVNDA. VIII. CAP.

De ſomno corporali, tres Quæſtiones comprehendens.

QVAESTIO I. QVAESTIONIS II. CAPI. VIII.

Quod ſit ſomnus corporalis, & unde cauſetur.

QVAERITVR, quid ſit ſomnus corporalis, & unde cauſatur. Ad quam ſic reſpondetur, quòd ſomnus ſecundum philoſophos eſt retractio ad interiora ſpiritus uitalis, & animalis, quorum alter eſt uehiculum caloris, & alter ſpeciei ſenſibilis. Vel ut alii dicunt Somnus eſt fixa ſuſpenſio uirium animalium, ideſt ſenſitiuorum ab actibus ſuis. Quod de communi curſu contingit ex hoc, quòd diffuſio ſpirituum uel alterius influentiæ ad ſenſationes neceſſariæ impeditur a corde, uel cerebro, & quandiu hic influxus impeditur. tādiu ceſſant, & quieſcunt uires ſenſitiuę ab actibus ſuis. Poteſt autem dictus influxus impediri, uel non fieri multis de cauſis, & modis. Primo ut dicit Alber. ex parte corporis, ſicut fumalis euaporatio ex membris digeſtiuis aſcendens per uenas ad regionem cerebri frigidam, ubi fumus illo frigore condenſatus deſcendendo conſtringit neruos, & obſtruit cęteros meatus ſpirituū ad organa exteriorum ſenſuum, qui ſpiritibus ad ipſorum actuationem requiſitis ſic priuati non percipiunt exte

rius obiecta. Alij clarius idem ſic dicunt, ꝙ dictus influxus impeditur per fumum aſcendentem a membris digeſtiuis ad cor, uel ad locum capitis. i. cerebrũ, ubi eſt concurſus neruorum deferentium ſpiritus, uel ubi ſpiritus naturales ſublimãtur in ſpiritus animales, qui quidem fumus per dictum influxum impediri poteſt, uel replendo neruos, uel comprimendo uel ad frigiditatẽ redactos conſtringendo, põt ẽt naturaliter ex parte corporis fieri ſopor ſine tali fumo, & hoc ꝑꝑ aliquã opilationem, ſeu alterius modi obſtructionẽ meatuum interiorũ. Cauſatur etiam ſomnus ex parte animæ ꝑꝑ concurſum caloris, & ſpirituum ad locum alicuius læſionis interius uehementer torquentis, quandoq; ex defectu caloris, & ſpirituum in radice in quadum ſpiritus deficiunt, neceſſe eſt, ut ſenſus ſuis actibus ceſſent, ſicut contingit in amentibus, qñ amẽtiæ accidunt ex exinanitione.i.debilitate. Quãdoq; ẽt accidit per quãdam retractionem, ſeu reuocationẽ ſpirituum ad interiora ratione alicuius paſſionis interioris, iuxta illud Luc.22. & Matth.26. Erant oculi eorũ grauati, & dormierunt præ triſtitia, uel ratione alterius accidentis, ut in ſincopi. Quandoq; etiam accidit ſomnus ex uehementi fatigatione, uel attenuatione, uel aſſiduata contemplatione propter quæ requirunt uires interiores adiuuari, vt patet in raptu, & extaſi. Fiũt etiam quandoque ſopores ab extra, ideſt ex dulcedine alicuius melodiæ, per quam exteriores ſenſus cadunt ab actibus ſuis, propter quod ut dicit philoſophus. 8. polyticorum. In templis fiebant melodiæ quibus aliqui rapiebantur. Quandoque fiunt etiam ex uehemẽtia ſubiti terroris, quandoque ex læſione capitis, uel alterius membri extrinſecus illata, ut dum homo cadit ſuper caput, aut ſanguinem trahit. Hæc Albertus Magnus, & Dominus Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS II. CAP. VIII.

De ſomno uniuerſali, ac partiali.

QVAERITVR, Quid ſit ſomnus uniuerſalis, & partialis. Ad quam reſpõdetur, quòd ſomnus uniuerſalis dicitur quando exteriores ſenſus cum ui ẽt intellectiua ſopiuntur, & quieſcunt. Vel ſomnus uniuerſalis ſm Auic. prima 3. c. de ſubeth; eſt redditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuum, & motus ad principium ſuum. ſ. cerebrum, cum quo ſcilicet redditu priuantur ipſorum inſtrumenta ab exitu operationis in ipſis. ſ. inſtrumẽtis, niſi ab illis inſtrumentis quæ neceſſaria ſunt ad hoc, ut uita permaneat, & illa ſunt ſicut inſtrumenta ſpiritus, ſicut pulmo, cor arteriæ, & diaflamma. Partialis autẽ ſomnus eſt triplex, aut cum exteriores, & interiores ſenſus ſopiuntur, ui intellectiua uigilante, uel cum ligantur exteriores ſenſus ſolutis a ſomno ſenſibus interioribus, ut patet in ijs qui dormiendo ambulãt in nocte, uel cum interiores ſenſus ligantur ſolutis exterioribus. Primum autem horum ſecundum quoſdam poſſibile eſt, quod probant ſic. nam ſicut interior ſenſus uigilare poteſt ligato per ſomnum exteriori, ut patebit infra. Ita nihil prohibere uidetur, quòd intellectus habitibus, & ſenſationibus ſufficienter habituatus ſæpe uigilet, ideſt cognoſcitiuè actuetur reſpectu intelligibilium, & quòd utræque uires ſenſitiuæ ſopitę ſint. Quod ſi dicatur ſecundum philoſophos, quòd neceſſe ſit ad actualem intelligibilitatem phantaſmata ſpeculari. Igitur intellectus non actuatur, niſi conſecutiuè ad actuationem phantaſiæ. Reſpondetur, quòd ſi illud dictum commune philoſophorum habeat ueritatẽ. Intelligitur de cõmuni curſu humanę cognitionis, & in prima

acqui-

acquiſitione intellectualis notitię. Vel eſt uerum reſpectu illorum intelligibillium reſpectu quorū adhuc nō habet ſufficienter intrinſecos in ſe habitus & ſpecies, ſecundum quas in actu exire poſſit ſine adminiculo uirium ſenſitiuarum. Secus autem eſt de intellectu ſic habituato, qui ut ſeipſum actuet, non oportet ad phātaſmata ſe conuertat. Iſtam intellectualem uigiliam ſenſiſſe uidetur ſenſibus ſomno ligatis, qui dixit, ergo dormio, & cor meum uigilat, & ſm hanc opinionem ſomnus utrorumq; ſenſuum non pōt ſopire intellectum, niſi mundum uel inſufficienter habituatū. Secūdum autem. ſ. ligamentum exteriorum ſenſuum, ſolutis a ſomno interioribus etiam manifeſte apparet in quibuſdam, qui nocte dormiēdo ſurgunt, & ambulāt ſine offendiculo, & faciunt aliqua opera uigilantium, ſ. loquuntur, clamant, induunt ſe, aſcendunt arbores, exeunt domos, ad cāpos, ſiluas, inſequuntur inimicos, & quandoque interficiunt, & reuertuntur ad lectos ſuos, ut dicit Alber. in commento ſuper lib. de ſomno & uigilia. Poſſunt etiam, & tertio aliqui ſecundū exteriorem ſenſitiuam uigilare, & dormire ſecundum interiorem, ſicut audiui de uno talium qui realiter ſenſit. Vigilant etiam quandoque tales ſecundum ſenſum, & ſimul ſecundum uim intellectiuam, quæ fortaſſis etiā quodammodo actuari poteſt ad actuationem exteriorum ſenſuum interioribus ſenſibus ab omni actu ſuſpenſis. Vnde ſi Deus in homine uigilante ſuſpēderet ad tempus omnem actuationem interiorum ſenſuum ſine impedimento influentię uirtutis, & ſpirituum ad ſenſus exteriores, quid prohiberet hominem, & ſenſitiuè uidere, & intellectiuè uiſa ratiocinari, & ita ſufficienter ſe ſe in ambulando, uel aſcendendo dirigere, & cuſtodire? Hęc Henri. de Aſſia ubi ſupra.

QVAE

QVAESTIO SECVNDA.
VIII. CAP.

Vnde fuerit ſomnus Adæ a principio cauſatus.

QVAERITVR, vnde cauſatus eſt ſomnus Adæ a principio, cum nihil de prædictis cauſantibus ſomnum, nec fumalis euaporatio cibi potuerit ad caput eius, uel cor aſcendere, nec in paradiſo comederit de fructibus ante formationem Euæ, & quid uidit Adam in ſopore illo? Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ ſomnus illę Adæ, ſiue raptus, ſiue extaſis, nec ab angelo fuit, nec a cœlo, nec a cibali fumo, aut fatigatione, quæ non erat in ſtatu innocentiæ. Sed fuit immiſſus a Deo, tanq̃ conueniens diſpoſitio ad recipiendas diuinas reuelationes, qui (ut dicit Aug.) Niſi ab hac uita quiſque quodammodo moriatur, ſiue auuerſus, & alienatus a corporeis ſenſib. fuerit, non ſubuehitur in uiſione Dei, & cœleſtium. In quo raptu ſiue extaſi pius, & largiſſimus Deus primo homini principio totius poſteritatis oſtendit magna, & mirabilia. Ipſe. n. Adã in ipſa extaſi ſiue exceſſu mẽtis poſitus, & in illud quod ſtatum naturæ excedebat eleuatus, ut dicit glo. ad Ephe. 5. Primo propheta effectus eſt. Nam excitatus ex ſopore, & mulierem formatam ex ipſo aſpiciens, diuina reuelatione illuſtratus, Idiomate hebraico dixit. Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea, ꝓpter hoc relinquet homo &c. Ingreſſus etiam eſt in ſanctuarium Dei, & intellexit nouiſſima ab initio, & primo (ut dicit gloſſ.) reuelatum eſt ei quod ex eo naſciturus eſſet homo qui uere Deus eſſet, cuius morte hominum genus redimeretur, de cuius latere in cruce morientis fidelis eccleſia formaretur. Intellexit etiam, quod mundus eſſet perdendus peccato quamuis non ſuo. Tunc forte intellexit myſterium Trinitatis, creationem mundi

ex nihilo, deſtructionem eiuſdem, accepit in illa extaſi reuelationem caſus angelorum. Intellexit ſacrificia quę erant futura in remedium originalis peccati, quamuis illud futurum ei eſſe non reuelaretur. Intellexit excellentiſſimam illam futuram uitam in qua poſt in æternum viuendo ſine nutrimento, habituri eſſent homines in clara Dei viſione. ſi in hac vita mandata Dei cuſtodirent. Inſtructus fuit in naturalibus, & moralibus ſcientiis. Tunc etiam accepit excellentem cognitionem theologicam ſupernaturalem, vt primis rebus nomina imponeret, & rerum proprietates cognoſceret. Vnde conſtitutus eſt primus philoſophus, primus Theologus in vtraq; ſciẽtia perfectus ſecundum menſuram initii ſui ſtatus. Vnde Hugo libro 6. de ſacramentis loquens de philoſophia, & Theologia primi hominis dicit. Rerum viſibilium omnia quæ cum homine, & propter hominem factę erant, perfectam cognitionem primum hominem ſimplici diuinæ inſpirationis illuſtratione accepiſſe nulli dubium eſſe debet. Nam Deus rationabiliter ei tribuit ſcientiam eorum quę propter ipſum fecit, & quorum gubernationem, diſpoſitionem, & prouidentiam ipſi homini reliquit. Si autem pro vita temporali conſeruanda, & diſponenda in rebus tranſitoriis tam ſcientiam magnam accepit, multo magis pro vita æterna adipiſcenda excellentiorem, & abundantiorem de cœleſtibus, & ſupernaturalibus cognitionem habere debuit. Sic in extaſi, & exceſſu mentis Paulus poſitus vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Sic etiam quædam mulier ordinis noſtri prædicatorum virgo mirabilis humilitatis, & deuotionis in vrbe veteri tempore noſtro extaſim patiebatur, quotiens aliquis ei verba deuota, & feruentia loqueretur, cumque poneretur in lecto dum rapi incipiebat, eleuatis paulatim manibus, & pedibus ad modum pedum crucifixi diſpoſitis, ſic efficiebatur immobilis, vt nulla

violentia manus, vel brachia flecti, vel ipſi pedes poſſent aliquatenus diſiungi. De mirabilibus autem, & arcanis quæ in ipſo raptu percipiebat aliquando, paucis, & cum difficultate aliqua reuelauit. Hæc Henricus, & Ioannes de ſancto Geminiano.

QVAESTIO TERTIA. VIII. CAP.

De ſomnijs, & de apparitionibus ſomniorum. Sex Quæſtiones continens.

QVAESTIO I. QVAESTIONIS III. CAP. VIII.

De ſomniorum cauſis ac eius definitione.

QVAERITVR, quid ſit ſomnium, & etiam vnde cauſantur ſomnia, ſiue apparitiones phantaſticæ ſomniorum? Ad quam ſic reſpondetur, quòd ſomnium ſecundum philoſophum lib. 2. de ſomno, & uigilia, eſt phantaſma factum a motu ſimulachrorum a ſimilitudine ſenſibili in dormiente. ſ. n ꝙ dormit, hm̃oi autẽ ſomnium, ſeu phãtaſma ortum habere poteſt ex pluribus, & ſic poſſunt ſomnia plures cauſas habere. Nam ſomniorum duplex eſt cauſa in generali, ſcilicet interior, & exterior. Prima interior ẽt eſt duplex. Nam prima eſt mentalis ſiue ſpiritualis. ſ. cogitatio vel affectio inquantum illa occurrunt phantaſiæ hominis in dormiendo, circa quæ eius cogitatio, & affectio fuit immorata in uigilando. Secunda cauſa ſomniorum interior eſt corporalis diſpoſitio. Nam ex diſpoſitione interiori corporis formatur aliquis motus in phantaſia conueniẽs ta-

li diſpoſitioni, ſicut homini jn quo frigidi humores abundant, occurrit, quòd ſit in aqua, vel niue. Et propter hoc medici dicunt eſſe intendendum ſomnijs ad cognoſcendum interiores diſpoſitiones corporis. Secunda cauſa ſomniorum eſt exterior, & hæc eſt duplex. Prima eſt ſpiritualis, quæ quãdoq; eſt a Deo, qui miniſterio angelorum aliqua hominibus reuelant in ſomniis, vt dictum eſt ſupra. Quandoq; autem operatione dęmonũ apparent dormiẽtibus aliquæ phantaſiæ, ex quibus quandoque aliqua futura reuelant his, qui cum eis habent pacta illicita, ut dicetur infra in tertia Decade. Secunda cauſa exterior eſt corporalis, ſcilicet immutatio imaginationis, vel phantaſiæ inquantum imaginatio, uel phantaſia dormientis immutatur, uel ab aere continente, vel vt aſtronomi dicunt, ex impreſſione cœleſtis corporis, vt ſic dormienti aliquæ phantaſiæ appareant conformes diſpoſitioni cœleſtium. Pro quo intelligendo notandum, quòd Aſtronomi dicunt, quòd cœlum ſiue corpora cœleſtia per ſe operantur ad ſomnia. Nam multotiens dicunt hominum ſomnia eſſe conformia ſtellarum habitudinibus, & conſituationibus, in tantum, quòd ſcitã diſpoſitione cœli hora ſomnij Aſtrologus dicere poteſt de quo facto ſomnium fuit. Et dicunt, quòd ſicut cum colera in homine abundat, ſomniat homo de rebus calidis, & rubeis, & cum flegma abundat, de rebus frigidis, & aquoſis veluti effectus naturales cauſati a cauſa naturali. Simillter cœlum poteſt influere cognitionem effectuum quos uirtualiter continet, & per conſequens imprimere per ſe dormientibus ad ſomniandum. Quibus reſpondetur, quòd licet cœlum aliquid operari poſſit ad ſomnia, hoc tamen non eſt per ſe, ſcilicet per impreſſionem nouæ ſpeciei, vel cognitionis interioris ſenſualis, vel intellectualis. Sed eſt ſolum per accidens ad aliquam tranſmutationem corporis ſecundum ſenſibiles qualitates. Nam influentia calefactiua non poteſt imprimere prius ſpeciem

caloris

calotis ſenſui interiori, quàm cauſet realem calorem qui obiectiuè moueat ſenſum tactus. Et cum dicitur ſecundum Aſtronomos, quòd quandoque inuenta ſunt ſomnia hominum conformia habitudinibus, & imaginibus ſtellarum, utpote Piſcis, Cancri &c. Dicitur, quòd hæc ratio, uel nunquam expertum eſt, uel eſt a caſu, uel quia aliquis exercitatus in huiuſmodi poſt ſomnium (non autem ante) inueniet aliquam concordantiam in cœlo cum re, uel rebus, de quibus ſomniauit. Sed Beatus Auguſtinus ſuper Gen. ad litteram dicit. Hoc quidem occulta malignorum ſpirituum deceptione fieri potuit, qui hominibus intentis talibus vanitatibus, ſic in eorum damnationem, & erroris pronoſticationem, aſtrorum propagatione illudere conſueuerunt. Et negatur, quòd ille humor, qui dicitur melancolia, vel cholera producat in homine ſomniante, vel frenetico ſpecies calidas, uel humidas, uel caprarum, uel ſerpentium, uel ſpecies cuiuſcunque rei differentes ſpecie ab illis humoribus, qui talibus apparere cōſueuerunt. Et ratio negationis eſt. quia cauſa naturalis non poteſt per ſe ſpeciem effectus ſui realis prius producere in ſenſu, uel intellectu, quam illũ effectum producat in eſſe reali. Quod ſi dicatur, unde cauſantur huiuſmodi phantaſticę apparitiones in ſomniis? Dicitur, quod contingunt ex irregularitate motus ſpirituum, & fumorũ, & partium interiorum organorum, in quibus fit ſenſatio, & phãtaſmatarũ reſeruatio, quæ quidem phantaſmata talibus motibus reſpectu inuicem confunduntur, & mõſtruoſè coniunguntur. Et ita contingunt tales apparentiæ ſomniorum. Hęc ex Alberto & Henrico.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS TERTIAE VIII. CAPI.

Vtrum ſpiritus boni, uel mali poſſint ſomnia uiuis immittere.

DVBITATVR, Si ſpiritus boni, & mali poſſint apparere, & immittere ſomnia viuis. Ad quam reſpondetur affirmatiuè, & primo de ſpiritibus bonis dicamus. Ingeruntur enim primo quandoque ſomnia clara viuis benignitate ſpirituum bonorũ de quibuſdam, ad bonum ipſorum vel aliorum pertinentibus, & ſic Alberto Magno fuit immiſſum ſomnium clarum de caſu pueri de molendino in ripam in nocte, vt ſic, quia epiſcopus erat, maiori pietate, & compaſſione moueretur erga matrẽ pueri quæ ſibi de mane de ſubmerſione pueri filii ſui conquerenda erat. Sic etiam Galeno fuit immiſſum ſomniũ de cura cuiuſdam infirmi patientis ægritudinem ſplenis, qui vt ipſe narrat cum diu de cura illius ſolicitus fuiſſet, & remedia diligenter quæſiuiſſet, ſomniauit quadam nocte, quòd ſanguinem traheret de vena quæ eſt inter auricularem, & anullarẽ digitos, quod fecit, & ſanatus eſt, quòd ſi ita diuina bonitas per bonos ſpiritus dirigit homines facientes, quod in ſe eſt ad ea quæ ſunt in ſalutem corporũ, longe vtique fortius diriget per bonos ſpiritus homines debitè ſollicitos pro bonis moralibus, & ſpiritualibus ſibi vel aliis acquirendis, & maxime illos qui præſunt, ſicut rex Salomon ſpecialiter directus fuit per ſomnium de bono regimine populi ſibi commiſſi, ut habetur. 3. Reg. 2. pro hoc facit, quòd Caiphas cũ eſſet pontifex anni illius prophetauit dicens. Expedit uobis, vt vnus moriatur pro populo ne tota gens pereat. Sic ſæpe regibus etiam infidelibus per ſomnia multa oſtenſa ſunt, vt regi Pharaoni futura fames.

Gen.

Gen. 41. & regi Nabuchodonoſor futura regnorum diſpoſitio, de qua ſollicitus erat Danielis. 2. Et merito Angeli dirigunt, & inclinant reges, & principes per ſomnia ad ſalutem eorum quorum curam habent. Nam aliqui angeli (vt dicetur infra in ſecunda Decade) tanquam gubernatores præſunt prouinciis, & regionibus, & per conſequens regibus, & principibus regionum in eos influendo hoc, vel illud prout nouerunt expedire ſaluti commiſſorum. Ex quibus apparet, quòd inter cæteros illorum, qui præſunt ſomnia magis notanda ſunt tanquam præſagium de futuris habentia. Et ideo dixit quidam de philoſophis, quòd regio ſomnio credendum eſt. Nouerat enim, ꝙ ſalus populorum conſiſtit in capitibus eorum. i. in his, qui præſunt. Secundo ingeruntur quandoque ſomnia viuis à ſpiritibus malis, vel ad deceptionem, vt quis credatur propheta Dei, qui eſt propheta diaboli, vel ad confirmationem alicuius erroris, vel ſuperſtitionis, vel ad alicuius vitii impulſionem, & excitationem, ſcilicet ſuperbiæ, vel luxuriç, quandoque, vt per has viſiones claras, & ſomnia ſe tanquam prophetas, aut Deo familiares extollant. de facili enim reuelationes extollunt. Senſit hoc apoſtolus quando dixit. Datus eſt mihi ſtimulus carnis angelus ſathanæ ne magnitudo reuelationum me extollat. Sic Socrati fuit immiſſum ſomnium a quodam dæmone ſibi familiari, vt poſſet interpretari ſomnium Platonis adhuc pueri, quod habuit de cygno quem Athenienſes immolant Deæ Veneri quam colunt. Socrates enim præcedente nocte prius quam Plato ad eum eruditionis gratia a patre fuiſſet adductus vidit ſomnium a ſpiritu familiari immiſſum cygnum, ſcilicet qui apud Athenienſes Veneri dicatur, dulciſſimè canentem, & a terris vſque ad cœlos cantando ſubuoluntatem, quod poſtea Platone adducto ad ſe, hic ille eſt, inquit, cygnus quem ego præterita nocte, tam ſuauiſſimè canentem ſomno videram. Sic etiam quibuſdam philoſo-

phis ab aſſiſtentibus ſibi dęmonibus fuerunt immiſſa ſomnia de aliquibus effectibus, vt ex eis poſtea concluderent diſcurſiuè eſſe aliquos ſpiritus ſe habiliores, & ſubtiliores, & ſic inducerentur ad ſuperſtitionem, vel errorem, vel etiam quandoque ad veritatem, vt patet de Platonicis, & Tullio veritati catholicæ in quibuſdam adhærentibus. Hæc ex Henrico de Aſſia.

QVAESTIO III. QVAESTIONIS III. CAPI. VIII.

Vtrum mortui poſſint in ſomnijs monere uiuos ad bonum, uel abducere a malo, & an ſuis monitionibus ſit præſtanda fides.

QVAERITVR, Si ſpiritus vel aīæ mortuorum poſſint in ſomnis monere ad bonū, vel abducere a malo viuos, & ſi ſint ſeruandæ, & exequendę mortuorum monitiones? Ad quam reſpondetur affirmatiuè. Nam quandoque a ſpiritibus mortuorum, & ab animabus in purgatorio exiſtentibus immittuntur ſomnia viuis rogantes pro eis orari, vt patet 4. dia. Quandoq; etiam permittitur eis, viuis ſomnia ingerere admonitoria, vel etiam prouocatoria ad bonum, vel a peccatis quibuſdam reuocatoria. De animabus vero damnatis non puto ſomnia immittere viuis ſinantur, quamuis nihil prohibeat viuos etiam de mortuis damnatis ſomniare, quādoq; arte dęmonum ad finem, vt credantur ſaluari, aut vt præces, & eleemoſynę viuorum pro illis fruſtra fiant. Qualitercunque tamen ſit, ſomnia de mortuis non ſunt obſeruanda a viuis tanquam ſemper ipſi pro talibus moneantur, vt mortuis ſubueniant eleemoſynis, & precibus.

QVAE-

QVAESTIO IIII. QVAESTIONIS III. CAP. VIII.

Vtrum ſomnia amentium, & ſtultorum alicuius ueri habeant præſagium.

QVAERITVR, an ſomnia amentium, & ſtultorum habeant præſagium alicuius veri? Ad quam Albertus volens probare, quòd ſomniorum immiſſio non ſit a ſpiritibus, ſed ex cauſis naturalibus reſpondet affirmatiuè dicens, quòd multis amentibus, & fatuis plurimum ſomnia pręſagium habentia accidere ſolent. Sed hoc negat dominus Henricus dicens, quòd neſcit vbi Albertus hoc legerit, aut qua experientia didicerit. Ipſe enim nunquam vidit fatuum prophetaſſe, aut ſomnium notabile futurorum deſignatiuum habuiſſe, immo cum phantaſticum fatuorum, ſit tumultu cogitationum, & paſſionum maxime diſtractum, inquietum, & confuſum, ideo eſt maxime indiſpoſitum ad receptionem reuelationum, & ſomniorum.

QVAESTIO V. QVAESTIONIS III. CAP. VIII.

Cur ſpiritus boni enigmaticè, & parabolicè, & non clarè erudiant homines.

DVBITATVR, Quare ſpiritus boni non clarè erudiunt homines per ſomnia, ſed enigmaticè, & parabolicè, cum finis in immiſſionibus ſomniorum ſit ſignificatio aliquorum, quę ſciri, vel præſciri expedit hominibus? Ad quam

Symonides philoſophus uolens reſpondere, dixit hoc accidere pró eo, quòd Deus inuidet mortalibus de ſcientia futurorum, & ideo non clare, ſed ſub oſcuris figurarum inuolutionibus immittit hominibus ſomnia de futuris. Sed quia hic maxime errauit. Ideo dicendum eſt quod ex multis cauſis cõtingit hominibus immitti ſomnia enigmatica, & non clara. Primo, ut homines ſomnijs obſcuris territi ad dominum pro interpretatione recurrant, aut ſaltem ut malum imminens uelit auertere, petant, aut ut aliquis ſeruus Dei ad ſalutem multorum exaltetur, & Deus glorificetur qualiter fuit ad literam de Ioſeph, & Daniele. Secundo obſcuritas præmonitionum per ſomnia facit ad exercitium, quia ſcito quod a Deo, & creaturis ſpiritibus bonis, & malis ſolent homines uariis modis moueri & affectionibus, ut habeant homines occaſionem circunſpectius agendi, & cautius prouidendi; ut forte imminentia mala excludant, ut leuius tolerẽt, ut uentura bona abundantius ſuſcipiant. Tertio in cauſa poteſt eſſe conditio ſtatus præſentis uitæ, quæ multiplici obſcuritate, & perplexitate anxiari meruit, quando homo primus a Deo ſuam per culpam cecidit. Vnde beatus Gre. 5. moral. dic. proiecti a paradiſi gaudijs, cecitatis pœna mulctati uix ſuſurrij uenas appræhendimus, & mira Dei opera raptim tenuiter quam pẽſamus, &c. Quatuor prouenire poteſt ex merito uel demerito, uel ex indiſpoſitione, aut diſpoſitione recipientis, propter quæ Deus aliquos nullis immiſſionibus ſomniorum præadmonet, aliquos ambiguæ inopinatis paſſionibus triſtitiæ, uel lætitiæ, & aliquos ſomnijs, uel reuelationibus claris. Hec Henricus ubi ſupra.

QVAE-

QVAESTIO VI. QVAESTIONIS III. CAP. VIII.

Vnde eſt, quod ſpirituum influxus in homines potius reſpiciat ſomnium, quàm uigiliam.

DVBITATVR, Quare influxus ſpirituum in homines potius uel communius reſpicit ſomnium, quàm uigiliam? Ad quam ſic reſpondetur, quod tres differentiæ actuationum interioris cognoſcitiuẽ requirunt quietem, & tranquillitatem mentis, id eſt animæ, uidelicet reuelatio, contemplatio, & ueritatis inueſtigatio. Cum ergo ſomnus ſit quædam quies uirium animalium, ideo anima dormientis eſt in ſtatu aptiori ad reuelationes. Vnde, quia reuelatio per ſomnium, immiſſa homini a Deo uel angelo, eſt quædam interna allocutio, fruſtra fieret quando anima eſſet ita diſtracta uel aliis occupata uel intenta, quòd non intenderet ſpiritui ſe alloquenti, uel locutionem ſibi memoriter non imprimeret. Sicut hoc manifeſtum eſt in exteriori, nullus enim ſapiens uolens aliquid alicui dicere alloquitur ipſum quando uel ubi propter interiorem diſtractionem, vel exteriorem turbationẽ non poteſt perfecte audiri, uel ſi audiat non recipit corde quod dicitur. Et ideo dixit ſapiens quod non eſt effundendus ſermo ubi non eſt auditus. Et ibidem. Fruſtra fit locutio ubi non eſt attentio, aut vbi eius quod dicitur intellectio. Spiritus ergo boni cum ſint ſapientiſſimi nolentes homines alloqui fruſtra locutione interiori nec exteriori rationabiliter obſeruant tunc locum, ſtatum, & diſpoſitionem eius cui loquẽdum eſt, ut allocutiones ſuæ effectum habeant iuxta illud qđ dicitur Iſai. 56. uerbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum.

Ex quibus ſequitur, quòd reuelatio a Deo, uel angelis per ſomnia fit pro tempore, quo adhuc ligatus eſt ſenſus communis, quia pro illo tempore anima eſt in omnimoda quiete nullum actum habens, & per conſequens uidetur eſſe in diſpoſitione aptiſſima ad receptionem diuinæ illuminationis. Hæc Henricus de Aſſia, ubi ſupra.

QVAESTIO QVARTA VIII. CAP.

Quot, & qui ſunt, qui benè ſomniando diuinant.

QVAERITVR, quot, & quiſunt qui bene ſomniãt, & ſomniando diuinant? Ad quã ſic reſpõdetur, ꝙ tria genera hominũ bene ſomniant, & diuinant, ſcilicet, veſani, amici, & melancolici. Primo enim veſani, bene præuidẽt, & diuinant de ſomniis. Cuius ratio eſt, quia tales non ſunt intenti circa proprios motus, & ideo apprehendunt, & diſcernunt motus paſſionis extraneæ, quę tãgit eos. Viri autem prudentiſſimi, & optimi non ſunt intenti, niſi circa ſapientias, & uirtutes, & alia honeſta, propter quæ non percipiunt ſomnia. Secundo dico, quòd amici bene, & rectè ſomniant, ſicut res eueniũt de ſuis notis, & amicis. Cuius ratio eſt, quia amicorum ad inuicem eſt maior ſollicitudo, & ideo ſuorum ſimulachrorũ eſt maior cognitio. Vnde noti, & amici præcipue quando ſunt ſeparati procul ab inuicem maxime pro inuicem ſunt ſolliciti, de ſe multa ſperantes, & de ſe multa timentes. Maxime enim cognoſcunt ſe inuicem, & ſentiunt motus ad inuicem ſibi factos per paſſiones ſpei, & amoris, & timoris. Et hoc modo ſe habent ſomnia notorum, & amicorũ. Nam motus ſomniorum amicorum ſunt magis profundati, & uehementes, quàm extraneorum. Quod uno exẽplo etiam patere poteſt, quod narrat Tul. in 2. libro

de natura Deorum dicit.n.ibidem, quod duo familiares ſocii, & amici archades, ideſt græci, iter ſimul facientes ad aliquã ciuitatem peruenerunt quorũ unus ad domum ſui amici perrexit. Alter uero ad hoſpitiũ diuertit. Is qui in domo amici ſui erat, uidit in ſomniis ſocium ſuum orantẽ, ut ſibi ſubueniret, eo ꝙ niſi iuuaret ipſum eſſet ab hoſpite iugulandus. Ille uero hoc viſo excitatus de lecto ſurrexit, & hoſpitium in quo hęc agebantur petere conatus eſt. Sed ad ſe rediens, & tanquam uanum ſomnium paruipedens, ad lectũ rediẽs, obdormiuit, tunc eius ſocius ſecundo per ſomniũ apparuit, & inſtantius quamprius rogare uidebatur, ut ei auxiliaretur. Sed iſte neque de ſomno tunc curans iterum obdormiuit. Cui tertio in ſomno ſocius cum magna querela apparuit, ſe dicens iam iugulatum eſſe, obſecrans, quoniam uitæ ſuæ auxilium ferre neglexiſſet ut ſaltem ultionem non negaret, dicens corpus ſuum trucidatum ferri extra portam, ſupra currum, cooptũ ſtercore ſepeliendum, ut eius ſcelus, uel facinus occultaretur. Tunc conſtantibus precibus familiaris, & amicus compulſus, protinus cum iudice ad illam portam ſummo mane cucurrit, & currum quem in quiete ei demonſtrauit, comprehendit hoſpitemq; ad capitale ſupplicium perduxit. Hoc narrat Valerius Maximus. lib. ſecundo de ſomniis. Tertio melancholici melius aliis ſomnia pronunciant, & coniectant. Cuius ratio eſt, quia in illis eſt uehemens imaginationum impreſſio, tum quia minus propriis intendunt, & minus profundè dormiunt, & ideo magis coniectãt, diuinant, & præuident ſomnia. Illi autem qui optime, & artificio ſe determinant, & interpretantur ſomnia, ſunt illi qui mouetur ſubtiliter inſpicere ſimilitudines rerum: uerbi gratia. Sicut enim ſe habet in aqua mota, ſic multo totiens ſe habuit in ſomniis. Sicut ergo intuentes in aqua mota ſimulachra diſtorta, & confuſa prompti ſunt reddere figurata, uel ſignata ipſorum ſubtiliter,

quia ſciunt inſpicere ſimilitudines ſimulachrorum, uel idolorum ad ea, quorum ſunt ſimulachra dicentes ꝙ hæc eſt figura hominis, hęc ęqui, & ſimilia. Sic etiã in ſomniis intuentes ſimulachra diſtorta prõpti ſunt determinare ipſorum figurata. uel ſignãtia illi, qui mo uentur ſubtiliter inſpicere ſimilitudines eorum ad ea quorũ ſunt ſimulachra. Hæc Beatus Thomas in fine tertii libri de ſomno, & uigilia, & Albertus in commento ibidem.

QVAESTIO QVINTA. VIII. CAP.

Vtrum ſomnijs dare fidem ſit licitum.

QVAERITVR, Si dare fidem ſomniis ſit licitis. Ad quam uidetur reſpondendum negatiue propter ea, quia ſcribitur. Eccleſiaſtic. 34. Multos errare fecerunt omnia, & exciderunt ſperantes in illis, & metricè dicitur.

Somnia ne cures, nam fallunt ſomnia pluresꝰ

& Cato dicit.

Somnia ne cures, nam mens humana quod optat.
Dum uigilat ſperans, per ſomnum cernit idipſum.

Sed in cõtrariũ eſt, quia angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph, qui ſomnio credidit. Matth. primo. Reſpondeo dicendum, ꝙ ut dicit Macro. ſuper ſomnũ Scipionis (eo, ꝙ in ſomnis Paulus Scipio maior Scipioni filio apparuit.) Omnium quæ ſibi uidere dormientes uidentur, quinque ſunt principales diuerſitates, & nomina, aut eſt enim quod latini ſomnium uocãt, aut quod uiſio recte appellatur, aut quod oraculum nuncupatur, aut quod in ſomnium dicitur, aut eſt phantaſma, quod Cice. quotiens opus hoc nomine fuit, uſum

ſum uocauit. Vltima ex his duo dicit Cice. cum uidentur cura interpretationis indigna ſunt, eo quòd nihil diuinationis importent. Fiunt enim hæc duo primis tribus horis noctis, quæ uocatur prima noctis uigilia. Lucæ duodecimo, & quę dicitur etiam intempeſtum. 3. Reg. 3. & conſurgens intempeſte noctis ſilentio de meretricibus. In quibus horis ſomnus eſt ualde obſcurus, & profundus propter fumum obſcurum, & ſpiſſum reſolutū a loco digeſtionis opilantem, & obſcurantem organa ſenſuum, ideo tunc phantaſmata, & motus factus a ſenſibus apparere uere non poſſunt. Et ideo credere, & fidem dare ſomniis, & apparitionibus, ſiue reuelationibus factis tribus primis horis illis. uanum eſt, & ſtultum, & ſic intelliguntur dicta in fronte quæſtiunculæ adducta. Somnium autem eſt, cum dormiendo aliquid reuelatur nobis per impreſſionem formarum imaginabilium, & id quod reuelatur tegitur figuris, & reuelatur imaginibus, ut cum Iacob dormiens ſcalam uidit. Gen. uigeſimo octauo. Viſio eſt cum in uigilia reuelatur aliquid per impremiſſionē formarum imaginabilium, & eo ordine eueniunt quo apparuerunt, ſicut uiſio Iſaię qui dicit. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum &c. Iſa. 6. & uiſio Danielis de hebdomadibus quæ eo ordine euenit, ſicut uidit: Oraculum eſt, cum in ſomnis, parens uel alia bona grauiſque perſona Deus. Chriſtus, Angelus, uirgo Maria, uel aliquis ſanctus, aliquid aperte uenturum aut non, uitandum, uel faciendum denunciat, & iſti tales apparentes ſi loquentur, ſic eueniet, ut dicunt, uel ut oſtendunt, & ſic credere non eſt peccatum, maxime ſi ipſe cui apparitiones fiunt, ſit bonus. Ex quibus patet, quòd ſecundum Macrobium. ſomnium Ioſeph, de quo dicit Matthæus oraculum fuit, & in aurora ſtomacho digeſto, & Ioſeph ſomniorum doctor credidit angelo, & accepit Mariam ſibi

uxorem prægnantem. Illud autem, quod Pharaoni, uel Nabuchodonoſor factum fuit, ſomnium fuit, & non oraculum, nam Ioſeph Pharaoni, & Daniel Nabuchodonoſor interpretati ſunt. Ergo in ſomnia crēdere, & phantaſmata perſcrutari uanū eſt, quæ fiunt tribus primis horis noctis. Somniis uero uiſionibus, & oraculis credendum eſt, maxime ſi frequentius appareant, & ſi bonus ſit cui apparent, & ab aliquo ſancto uiro interpretentur. Vbi tamen cui ſomnia, uiſiones aut oracula fiunt non eſſet, ut Paulus qui dicebat. Scio, cui credidi, & certus ſum, aut ſicut mater Auguſtini, de qua dicit li. confeſſionum, quòd ipſa ſciebat diſtinguere inter Deum reuelantem, & animam ſomniantem, tunc enim interpretis cui uiſio, aut ſomniū, uel oraculum fieret, non egeret. Hæc dominus Ioan. de Biblia Bononienſis in quolibetis.

QVAESTIO SEXTA. VIII. CAP.

Vtrum futura uaticinari per ſomnia ſit peccatum.

QVAERITVR, ſi uaticinari futura per ſomnia ſit peccatum? Ad quā ſic reſpondetur, quòd prædicere futura per ſomnia poteſt contingere quatuor modis. Primo ex naturali ratione, & ſic poſſunt cognoſci omnia futura quę effectus ſuos habent in cauſis ſuis, & prẹd cere talia, licet, nec eſt diuinatio, ut patet ſupra diuinatio primo ca. Secundo contingit futura prædicere ex corporali complexione, uel diſpoſitione, ut medici faciunt, & hoc licet, nec eſt diuinare. Tertio contingit ex Dei reuelatione, ſicut fecerunt Ioſeph, & Daniel. Gen. 40. & Dan. 2. qui per reuelationem diuinam uiderunt præſagia futurorum, & ideo reuelationem a Deo ſibi factam exponebant, & alijs enarrabant. Vnde dixit Ioſeph duobus Eunuchis, qui habuerūt ſomnia,

nia, & interpretationes ignorabant. Nunquid non Dei eſt interpretatio? referte quid uideritis Gen. 40. & Dan. 2. dicitur, quod enim per uiſionem myſteriū reuelatum eſt a Deo Vnde ſubdit. Eſt Deus in cœlo reuelans myſteria, in nullis tamen ſomniis quantum eſt ex ſe, fides, & ſpes pro certo ponenda eſt, niſi alicui conſtaret aliquid pro certo per ſomnia, uel in ſomniis a domino reuelatum fuiſſe. Vnde nec Ioſeph nec Daniel obſeruabant ſomnia, ſpem in illis ponentes. Sed quæ per ſomnia fuerunt eis a Deo reuelata, expoſuerunt, ut patet. Quarto contingit futura prædicere in ſomniis ex dæmonum illuſione, & reuelatione cum quibus pacta habent, uel expreſſa, quia ad hoc inuocant, uel tacita, quia huiuſmodi diuinatio ſe extendit ad id, ad quod ſe nō poteſt extēdere, & talis eſt illicita, & ſuperſtitioſa. Vnde probatur Leui. 19. Non obſeruabitis ſomnia, & Deuteronom. 18. Non inueniatur in te qui obſeruet ſomnia, & hoc uel pactum habens cū dæmone, uel ſpem ponens in ſomniis. Hæc B. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 95. articu. 8.

Septima Quæſtio, & ultima huius Octaui capitis, duas habet quæſtiunculas.

QVAESTIO I. QVAESTIONIS VII. CAPI. VIII.

Quare pueri, & amentes aliquando futura prædicunt.

DVBITATVR, Quare pueri, & amentes quandoque futura prædicunt? Ad quam ſic reſpondetur, quòd pueri, & amentes cum habeant liberum arbitrium ligatum, non proprie uoluntariè, ſed naturaliter agunt. Natura autem regitur ſyderibus, quę immutant quodammodo phātaſias

taſias eorum,& ſic diuinant,ut dictum eſt ſupra in declaratione opinionis philoſophorum, & clarius declarabitur ex ſequenti reſponſione ad ſeptimam petitionem.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS. VII. CAPI. VIII.

Cur animalia bruta, aliquibus motibus, futuros effectus oſtendunt.

DVBITATVR, Quare animalia bruta aliquibus motibus futuros effectus oſtendunt? Ad quam ſic reſpondetur, quòd animalia bruta non habent aliquid ſupra phantaſiam, quod ordinet phantaſmata, ſicut habent homines rationē. Et ideo phantaſia brutorum animalium totaliter ſequitur impreſſionē cœleſtem, & ideo ex motibus huiuſmodi animalium magis poſſunt oſtendi quædam futura, ut pluuia, & huiuſmodi, quam ex motibus hominum qui mouentur per conſilium rationis. Vnde philoſophus dicit lib. 1. de ſomno, & uigilia, quòd quidā imprudentiſſimi ſunt maxime prouidentes. Nā intellectiua eorum non eſt curis affecta, ſed tanquam deſerta, & uacua ab omnibus, & mota ſecundum mouēs ducitur. Hęc Tho. 1. parte. q. ubi ſupra. Vnde philoſophus dicit in libro Methaurorum, quòd cantus ranarum, acutus morſus pulicum, uel muſcarum, ſignificat pluuiam. Prima pars probatur, quia tempus humectatum eſt conueniens ranis exiſtentibus in aquis, ideo naturali inclinatione cantant. Et pulices, & muſcæ propter humiditatem attractam a uirtute eleuatiua ex qua generatur pluuia, plus ſolito quærunt reſtauratiuum. Et Gallus cantans tempore non ſolito, & aſini confricantes aures ſignificant pluuiam futuram. Prima pars probatur, quia tunc multitudine uaporum extinguentium priſtinam ſiccitatem inſti-

inſtigantur. Secunda pars probatur, quoniam ex multitudine uaporum generatur in eis pruritus. Item eleuatio capitum boum, & uaccarum in campis, & paſcuis, ſeu impetus reuerſionis ad uillam, ſignificat pluuiam, & tempeſtatem futuram, patet, quia cum operationes iſtorum ſint ab intelligentia infallibili, ideo naturaliter inclinantur cognoſcere nocumentum futurum. Nimia etiam auiditas pecudum comedentium in campis eſt ſignum futuræ pluuiæ, patet, quia natura non deficiens in neceſſarijs, dedit iſtis animalibus non habentibus rationem, quandam inclinationem naturalem, qua extimant nocumentum futurum de proximo fieri, quod eſt prohibitiuum nutrimenti eorum. Ideo hoc quaſi ſcientes, plus ſolito auide quærunt cibum. De auibus etiam in terra futuram pluuiam pronoſticantibus. Vergi. primo Georgicorum longo carmine ſic cecinit:

Cum medio celeret reuolant ex equore mergi.
Clamoremque ferunt ad littora, cumq; marinæ.
In ſicco ludunt fulice, notaſque paludes,
Deſerit, atque aliam ſuperuolat ardea nubem.
& infra.
Aut illum ſurgentem uallibus imis.
Aerie fugere grues.
Aut bucula cœlum ſuſpiciens, patulis captauit naribus auras.
Aut arguti lacus circumuolitauit hirundo.
Et ueterem in limo ranæ cecinere quærelam.
Sæpius è tectis penetrabilibus extulit oua, Anguſtum formica terens iter, & bibit ingens Arcus.
Et e paſtu decedens agmine magno.
Coruorum increpuit denſis exercitus alijs.
& infra.
Iam uarias pelagi uolucres.
Nunc currere in undas. Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi, tunc, ſ. ſunt ſigna pluuiæ futuræ, ſigna

ſigna tempeſtatis uenturæ, eodem libro decantans ſupra dixit. Continuo uentis ſurgentibus, aut freta ponti. Incipiunt agitata tumeſcere, & horridis altis Montibus audiri fragor. Aut reſonantia longe littora miſceri, & nemorum increbreſcere murmur. Iam ſibi tum curuis male temperat unda carinis. Et hæc ſint pro octauo capite primæ decadis ſatis.

Nonum Caput Principale huius Primæ Decadis eſt de immunitate, & nobilitate intellectus, & uoluntatis potentiarum animæ, reſpectu corporum cœleſtium, ſub quo ſeptem principales Quæſtiones declarabuntur.

Prima Quæſtio principalis huius noni capitis, De intellectu, & uoluntate reſpectu corporum cœleſtium, ſub qua quinque quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. QVAESTIONIS I. CAP. IX.

Vtrum potentiæ animæ rationalis, ſubdantur, & neceſſitentur a corporibus cœleſtibus.

QVAERITVR, ſi uoluntas, & intellectus potentiæ animæ rationalis ſubdantur, & neceſſitentur a corporibus cœleſtibus. Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam inſtrumenta mouent, & immutant in uirtute principalis agentis. Sed corpora cœleſtia ſunt inſtrumenta ſubſtantiarum ſpiritualium, & angelorum, qui cum ſint ſuperiores animabus, & earum potentijs, ergo in eis imprimunt, & mouent eas. Ergo corpora cœleſtia uelut inſtrumenta in animabus, &

earum potentiis poterunt. Minor probatur per Dionyſium.8.c. de diuinis nominibus dicentem. Diuina ſapientia coniungit fines primorum principiis ſecundorum, propter hoc philoſophus.12.metha. aſſignauit numerum angelorum, ſecundùm numerum motuum cœleſtium. Preterea ſecundo arguitur ſic, illud quod per generationem ſubiicitur corporibus cœleſtibus, immutatur, & neceſſitatur ab illis, vt ſit cauſa actuum illius. Sed anima ſubiicitur per generationem corporibus cœleſtibus, ergo immutatur, & neceſſitatur ab illis. Minor probatur: Nam ſol, & homo generant hominem. 2. phyſicorũ, & nõ generant materiã, quia materia eſt ingenerabilis, & incorruptibilis. primo phyſicorũ, ergo generãt formam quæ eſt anima rationalis. Item tertio probatur, ꝙ corpora cœleſtia immutent potentiam intellectiuam ſic, operatio intellectus humani per ſe ſubiicitur motui cœli, qa intellectus ſubiicitur phantaſiæ. Intelligentem enim oportet phantaſmata ſpeculari. 3. de anima. Sed phantaſia per ſe ſubiicitur motui cœli, ſicut & omnis cognitio ſenſitiua, a quibus dependet omnis doctrina, & omnis diſciplina intellectiua, primo poſteriorum ergo &c. Præterea quarto probatur, quòd voluntas ſubiiciatur aſtris ſic. Illud ſubiicitur cauſaliter, & directe ſuperioribus lationibus, quod variatur, & alteratur de diſpoſitione in diſpoſitionem. Sed voluntas ſecũdum quod philoſophus adducit primo & ſecundo de anima de mente Empedoclis, & Democriti variatur, & alteratur ſecundum diuerſas diſpoſitiones temporis, quod eſt paſſio motus cœli. 4. phyſicorum, ergo voluntas ſubiicitur caſualiter, & directe corporibus cœleſtibus. Patet etiam hoc experientia. Nam multi homines ſecundum diſpoſitionem temporum ſunt læti, & triſtes, & beniuoli, & iracundi, ergo &c. Sed contra eſt quod dicit Damaſ. quòd corpora cœleſtia humanorum actuum nequaquam ſunt cauſa. Reſpondeo dicẽdum, quòd corpora cœleſtia dupliciter dicuntur age-

re in effectibus.ſ.per ſe, & directe, & per accidens,& in directe. Primo modo corpora cœleſtia nō agūt in animam,& potentias eius rationales,quia ſi per ſe,& directe agerent in animam, ſequeretur,ꝙ animæ producerentur per tranſmutationem, ſicut aliæ res naturales, vt dixerunt Democritus,& Empedocles,non ponētes differentiam inter ſenſum,& intellectum. Qui nōn videntes diſtinctionem inter actus, & operationes intellectus, & ſenſus, & inter appetitum ſenſitiuum, & intellectiuum, dixerunt intellectum eſſe virtutem organicam, & materialem, ſequentem corporis tranſmutationem,ſicut ſenſus. Et conſequenter dixerunt, quòd cum tranſmutatio inferiorū corporum ſequatur tranſmutationem corporum ſuperiorum, anima etiam, & intellectualis operatio ſequerentur motum corporum cœleſtium, ſecundum illud Homeri. Talis eſt intellectus in diis, & hominibus terrenis, qualem in die dedit pater virorum Deorumque,ideſt Sol,vel Iuppiter, quem dicebant ſummum Deum. Et ita intellectum ſicut ſenſum crediderunt a corporibus ſupercœleſtibus generari. Et conſequenter directe, & per ſe a corporibus cœleſtibus agi, & imprimi. Quam opinionem theologi reprobant ponentes, quod lex ac ordo diuinæ prouidentiæ hoc vult, quòd vnumquoque immediatè a proxima ſibi cauſa moueatur. Proximum autem motiuum voluntatis eſt bonum oſtenſum per intellectum, eo quòd obiectum appetitus eſt bonum, vel apparens bonum a quo mouetur, ſicut viſus a colore. Vnde dicunt, quod ſolius Dei immediatè actiuè eſt mouere voluntatem, & ſecundorum agentium ſolum perſuaſiuè, nōn autem impreſſiuè a corporibus cœleſtibus, quia ſi ſic, nunquam in nobis eſſet electio mala. Nam natura per ſe, & directe agendo ſemper ordinatè agit, & mouet. Eandem etiam opinionem reprobat philoſophus. 4. metaphyſic.& primo, & ſecundo de anima. Si autem loquamur de ſubiectione indirecta, & per accidens, ſic dicimus

mus, quòd anima,& potentia eius appetitiua,& intellectiua rationales, ſubiiciuntur corporibus cœleſtibus,& eorum impreſſionibus. Inquantum,ſcilicet,aliquo modo intellectus, & uoluntas accipiunt ab interioribus, & exterioribus uiribus,quæ organis corporum alligantur,& corporibus cœleſtibus ſubiiciūtur. Nam operatio intellectus, & conſequenter uoluntatis,nec inchoari poteſt,nec compleri, ſine concurſu uirtutum corporearum,quę ſunt imaginatiua,memoratiua,cogitatiua,ſenſitiua &c. Et inde eſt,quòd impeditis harum uirtutum organicarum operationibus propter aliquam indiſpoſitionem corporis, uel organorum talibus uirtutibus ſeruientium, impeditur operatio intellectus,& conſequenter uoluntatis, ſicut patet in phreneticis,lethargicis, & infirmis &c. Sed tamen etiam circa ſubiectionem diuerſimode ſe habent intellectus, & uoluntas. Nam intellectus de neceſſitate accipit ab inferioribus uiribus apprehenſiuis. Vnde turbata ui imaginatiua,uel cogitatiua, uel memoratiua,de neceſſitate turbatur actio intellectus. Propterea dicitur, ꝙ licet operatio intellectus nō efficiatur a motu cœli exigitur tamen motus cœli ad hoc ꝙ fiat operatio intellectus. Nam operatio intellectus non poteſt fieri, niſi concurrat ſenſus. Et ſenſus non poteſt concurrere ſine influentia motus cœli. Virtute autem motus cœli remouentur ſæpe contrariæ diſpoſitiones impedientes operationem intellectus. Voluntas uero proximior cauſa, quàm intellectus, licet non ex neceſſitate ſequatur inclinationem appetitus inferiorum, Inquantū in poteſtate voluntatis eſt, ſequi inclinationem concupiſcibilis, & iraſcibilis. Vnde inferiores vires minus pertingunt ad voluntatem,quàm ad intellectum. Subiicitur tamen, & ipſa occaſionaliter, & indirecte ſuperioribus lationibus, inquantum ex his aliqua occaſio noſtris electionibus præſtatur, ſecundum quod habent impreſſiones. Nam cum per corpora ſupercœleſtia, diſponitur

aer ad frigus intenſum, eligimus ad ignem calefieri, ac etiam virtute cœlorum inſurgunt in nobis aliqui motus paſſionum, quibus efficimur cholerici, & proni ad iram. Et interdum a cœlo cauſatur in nobis aliqua diſcraſia in corpore, per quam eligimus accipere medicinam. Ad primum ergo argumentum dicendum, quòd ſpirituales ſubſtantię quæ cœleſtia corpora mouent, agunt quidem in corporalia mediantibus cœleſtibus operibus. Sed in intellectu humano agunt immediate illuminando, voluntatem autem immutare non poſſunt, niſi per modum perſuaſionis, hæc Thom. quæſt. 95. art. 4. primę partis. Ad ſecundum dicitur, quòd ſol generat hominem, non tamen animam intellectiuam, ſed aliam formam ſubſtantialem eductam de potentia materiæ, quæ poſtea corrũpitur adueniente de foris anima intellectiua. Ad tertium dicendum, quòd indirectè & per accidens dependet operatio intellectus a phantaſia, & a ſenſibus exterioribus, non tamen per ſe, & directè, vt dictum eſt. Vel dicitur negando quandoque, quia ſi operatio intellectus dependet à phantaſia, hoc eſt virtute intellectus agentis, & operatio intellectus, quæ eſt doctrina, vel diſciplina ſi dependet a ſenſu, non concurrit vniuerſaliter cœlum, ſed ſolum intellectus agens. Ad quartum dicendum, quòd talis alteratio eſt ratione corporis in quo directè influit motus cœli, & non ratione intellectus, vel voluntatis, quia nullus talis motus cauſatur in intellectu, vel voluntate, ſed ſolum in corpore. Et negatur cõſequenter, quòd aliqui a natiuitate habeant aliquem habituum moralem. Ad philoſophum vero dicitur, quòd intelligit aliquos in natiuitate naturaliter diſponi, & naturaliter habilitari ad habitus morales, iuſtitię, temperantiæ, & huiuſmodi, & hoc conceditur, & hæc, quantum ad principalem quæſtionem.

ADDITIO.

Hęc quæſtio ſubtilius cognoſci poteſt, è Gerſone in libello, quem trigolum Aſtrologiæ Theologizatæ inſcripſit. E D. Bonauent. in 2. diſt. 2. art 3. q. 2. Et poſt hos videto Gabrielem Bielem diſt. 14. q. unica, lib. 2. & contra Aſtrologos, qui multa falſa dicunt, poſſunt qui dem cœleſtia corpora, voluntatem inclinare, non tamen effectiuè, actum uolendi in ipſo efficiendo, neq; imponere quouis modò neceſſitatem, cùm uoluntas ob ſuam libertatem libera maneat. vincit enim hom. tẽtationes, nedum per gratiam, ſed etiam per voluntatis libertatem, ita quod vt doctor Ordinis Seruorum Laurentius opimus aſſerit in 2. diſt. 25. q. 3. collat. omnes actus humani ſemper erunt a lib. arb. mediatè, uel immediatè, quia per imperium voluntatis, aliæ potentiæ mouentur in actus ſuos. Hinc eſt illud Ptolomæi, Sapiens dominabitur aſtris.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS PRIMAE IX. CAP.

Vnde eſt, quod unus ſit altero, acutioris ingenij, uel tardioris.

QVAERITVR, Si ab aſtris, vel alijs cauſis accidentalibus, unus ſit altero acutioris ingenij, uel tardioris. Ad quam reſpondetur, quod non prouenit ex aliqua influentiali uirtute impreſſa corpori humano ex aſtris tempore natiuitatis, quòd unus homo ſit acutioris ingenij, uel tardioris. Probatur quia uirtus cognitiua rationalis directe non ſubijcitur aſtris, ut nunc ſupra dictum eſt, & per conſequens per ſe non poſſunt imprimere in intellectum, ſed bene per accidens. Albertus & Henricus.

QVAESTIO III. QVAESTIONIS I. CAPI. IX.

Vtrum ab aſtris unus inclinetur ad unam ſcientiam, & alter ad aliam.

QVAERITVR, Si ab aſtris, uel ab accidentibus aliis unus inclinetur ad unam ſciētiam, & alter ad alium. Ad quam reſpondetur ſimiliter, quòd non prouenit ex aliqua uirtute cœleſti tempore natiuitatis etiam q̃ unus ſit naturaliter aptior ad unam ſcientiam, & alius ad aliam. Probatur hoc ſimiliter, quia corpora cœleſtia naturaliter, & directe non poſſunt nos aptos facere ad ſcientias, ſed bene per accidens. Hæc Albertus, & Henricus.

QVAESTIO III. QVAESTIONIS I. CAP. IX.

Quot ſint cauſæ, quibus acuitas ingenij eſt ad diuerſas ſcientias.

QVAERITVR, Quot ſunt cauſæ accidentales ex quibus acuitas ingenii, & inclinatio ad diuerſas ſcientias proueniunt? Ad quàm reſpondetur, quod ſunt quinque. Primo nanque hoc prouenire poteſt ex paſſionibus ad quas ex complexione naturali homo eſt diſpoſitus, & inclinatus. Paſſionatus enim ad uitium auaritiæ magis inclinatur ad ſcientias lucratiuas, & feruentius in eis laborat, quam aliis ſcientiis, & ita de paſſionatis ad alia uitia, uel uirtutes. Secundo contingere poteſt, quia completio uel conſtitutio hominis unius eſt magis cōformis, uel proportionata undecunque op̃itis,

ctis, vel rebus, & earum habitationibus. de quibus data ſcientia conſiderat, quàm alterius hominis, & ſic delectabilior eſt ſibi illa ſcientia vel ars. Tertio poteſt accidere ex hoc, quòd quandoque in vna homine excellit virtus imaginatiua, in alio virtus diſcurſiua, in alio iudicatiua, in alio memoratiua, & ita ſecundum hoc vnus homo ad vnam ſcientiam eſt habilior, quàm ad aliam. Quarto poteſt hoc contingere ex diſpoſitione radicis inferioris. Nam videmus filios pictorum, vt plurimum aptiores eſſe ad pingendum ex diſpoſitione contracta ex parentibus. Quinto contingere poteſt ex frequenti meditatione, vel obiectione talium. Nam qui a iuuentute pingere vidit, vel videre picturas placuit, magis inclinatur ad pingendum, quàm ad aliam artem, & hoc etiam fuit cauſa quare Iacob naſcebantur oues varii coloris ex frequenti ſcilicet inſpectione, & imaginatione ouium bibentium aquam, ſub qua erant virgæ variorum colorum. Gen. 30. cap. Non ergo diuerſitas ingeniorum eſt ab aliqua ſpeciali virtute impreſſa in natiuitate, nec varietas complexionum corporum humanorum, & aliarum variarum naturalium conditionum ſemper a cœlo expetenda eſt, ſed ab aliis quinque modis proximè recenſitis. Hæc Albertus, & Henricus.

ADDITIO.

Cur aliqui ſint ſubtilioris ingenii, aliqui verò groſſioris eſt (ſecundum Aſtrologos, & præcipuè Albuma.) quia in aliquorum natiuitate, Mercurius eſt in domo, vel exaltatione ſolis, vnde qui ſic naſcuntur ſunt ingenio præditi, cum vero eſt in domo Lunæ, naſcuntur groſſiores. Immo ſcito (ſecundũ Ptolomęum propoſitione 70. quod illi in quorum ortu, Luna, Mercurium non aſpicit, ſunt amẽtes, in quorum verò luna reſpicit Mercurium, ſapientes ſunt,

quia Luna infundit uirtutes naturales Mercurius uerò rationales, unde quando uirtutes naturales, quibus gubernatur corpus, rationem reſpiciunt, ille naſcitur ſapiens, quando uerò non reſpiciunt, ille naſcitur amens. Et quando Mercurius eſt retrogradus, naſcens, efficitur hebes mentis, & obliuioſus, quando uerò eſt directus efficitur ingenij celeris. ratio autem eſt, quoniam ſtellæ non impeditæ ſuas naturales operationes faciunt, oppoſitum autem ſi impediuntur. His de cauſis accidit frequenter Aſtrologos, uera pronoſticare de moribus hominum, non quod ita neceſſario eueniant, ſi homo uult per uoluntatem, rationis legem, quàm ſenſus ſequi, ſed quia pronus eſt ad ſequendum appetitum ſenſitiuum in quo Aſtra influunt.

QVAESTIO V. QVAESTIONIS I. CAP. IX.

Quis melius iudicat de bonitate, uel prauitate intellectus, Medicus, an Aſtrologus.

QVAERITVR, quis melius iudicat de bonitate, & prauitate intellectus, medicus an aſtrologus? Ad quam ſic reſpondetur, quòd expertus medicus de bonitate, & prauitate ingenij melius, & certius iudicat, quàm aſtrologus. Probatur, quia medicus iudicat ingenia ex cauſa proxima, & propinqua, ſcilicet ex particulari radice inferiori, ſeu cauſis primis qualitatum elementorum. Vel cauſis ſecundis, ſcilicet mollium carnium exilium unguium capitis ad modum nauis nigrorum capillorũ, pro quo facit, quod dicit Albertus libro de quatuor coeuis ſcribens, quod mollicies, & raritas carnis non quę ex humore, & flegmate indigeſto prouenit (ut in mulieribus quæ malum tactum, & imprudentiam notat) ſed quæ prouenit ex humido ſubtili, & ſpumoſo aereo

aereo bene terminato, & calido temperato, bonitatẽ mentis atteſtatur, nam dicit Plato, ꝙ bonitas formę fit ſecundum merita materiæ, & ideo dicit philoſophus. 2. de anima, quòd molles carne apti ſunt mente. Et ſuper miſſus eſt, dicit Albertus, quòd nigredo oculorum, & capillorum in cute cãdor arguunt calidã complexionem, & præclariſſimum intellectum. Vnde Galenus in techni dicit. Compoſita calida, & ſicca ſi non abundant, perfecti ſunt ſenſibus, & uigilantiſſimi ideſt ſtrenui. Nam a caliditate fluit uelocitas apprehẽdendi, & a ſiccitate firmitas retinendi, propterea dicitur, quòd generaliter mollicies carnis, ſubtilitas unguium, tenuitas capillorum, paruitas dẽtium, & oris, atteſtantur manſuetudinem, & bonam mentẽ, & ecõuerſo. Vngues acuti, fortes & magni dentes, & ſciſſio oris notant ferocitatem; & prauum intellectum. Aſtronomus autẽ de ingenijs, & huiuſmodi arguit, & iudicat ex corporibus cœleſtibus tãquam ex cauſis remotis. Ergo concluditur, quòd iudicium potentiarum cognoſcitiuarum in homine bene haberi non poteſt, ex diſpoſitione aſtrorum in horis natiuitatum. Et quòd de huiuſmodi melius iudicat expertus medicus ex cauſis inferioribus, quàm ex conſideratione cauſarum ſuperiorum ſuperſtitioſus aſtrologus. Hæc Albertus, & Henricus.

ADDITIO.

Vereor ne aliquid in hac quæſtione ſit etiam dubitandum, quoniam Medicus accipit ſuam ſciẽtiam, a cauſis multum remotis ſanitatis, & ægritudinis, ſicut ſunt elementa, & ſimilia, ut dicit Au. in 2. colliget, in cap. de complexionibus membrorum, & Ariſt. in prin. lib. de ſenſu, & ſenſato. dicit quod phyſici intereſt ſanitatis, & ægritudinis inueſtigare prima principia, ubi per prima, non eſt intelligendum naturalia (ut expoſuit D. Thomas, quoniam nullibi conſueuit

Ariſto. ſumere, in hoc ſenſu, primum) ſed remota, quia proxima ſpectant ad medicum, præcipuè, ut ſunt intenta per artem. Idem etiam Simplicius dicit in prologo ſcientiam naturalem largiri principia Medicinæ, & alis artibus mechanicis. Attamen, mihi uidetur, quòd ad ſimplicem medicum hoc iudicium non ſpectat, cùm neque perfectè mederi ſine Aſtrologia poſſit. Quod ut clarum, adducam Hypocratis ſententiam in princip. pronoſtic. qui de Luna loquens, ſic ait, Eſt quoddam celeſte Sydus, in quo oportet medicum prouidere, cuius prouidentia eſt mirabilis, & ſtupenda. Et Galenus in Comm. de di bus creticis dicit. Rem certam quæ non fallit, attendat medicus, quam docuerunt Aſtrologi Egyptiorum, quia per coniunctionem corporis Lunaris, cum ſtellis fortunatis, fiunt ęgritudines terminabiles ad bonum, cum contrariis uerò contrariæ ſcilicet ad malum. Si ergo peritus medicus (iuxta Hypocratis doctrinam) primam Lunam aſpicere debet, & quando eſt plena luminis, quia tunc creſcunt humores in hominibus, & medullæ, & fit nutrimentum in mari, & in omnibus rebus. Si item neceſſe eſt, quod peritus medicus obſeruet, dum infirmus cadit in lectum, utrum Luna tunc exeat de coniunctione, quia ſic creſceret infirmitas, quouſque ueniat in oppoſitionis gradum, ideſt in plenilunio, Aut ſi eſt in malo planeta, uel in malo ſigno, aſpiciens domum Martis, quæ eſt octauum ſignum, quoniam ſi aſpexerit Martem, qui dicitur dominus ſigni Scorpionis, eſſet de morte timendum, ſecus autem ſi fuerit cum bono planeta, & in bono ſigno, uel domo, aſpiciens domum uitæ, ideſt Iouem, qui dicitur dominus ſagittarii, & piſcium, quia tunc de uita ſperandum. Ergo ſequitur, quod medicus morbos, complexiones, ac morborum mutationes nequaquam cognoſcere poterit, niſi lunares affectus in corporibus cognoſcat, & aliorum Aſtrorum. Hic eſt, quod Zimara dixit. me-

dicinalem artem non habere perfectionem, cum potius, tàm experientiæ quàm rationi appropriè-tur, quæ in ſingulis indiuiduis, difficile eſt inueniri.

QVAESTIO II. PRINCIPALIS IX. CAP.

Cur in diuerſis regionibus, in hominibus uidetur diuerſitas morum, ſcilicet uitiorum, & uirtutum.

QVAERITVR, an ex impreſſione cœleſtium corporum cauſentur in diuerſis regionibus quaſi appropriata uitia, & uirtutes, & in hominibus diuerſitas morum, ſcilicet uitiorum, & uirtutum? Ad quam uidetur reſpondendum affirmatiuè, & primo ſic. Nam præcognitio aliquorum futurorum non poteſt accipi niſi ex illis in quibus illa futura ſunt aliquo modo; ſicut in cauſis. Sed præcognitiones morum hominum, & operum humanorum accipiuntur, ex impreſſione cœleſtium, ſicut patet in Aſtronomis, qui multa prædicunt, ergo. Item philoſophus libro de proprietatibus elementorum dicit, quòd regna uacua factam ſunt apud coniunctionem duorum magnorum planetarum: Iouis, ſcilicet, & Saturni. Sed hoc non eſſet niſi bella, & lites ex aſtris dependerent, ergo. Item ad uniuerſitatis ordinem ſpectat, ut omne, quod non eodem modo ſe habet, reducatur ad cauſam, ſemper eodem modo ſe habentem. Sed actus ex libero arbitrio dependentes maxime ſunt uarii, & multiformes, ergo oportet ut reducantur in uniformes motus cœleſtium corporum, ſicut in ſua principia. Et Ptolom. libr. tertio quadripartiti dicit, quòd habitatores Aſiæ maio-

maioris ſunt, ut in pluribus caſti, & abſtinentes, & caſtiſſimis utuntur ueſtimentis, ex ſocietate, & aſpectu Saturni, & Iouis. Et Ambr. in lib. Exameron, introducit quendam aſtronomum dicere ſolitum ſi quis ſigno arietis naſcatur, exiſtimabitur præſtantiſſimus conſilio. Laborioſos facit, & patientes quos naſcentes Thaurus (iugo aſſuetus) aſpexerit. Percuſſorem, & uenena remouentem cuius natiuitatem Scorpio uenenoſus complexus eſt. Si quis ſub Aquario naſcitur, piſcatoris miniſterium ſortietur. Et ſi quis ſub ſigno Libræ naſcitur, erit proculdubio trapezita. Et Auguſt. ſuper pſalm. 63. introducit quendam mathematicum, dicere ſolitum, quod adulterum non propria uoluntas facit, ſed Venus. Et homicidam non propria uoluntas facit, ſed Mars. Et iuſtum non uoluntas, ſed Iupiter. Et Meſſehalach in lib. de receptione, reſpondens cuidã interrogãti ſuper regni adeptione, dicit Saturnus eſt, qui tribuit ei regnum. Et Albumazar lib. 6. differentia 33. ponit ſolem dominum diei Dominicæ, & dominum primæ horæ eius, poſtea Venerem ſecundæ horæ, & ſic ſimiliter currendo per planetas &c. Ergo ex his omnibus uidetur, quòd diuerſitas morum in nobis cauſetur ex impreſſione corporum cœleſtium. Sed in contrarium eſt philoſophus. 3. Ethi. dicens: In nobis eſt bonos, uel malos eſſe. Et Sene. ad Lucillum dicit. Errat ſi quis exiſtimat nobiſcum uitia naſci. Superuenerunt, ingeſta ſunt. Nulli nos uitio natura conciliat. Nos illa integros ac liberos genuit. Reſpondeo dicendum, quòd quidam curioſi homines qui appropriata uitia, & uirtutes diuerſarum regionum, & mores ſingularum gentium explorauerunt, diuerſimode reſpondent ad hanc quæſtionem. Et primo ad hanc quæſtionem reſpondent aſtronomi ſecundum ſuperſtitiones ſuas dicentes, quòd uirtutes, & uitia appropriata regionibus diuerſis, & hominibus diuerſarum regionum oriuntur a cœlo, ex hoc, ꝙ ſm̃ eos, alię ſtellæ, aliæ partes cœli ad alias regiones reſpectum habent, ſeu re-

latæ

latæ ſunt:ſecundum quarum influentias naturãtur homines,ſeu inclinantur in una regione ad uirtutes,& in alijs ad uitia quæ reſponſio quantum ualeat, uel potius quantum non ualeat, partim ex dictis, & ex dicendis ſatis poterit apparere. Secundo reſpondent ad hãc quæſtionem philoſophi naturales,& bene, quòd hoc accidit ex diſpoſitione elementorum in ſuis impreſſionibus, & alijs habitudinibus, & ex conuerſione talium ad orientem, aquilonem, meridiem,uel occidentem. Tertio medici reſpondent, & bene ſecundũ conſiderationes eorum,quod contractio diuerſarum inclinationum naturalium in his, qui naſcuntur in diuerſis regionibus, accidere poteſt ex mala, uel bona, ſeu ęgra,uel ſana diſpoſitione aeris,& aquarũ,& maximè ex diſpoſitione rerũ cibalium, & potalium, quia uſus illorum continuatus a pueritia magnam facit impreſſionem in naturalibus hominũ. Quod enim diuerſificatio cibi, & potus, & diſpoſitio in quali, & quanto ualde naturam alteret,& complexionem immutet, ac per hoc ea,quæ complexionem ſequuntur uariet, nemo medicorum ignorat, ſed omnes tanquã principiũ ſupponere habent, nec aliquis moralium philoſophorum dubitat ex qualitate,& quantitate cibi, & potus, uarias paſſiones excitari, & uaria uitia generari, ut guloſitatem,ebrietatem,luxũriam,iram, & ex his alia quæ ſequuntur. In regionibus ergo, ubi res ad nutrimentum pertinentes delectabiles reperiuntur, ibi, ut plurimum conſequens eſt huiuſmodi uitia carnalia magis regnent,& ex ijs uitiorum omnium radices uabe ociofitas, cœcitas mentis, ruditas ingenij, ignorantia, negligentia,& ſimilia,ex quibus omnis peruerſitas hominum circa uirtutes,& uitia oriri ſolet. Sic & regiones quæ rerum ad ſuſtentationem uitæ pertinentium cariſtiam, & hominum copiam habent, generant quædam alia uitia,ſ.rapacitatem, cupiditatem, fallendi caliditatem, & huiuſmodi ad quæ rerum penuria homines impellere conſueuit. Sunt tamen

in

in regionibus illis conſequenter homines ſubtiliores, prudentiores, & ingenioſiores, q̃ in regionib. prædictis, q a ſicut paupertas, & inopia ſubtilis eſt, & ingenioſa, ita ecõuerſo voluptas, & rerum copia, rudis, & groſſa, imprudẽs, & ſtulta. Sequitur ergo, q̄ regiones in quibus eſt rerũ victualiũ, benè diſpoſitarũ competens mediocritas, minus de tribulis, ſpinis, & peccatis abundant. Regiones vero in q̄bus delectabiliũ nutrimentorũ copia ſuperfluens quaſi ſine labore haberi poteſt. Vallis illa eſt illuſtris plena peſſimis hominib. de qua habetur Gen. 13. quòd antequam ſubuerteret dominus Sodomam, & Gomorram irrigabatur quaſi paradiſus domini, & ſicut Egyptus venientibus in Segor. Quarto reſpondent ad prędictum dubiũ legiſtæ, ſeu humanarum legum prudentum conditores, quòd vt plurimum gentium, vel regionum ruditates, & mali mores originem habuerunt ex defectu ſapientum a principio, & rationabilium legum. Vnde quædam regiones, vel gentes habuerunt ab initio viros prudentes, aut ſaltem leges prudentum receperunt in quibus permanſerunt ſemper, quædam vero diu ſine legibus in barbariſmo, ſeu barbarie vitiorum permanſerunt, quæ vſque adhuc barbaros mores habent, & ſequuntur. Quædam vero gentes, vel regiones ab earum origine prȩuentæ fuerũt peruerſis legibus, aut ſuperſtitioſis paternis traditionibus in quibus in toto, aut in parte vſque adhuc permanent, & hoc quantum ad legiſtas. Quinto reſpondent philoſophi morales Chriſtiani dicentes, quod mores damnati hominum, & vita inordinata ſimulationes hominum, & varietates malarum affectionum proueniunt inclinatiuè a cœlis, ſed impreſſiuè ex quatuor radicibus. Prima eſt fomes qui in pœnam peccati originalis nobis omnibus connaſcitur. Secunda eſt inordinata complexio cõtracta ex inordinata vita parentum, ex qua ſæpe in prolẽ venire conſueuit. Vitioſaq; inclinatio, quæ nonnunq̃ in illegitimè conceptis ſe prodit. Tertia radix eſt mala

prolis

prolis educatio,& ipſius, poſt educatione inordinatū regimen quo uoluntarie ſeipſum habituauit male.

Quarta radix eſt malignorum ſpirituum tentatio, & in contrariarū omnium uirtutum multiplex uitiorum occulta ſuggeſtio. Sexto reſpondent ad dubium illud Theologi practici dicentes, ꝙ quandoq; una regio ex cauſis Deo notis minus reſpecta eſt,& defenſa a diis, id eſt a ſanctis Dei, & angelis bonis, & a dæmonibus, quibus, ubi plus poteſtatis permittitur, ibi populus magis uitiis,& erroribus peruertitur. Vnde et in quibuſdam ciuitatibus, aut regionibus colūtur ſancti plures,aut potentioris,ſeu maioris apud Deum meriti,& in quibuſdam minores, aut minus propitii,uel ſimiles in una regione ſolennius, & deuotius coluntur, propter quod homines unius regionis,aut ciuitatis auxilio ſuorum ſanctorum magis diriguntur, & defenduntur,& iuuantur a dæmonibus uitiorum incenſoribus, & homines alterius regionis minus. Rurſum ſicut ex ſcriptura Dan. 10. Apparet regionibus ſingulis, & ciuitatibus uidentur ex benignitate Dei præeſſe angeli bonimon minus,quàm ſingulis hominibus, ita ex diſpoſitione principum dęmoniorum luciferi angeli mali diuerſis uitiis deputantur, ut unus luxuriæ, alter auaritiæ,alter ſuperbiæ,regionibus ſingulis præſint. Vide quædam gloſ. ſuper Io. 11. quā adducit Alexan. & dicit. Non eſt putandum, ꝙ unus fornicationis ſpiritus expirat eum, qui in Britania fornicatur, & illū qui in India, uel aliis locis, nec unum eſſe ſpiritum qui in diuerſis locis homines ad uitia agitat. Sed puto magis ſpiritum fornicationis eſſe unum, & innumeros, qui in hoc ei officio pareant, & qui ad huiuſmodi homines peccata ſollicitant. Similiter iracundiæ principem unum eſſe arbitror,& innumeros ſub eo eſſe eiuſdem officii dæmones,& idem de cæteris peccatis. Ideo non unus principatus dicitur ab apoſtolo, ſed plures, contra quos nobis continua lucta, pugna, & paleſtra eſt. Septimo ad hoc reſpondent Theologi ſpecula-

culatiui imitando Tho. & Bonauentu. in ſecundo ſententia. diſtinct. dicentes, quòd mores hominum, ſcilicet appropriatæ uirtutes, & uitia; & eorum euentus futurorum, cauſari ex ſyderibus poteſt intelligi dupliciter. Vno modo neceſſario, & ſufficienter. Alio modo diſpoſitiuè, ſeu inclinatiuè, & contingenter. Si intelligantur primo modo negandum eſt, quod mores hominum cauſentur ex ſyderibus, tum quia cum motus corporum cœleſtium ſit naturalis, & neceſſarius, diuerſitas morum eſſet naturalis, & neceſſaria, & non ex libero arbitrio, & tunc eſſent fruſtra conſilia, nec merita eſſent, nec laudes, ut infra latius uidetur. Repugnat etiam Chriſtianæ religioni, quia tolleret præmium, & meritum. Repugnat ſenſui, quia uidemus eodem utero natos moribus diuerſificari; poſtremo repugnat, quia uidemus, & legimus multos in primis adoleſcentiæ annis diſſolutiſſime fuiſſe uitæ, deinde moribus in melius mutatis ornatiſſime uixiſſe, & ſpecioſe, ut uideri poteſt in exemplis quæ ponit Valer. lib. 6. cap. 7. de mutatione morum, & fortunæ, de Scipione Affricano, Q. Fabio maximo. Q. Catulo. Lucio Silla. Temiſtocle; propterea optime dicit Solon philoſophus: Nemo dum uiuit uere fœlix, uel miſer dici poteſt ad ultimum enim uſque fati diem ancipiti fortunæ ſubiecti ſumus, & morum aſſiduę mutationi. Si autem nos loquamur ſecundo modo, ſcilicet contingenter, inclinatiuè, ſeu diſpoſitiuè, ſit concedendum eſt, quòd mores patriarum, appropriatæ uirtutes, & uitia hominum, & eorum euentus futurorum a corporibus cœleſtibus ſyderibus dependeant. Nam uirtus corporum cœleſtiũ operantur ad mixtionem, & qualitatem complexionum corporum. Varia autem diſpoſitio, & complexio corporum facit multum ad variationem affectuũ, & morum animæ. Nam ut plurimum anima mutatur ad cõplexiones corporales. Cholerici. n. ſunt iracundi, flegmatici pigri, Sanguinei benigni, Melancholici liuidi.

Hoc

Hoc tamen, vt diximus diſpoſitiuè contingenter, & valde de longinquo, & non neceſſario dicitur. Nam anima dominatur corpori, & maxime quando eſt adiuta per gratiam. Vnde videmus multos cholericos manſuetos. Ex his ergo apparet, vnde oriantur ſingularum regionum, & ciuitatum appropriata vitia, vnde originaliter veniant, quòd in quibuſdam regionibus ſunt, vt plurimum boni, & recti cordibus, & in alia prauis, & peruerſis moribus. Ad primum ergo argumentum negatur conſequentia, quia præſciuntur actus humani non ſufficienter ex aſtris, ſed tantum coniecturaliter. Ad ſecundum dicit dominus Bonauentu. quòd philoſophus illud attribuit ſyderibus ſecundum quandam diſpoſitionem ad tales effectus, ex quibus bene generantur. Nam ex motione alicuius humoris poteſt aliqua affectio in anima excitari quam tamen non eſt neceſſarium ſequi, poteſt enim eam anima comprimere. Quia vero multi ſunt ſequentes paſſiones, ideo multi ſubiiciuntur aſtris. Sed de ſapientibus pauca, poſſunt dicere aſtronomi. Ad tertium reſpondet Thom. in ſecunda ſententiarum dicens, quòd reducuntur ad diuinam voluntatē. Auctoritates autem omnes in contrarium adductæ intelliguntur contingenter, & diſpoſitiuè, non autem neceſſario, & ſufficienter. Ioannes de Turre Cremata Cardinalis, & Henricus.

Tertia Quæſtio Principalis huius noni Capitis, De fato, An ſcilicet anima rationalis, reſpectu uoluntatis, & actuum eius ſubdatur, & neceſſitetur fato? Sub qua ſeptem quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAE-

QVAESTIO I. QVAESTIONIS III. CAPI. IX.

De fato ſecundum Poetas.

QVAERITVR, Quid ſit fatum ſecundum poetas? Ad quam ſic reſpondetur, quòd fatum eſt ipſa immobilis, & determinata ſeries ſecundarum cauſarum, ordoque futurorum, ſub diuina diſpoſitione res humanas neceſſitans. Vnde Ouidius loquens in epiſtolis de Paride ait.

Te tua fata trahunt nec cœpta relinquere poſſis.
Ne retrahas animum te tua fata trahunt.

Sic loquebatur Homerus duobus verſibus quos Cicero vertit in latinum.

Tales ſunt hominum mentes qualis pater ipſe.
Iuppiter auctiferas luſtrauit lumine terras.

Et ex radice quidam poetæ antiqui finxerunt, aliquas Ideas fatales, quas vocauerunt Sorores parcas per contrarium, quia nulli parcunt. Et iſti erant, vt dicit Plato tres, ſcilicet Cloto, Lacheſis, & Atropos. Et primam dicebant colum baiulare. Secunda, trahere fillum. Tertiam incidere. vnde verſus.

Cloto colum baiulat.
Lacheſis trahit.
Atropos occat.

Prima futura contingentia portat. Secunda protrahit ad hoc quod ponantur in præſenti. Et tertia diſtribuit etiam in præterito. Prima rebus vitam donat. Secunda protrahit. Tertia frangit. Hinc fluxit illa falſa opinio ruſticorum, & vetularum dicentium, quòd iſte deę fatales ſolebant hominibus apparere, dantes eis reſponſa, & promiſſa infallibilia. Sed hæc omnia

omnia ficta, & figmenta ſunt dæmonū ſub imagine harum trium ſororum hominibus ſuperſtitioſis illudentium, qui hanc ſeminauerunt zizaniam falſæ credulitatis. Ergo omiſſis poetis nihil certi de fato ſuo aſſerentibus, ad philoſophos, & aſtrologos veniamus.

QVAESTIO II. QVAESTIONIS TERTIAE IX. CAP.

Quid ſit fatum, & quid fato aſcribendum.

DVBITATVR, Quid ſit fatum ſecundū philoſophos, ſtoicos, & aſtrologos, & quid ipſi fato, philoſophi, aſtrologi, & ſtoici. aſcribunt? Ad quam ſic reſpōdetur, quòd philoſophi primo ſic fatum diffiniunt. Fatum eſt diſpoſitio vel ordo aut ſeries ſecundarum cauſarum, ideſt ſyderum, & planetarum influentiaque cœlorum, quando quiſque naſcitur, ſiue concipitur, decernens regulas, & neceſſitans omnes effectus inferiores reſpectu boni, vel mali quę proueniunt hominibus. Et Hermes Trimegiſtus, & Apuleius ſic fatum diffiniunt. Fatum eſt quędam inflexio cauſarum ſecundarum dependentium ex prouidentia primæ cauſæ. Ptolomæus autē, & aſtronomi ſic diffiniunt, Fatum eſt quædam colligantia cauſarum, trahens vim, & effectum ex motibus aſtrorum. Et Seneca dicit. Fatum eſt quędam neceſſitas omnium rerum, & actionū, quam nulla res diſiūgere poteſt ex diſpoſitione Iouis, & digniſſimo Deorum conſilio dependens. Democritus autem, & Epicurus dicunt. Fatum eſt quædam virtus, & vis cœleſtis, exiſtens in motibus corporum cœleſtium, & moribus eorum, ſub ſe continens, & connectens de neceſſitate omnes effectus qui fiunt infra ſpheram

actiuorum,& paſſiuorũ,ideſt Lunam. Et Chryſippus ſtoicus,vt refert.A.Gellius li.6.noctium atticarum dicit.Fatum eſt ſempiterna quædam,& indeclinabilis ſeries rerum, & cathena, voluens ſemetipſa, & implicans per æternos conſequẽtiæ ordines,ex quibus acta connexaque eſt. Aſcribunt autem ſupradicti philoſophi aſtrologi, & ſtoici huic diſpoſitioni ſecundarũ cauſarum,& influentiæ cœlorum,quam fatũ vocant, omnes effectus naturales, & voluntarios, omnes inclinationes ad vitia, vel virtutes,omnes animorum paſſiones,concupiſcentias,futuros euentus bonæ, vel malæ fortunæ.Cogitationes hominum,& tẽtationes, iuxta errorem Empedoclis dicentis, vt recitat philoſophus. 3.de anima, quòd tales in hominibus ſunt voluntates, & mentes, quales in die immittit pater viuorum, atque Deorũ, ideſt ſol,vel Iuppiter. Affirmantes,omnia hęc fieri, & diſponi immobiliter,& neceſſario a fato,etiam præter Dei,& hominum voluntates. Ponentes,quòd nihil ſit in noſtri liberi arbitrii poteſtate.Hęc Albertus, & Henricus.

QVAESTIO III. QVAESTIONIS III. CAP. IX.

Quomodo ſecundum aliquos omnia ſubduntur fato.

QVAERITVR, quomodo prædicti philoſophi aſtrologi, & ſtoici probant omnia ſubdi, & neceſſitari a fato? Ad quam reſpondetur, quòd opinionem hanc ſuam probant ratione, auctoritatibus, & exemplis. Et ratione primo ſic. Poſita ſufficienti cauſa de neceſſitate ſequitur effectus, ſed fatum, & ſeries ſecundarum cauſarum eſt ſufficiens cauſa omnium effectuum naturalium, & volũtariorum infra lunam, ergo omnia ab eo de ne-

ceſſitate:proueniunt.Maior eſt nota,& minorem probant per Boetium. 4. de conſol. dicentem, Series fati cœlum, & ſydera mouet, elementa inuicem temperat & alternam tranſmutationem trãsformat. Eadem naſcentia occidentiaque omnia per ſimiles fœtuum ſeminumq; renouat progreſſus. Actus autem fortunaſq; hominum indiſſolubili cauſarum connexione cõſtringit. hæc ille. Hinc ergo Seneca in tragædiis dicebat. Regitur fatis mortale genus. Et iterum ibidem. Quicquid patimur mortales. Quicquid facimus, uenit ex alto. Et de conſolatione. Mutare fata non poſſumus. Stant dura, inexorabilia. Et Damaſcenus lib. 2. ſententiarum dicit. Corpora cœleſtia conſtituunt in nobis habitus, complexiones, & diſpoſitiones. Et Ptolom. aſtronomus lib. 3. quadripartiti dicit. Sol interficiendi, & ſaluandi uim habet. Et ibidem dicit. Corpora cœleſtia cogunt hominem peccare, & benefacere. Et multi poetæ idem dixerunt: Nam Luc.li.6 dicit.

Præceps agit omnia fatum.
Nec medij dirimunt morbi.
Vitamque necemque.

Et Oui.li.de triſt.

Ratio fatum uincere nulla ualet.

Et Iuue.lib.3.dicit.

Seruis regna dabunt captiuis fata triumphos.

Et iterum lib.ult.

Plus etenim fati ualet hora benigni.
Quam ſi nos Veneris commendet epiſtola Marti.
Et Samia genitrix ideſt. Cibeles mater deorum.

Quæ dicitur Samia a Samo inſula ubi colebatur. Et Saty.7. quæ incipit. Et ſpes, & ratio dicit. Diſtat enim quę Sydera te excipiant modo primos incipientem Edere uagitus, & adhuc a matre rubentem. Et Quintus Cur. lib. 5. dicit. Eludant, uidelicet quibus ſorte ac temere humana negocia uolui, agique perſuaſum eſt. Equidem æterna conſtitutione, crediderim

nexuq; cauſarum latentium, & multo ante deſtinatarum ſuum quenque ordinem immutabili lege percurrere. Et Pl.lib.1.naturalis hiſtoriæ dicit. Singulis ſydera tributa ſunt nobis. Clara diuitibus. Minora pauperibus, obſcura defectis. Et pro ſorte cuiuſque lucentia ad munera mortalib. Et Quint.lib. declamationū. Fato uiuimus, languemus, conualeſcimus, morimur. Medicina quid præſtas niſi, ut iuxta te nemo deſperet. Vnde etiam in quodam epithaphio dicitur. Parce precor, triſtes quæſtus effundere, uixi. Non erat in fatis longior hora meis. Et in alio epithaphio dicitur. Heu infelicem ſub iniquo ſydere natum. Lapſus æquo præceps occidit antea diem. Exemplis etiam patet. Nam Cicero lib. de natura Deorum adducit exemplum duorum fratrum, qui cum ſimul nati eſſent, etiam ſimul poſtea ægrotare cœperunt, & eorū morbus pariformiter cœpit ingraueſcere, & eodem medicamine ſanati ſunt, de quibus dicit Poſſidonius aſtronomus, quòd ideo hæc æqualiter, & uniformiter illis acciderunt, quia eandem conſtitutionem aſtrorum in conceptione, & natiuitate habuerunt. Exemplum patet etiam in filio domini Ioann. de Lignano tempore Papæ Martini. Hic enim dominus Io. doctiſſimus Iuriſconſultus ac celeberrimus aſtronomus, præuidēs ex genitura filium quendam ſuum cruci affigendum uolenſq; fatali Geneſeos diſpoſitioni ſuccurrere, eum ſacros initiari ac liberalibus diſciplinis apprimè fecit erudiri, ſed nec ſic quidem euitare potuit uim fati decreti. Nam cum eum patria Bononienſis pro pace cōponenda ad Martinum Pontificē Max. Legatum miſiſſet, & ipſe magis ad exitium, quā commodum patriā clāculo prodidiſſet pontifici. idq; poſt reditum dominis innotuiſſet, eum nocte patibulo affixerunt. Quē illuceſcēte die cū pater pendentē uidiſſet, deplorās, inquit Heu fili mi, tuum infęliciſſimū fatū nec humanis litterarū adminiculis, nec diuinis miniſterijs ſuperare potuiſti. Ex iſtis ergo dictis philoſophorū, & aſtronomo

rum

rum concludunt multi, & dicunt oĩa fato moueri, & regi. Nec aliquem poſſe declinare, aut tranſcendere fatorum agmina. Inde etiam eſt, quòd quidam aſtronomi ingerunt ſe ad iudicandum de futuris euẽtibus hominum, vita, & morte regum, pace, & bellis populorum, diuitiis, & paupertate hominum, fęcunditate, & ſterilitate vxorum, abundantia, & inedia meſſium. De honoribus, & dignitatibus prælatorum perſępe vera prædicantes, vel potius vaticinantes. Sed quoniam iſtorum dogmata maxima ſunt, & ad aduertendũ vitæ humanæ ſtatũ ſpectant. Idcirco in ſequenti articulo citanda, & adducenda erunt, atque a nobis coarguẽda. Ne & nos fallamur impulſi auctoritate hominum, qui ſe putant eſſe ſapientes.

QVAESTIO IIII. QVAESTIONIS III. CAP. IX.

Quod tria ſunt de fato dogmata execranda.

QVAERITVR, quot ſunt ſacrilegia dogmata de fato philoſophorum, & quomodo a catholicis doctoribus reprobantur? Ad quam reſpondetur, quod tria ſunt execranda dogmata philoſophorum de fato dicentium. Primũ eſt, quia dicunt fatum eſſe cœleſtem aſpectum, & diſpoſitionem ſyderum neceſſitantem ſimpliciter ex ſe omnes effectus infra lunam, circunſcripta ex toto omni prouidentia Dei, tuentes ſe dicto, Aug. 5. de ci. Dei dicentis, fatum eſſe ordinem quendam, & diſpoſitionem ſecundarum cauſarum ad effectus producendos in his corruptibilibus, & generabilibus præter Dei, & hominum volũtates. Quod dogma probatur eſſe falſum ratione, & auctoritate. Ratione ſic. Tho. 3. cõtra gentiles. c. 63. Impoſſibile eſt, quòd aliqua non cognoſcentia finem, operentur propter finem, & ordinate perueniant in ipſum, niſi ſint mota, & regulata ab ali-

quo habente finis cognitionem,ſicut patet de ſagitta. Sed omnia corpora naturalia,planetæ, ſydera operantur propter finem , & mouent, & conſequuntur finẽ, licet illum non agnoſcant , ergo oportet , quòd tota operatio eorum ab aliquo ordinante,& regulante dirigatur . Illud autem eſt quam dicimus prouidentiam diuinam. Propterea dicit Sap.14.Tua autẽ pater prouidentia ab initio cuncta gubernat:& Sap.8.Attingit. a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Et Sap.12.Non eſt alius Deus, quàm tu, cui cura eſt de omnibus . & ad Heb. Portans omnia uerbo uirtutis ſuæ,pro hoc facit,quod Aug.dicit.3.de Trinitate c.4.Nihil fit uiſibiliter in hoc mundo , quod non de interiore inuiſibili , atque intelligibili aula ſummi Imperatoris iubeatur, aut permittatur, ſecundum ineffabilem iuſtitiam præmiorum,atque pœnarum,gratiarum, & retributionum in iſta ampliſſima quadam immenſaque totius creaturæ republica. Et Lactan.li. 3.c.21.dicit. Quis.n.non ſentiat hunc mundum , tam mirabili ratione compoſitum aliqua prouidentia gubernari, quando nihil eſt,quod poſſit ſine ulla moderatione conſiſtere , Domus abſque habitatore dilabitur. Nauis abſque gubernatore abiit peſſum. Corpus ab anima derelictum defluit.Ne dum putemus totam iſtam molem, aut conſtrui ſine artifice, aut ſtare tam diu ſine rectore potuiſſe. Et lib. 1 . dicit Nemo enim eſt tam rudis, tam feris moribus,qui oculos ſuos in cœlum tollens tametſi neſciat , cuius prouidentia regatur hoc omne,quod cernitur, nõ tamen aliquo modo eſſe intelligat ex ipſarum rerum motu , magnitudine, pulchritudine, utilitate,temperatione, nec fieri poſſe, quin id quod mirabili ratione conſtat , conſilio aliquo maiore ſit inſtitutum . Ergo ex ijs patet falſitas philoſophorum , & aſtronomorum quantum ad primum dogma. Ad dictum autem Aug.quod adduxerunt , dicitur quòd Aug illud adducit in perſona ſtoicorum. Secũdum dogma peruerſum aſtronomorum

eſt,

eſt, quia dicunt,quod omnia quæ fato ſubduntur, de neceſſitate, & immobiliter eueniunt, quod probant ſic. Poſita quacunque cauſa ſufficienti neceſſe eſt immobiliter effectum ſequi. Sed corpora cęleſtia cum ſuis motibus, & diſpoſitionibus ſunt ſufficiens cauſa ſuorum effectuum ergo oportet, quòd de neceſſitate effectus immobiliter conſequantur. Vnde, & Boetius dicit, quòd fatum eſt immobilis diſpoſitio inhærens rebus mobilibus. Sed hoc etiam probatur eſſe falſum, Primo quantum ad res humanas. Nam humani actus non ſubduntur actioni corporum cœleſtium, ut infra probabitur. Et ideo nihil prohibet per uoluntariam actionē impediri effectū cęleſtium corporū nō ſolū in homine, ſed etiam in aliis rebus, ad quas hominū operatio ſe extendit. Secundo, poſitio iſtorum eſt falſa quantū ad omnia quę per accidens aguntur, quia illud quod eſt per accidens, nō eſt proprie ens, neq; unum, Sed omnis actio naturalis terminatur ad aliquod unū, ergo impoſſibile eſt, quòd aliquid quod eſt per accidens, ſit effectus per ſe alicuius naturalis principii. Nulla enim natura faceret, quòd intendens fodere ſepulchrum inueniat theſaurum. Et ſic cum corpus cęleſte agat per modum naturalis principii, quia per motum naturalem, ſequitur, quod impoſſibile ſit, quòd aliqua uirtus actiua corporis cœleſtis ſit cauſa actiua eorum quæ hic agūtur per accidens. Vnde dicit philoſophus 7. meth. quòd non quacunque cauſa poſita neceſſe eſt effectum poni. Sunt enim quędam cauſę quę ordinantur ad ſuos effectus non ex neceſſitate, ſed ut in pluribus, quę quandoque deficiunt in minori parte propter corruptionem, aut impedimentum alicuius principiorum, ut cum natura producit monſtrum, uel hominem cum ſeptem digitis, quæ ſecundum philoſophum. 2. phyſi. fiunt a caſu, & fortuna. Philoſophus autem dicit in lib. de ſomno, & uigilia, quòd corpora cęleſtia non ſemper producunt ſuos effectus in iſtis inferioribus inanimatis propter contrarias diſpoſitio-

nes impedientes. Frequenter enim inquit fiunt ſigna imbrium,& uentorum,quæ tñ non eueniunt ꝑꝑ contrarias diſpoſitiones fortiores.Sequitur ergo,ꝙ nec reſpectu uoluntariorum, nec effectum omnium naturaliũ quæ fato directè ſubduntur de neceſſitate, & immobiliter oĩa eueniunt. Ad motiuum aũt ipſorũ dicitur,quod corpora cœleſtia ſiue fatũ ſunt cauſa inferiorũ effectuũ mediantibus cauſis mobilibus particularibus quæ deficere poſſunt in minori parte, & ideo per accidẽs mobilia ſunt. Nam unumquodq; recipitur in alio ad modum recipientis. Sicut .n. uirtutes cœleſtes in ſe neceſſariæ reperiuntur, tñ in inferioribus effectibus mobilibus mobiliter,& contingenter, & cum oẽ multiforme,uarium,caſuale, per accidens, & mobile reduci habeant ad aliquod principium uniforme, & per, ſe Idcirco hm̃oi caſualia quæ, ſunt mobilia reſpectu corporum cœleſtium, & ſecundarum cauſarũ per relationem tamen ad primum principium a quo ordinantur, ſiue ad intellectum diuinũ, & ad illius prouidentiã ſic ſortiuntur quandam immobilitatem,& neceſſitatem,non quidẽ neceſſitatis abſolutè,ſed cõditionatè, ſecundum, ꝙ dicimus hanc conditionalem eſſe ueram,uel neceſſariam. Si Deus præſciuit, hoc futurũ erit. Vnde cum Boetius dixiſſet fati ſeriem,eſſe mobilem,poſt pauca ſubdit.Quæ cum ab immobilibus prouidentiæ diuinæ proficiſcitur exordijs, ipſam quoque immutabilem eſſe,neceſſe eſt. Th.pri.parte.q.115.& 116.per totum. Ad illud autem Boetij dicentis, quòd fatum eſt immobilis diſpoſitio inhærens rebus mobilibus.Reſpondetur, quòd diſpoſitio ſecundarum cauſarum quam fatum Boetius uocat,dupliciter conſiderari poteſt.Vno modo ſecundum ſe,& in ſeipſis ſecundis cauſis, & ſic fatum mobile eſt, ſicut & res mobiles ſiue uoluntarie fato ſubiectæ. Si uero fatum accipiatur,ſiue diſpoſitio cauſarum ſecundarum per relationem ad primum principium diuinum a quo ordinantur,ſic bene fatum immobile eſt,& ſic accipit Boetius

fatum prout.ſ.refertur ad uoluntatem,& poteſtatem Dei,nam omnes creaturæ in ſe licet ſint mutabiles ali quo modo,prout tamen referuntur ad Dei prouiden tiam ſortiuntur aliquam immutabilitatem. Et proba tur etiam hoc ſecundum dogma eſſe peruerſum ex in conuenientijs quæ ſequerentur ad ipſum. Nam ſi con cedimus fatum neceſſitatem inducere in hominibus. Sequitur primo,ꝙ maledixit Moyſes in opere quartæ diei enumeratis duobus magnis luminaribus,& ſtellis cum ſubiunxit.Et uidit Deus,quòd eſſet bonum,ſup ple regimen ſtellarum. Nam ſi a fato, & ſtellis iſte eſt fur, ille latro, ille auarus, ille luxurioſus, ille ebrioſus, hoc non eſt bonum, ſed peſſimum. Si curſus cœlorum, & ſtellarum hæc facerent, non dirigerent homines illuminando terram in debitum finem, ſed a debito fine auerterent. Sequitur, quòd dominus Deus, qui talem poteſtatē,& influentiam dedit aſtris, magnam occaſionem dediſſet hominibus declinandi ab his quæ credenda proponit fides Chriſtiana. Sequitur ſecundo, quod non ſit neceſſe aliquis rogetur, aut colatur Deus.Sequitur, quòd nullum ſit peccatū. tollit.n.fatum libertatem uoluntatis qua oē peccatum committitur 15.q.1.in prin. Sequitur, ꝙ Deus ſit cauſa omniū peccatorū,quia quicquid eſt cauſa cauſæ,eſt cauſa cauſati, ut inquit Procu. Sequitur, ꝙ Deus ſibi ipſi contrariatur,nam pręcipit bona,& cogit ad mala. Sequitur,ꝙ iniuſte puniuntur homines.Nemo.n.peccat in eo,qđ uitare non pōt.Sequitur,ꝙ abſq; iuſtitia dantur pręmia bonis.Nā uoluntas eſt cauſa meriti.Sequitur ꝙ nullum iudiciū de hominum factis Deo relinquatur.Seq.tur,ꝙ theologia, artes,philoſophia moralis, medicinæ fruſtra eſſent. Quid enim oportet docere, ſcribere, ſuadere, mederi &c. ſi omnia ex fati neceſſitatę eueniunt? Et ſi tentationes pro diuerſitate natiuitatum, diuerſis temporibus anni in hominibus ex aſtralibus influentijs excitantur. Non ergo a dæmonibus,& fomite peccati,ut fides Chriſtia

na

na profitetur, proueniunt. Vtq; ad ſummam dicamus, ſi fato omnia fieri ab eo cuncta neceſſario, & immobiliter euenire concedimus, omnis uita humana ſubuerteretur. Nam ſuperuacuæ obiurgationes, laudes, uituperationes, exhortationes exhiberentur. Iſta conſiderans beatus Aug. 5. de ciu. Dei c. 1, inquit. Qui ſtellas putant habere talem a Deo eis traditam poteſtatem, magnam cęlo faciunt iniuriam, in cuius uelut in clariſſimo ſenatu, ac ſplendidiſſima curia opinantur ſcelera facienda decerni, qualia ſi aliqua terrena ciuitas decreuiſſet genere humano decernente fuerat euertenda. Et idem dicit 2. ſuper Gen. ad litteram. Impia peruerſitate in malis factis rectiſſimè reprehendendis ingerunt accuſandū potius auctorem ſyderū, quàm hominem ſcelerum commiſſorem &c. & Amb. in li. Examerон. Errorem hunc nefandum de neceſſitate fatali reprobando dicit. Quomodo dominus aut bonis prę mia propoſuit, aut improbis pęnas, ſi fati neceſſitas diſciplinam, & conuerſationem hominum, ſtellarum curſus informat. Si ad neceſſitatem genitalem non ad inſtructa morum actus noſtri factaque referantur. Cur leges poſitæ ſunt, iura etiam cur promulgata, quibus aut pœnæ improbis decerni, aut ſecuritas defertur innoxijs? Cur non uenia datur reis. Cum utique (ut ipſi aiunt) non ſua uoluntate, ſed ex neceſſitate deliquerunt? Cur laborat agricola, & nō expectat ut inelaboratos fructus priuilegio ſuæ neceſſitatis inuehat, receptaculis horreorum. Si ita natus eſt, ut ei diuitiæ aut opes affluant? Fruſtra mercator periculoſius ſollicitat mare, cui ocioſo poteſt quidem ut aiunt ſorte genitali diuitiarum theſaurus illabi. Cur omnis hominum ſollicitudo de quęſtu, omne ſtudium negociationis, omnis labor, omnis occupatio. Si non ex uoluntate, ſed fatali neceſſitate res decurrunt humanæ. Vbi enim eſt directa neceſſitas, ibi inhonorata induſtria immo fatua ſollicitudo. hæc ille. Vt ergo cuncta adducta in cōuenientia, & hos omnes perni-

pernicioſos errores declinemus nec omnia fato ſubdi, nec cuncta immobiliter ab eo neceſſitari cõfiteamur. Tertium dogma philoſophorum, & aſtronomorum de fato peruerſum eſt, quia dicunt omnia fieri, & ſubdi fato, quòd rationibus, auctoritatibus, & exemplis, ſupra nunc tertia quæſtiuncula adductis probabant. Sed falſitatem dogmatis ſexta infra quæſtiuncula quæ dicta philoſophorum diſſoluet, & manifeſtabit, & Boe. item 4. de conſolatione eoſdem confundit dicens, quædam quæ ſub Dei prouidentia locata, ſeriem ſuperant fati, quæ vero ſunt quæ fatum ſuperant, & ei non ſubduntur, ex ſequenti ſeptima quæſt. apparebit.

QVAESTIO V. QVAESTIONIS III. CAP. IX.

Quod non omnia fato neceſſitantur.

QVAERITVR, Quomodo demonſtrant Theologi non omnia ſubdi fato, nec ſingula ab eo neceſſitari? Ad quam reſpondetur, quòd id Theologi probant rationibus, auctoritatibus, & exemplis (loquendo, & intelligendo de actibus humanis, & uoluntarijs.) Et primo ratione ſic. Diuina prouidentia ſic ordinem diſponit uniuerſum, vt inferiora per ſuperiora, & minus nobilia per nobiliora regantur, ut dicit Aug. 3. de tri. In homine autem duo ſunt anima, & corpus. Et corpus quidem, quod nunc paſſibile eſt, & mortale, inferius eſt corpore cœleſti. Et ideo per ſe, & directe ei ſubditur, & in ipſum imprimit ſicut uirtute eius formatum eſt, & complexionatum. Vnde philoſophus. 2. phyſi. dicit. Sol, & homo generant hominem, ideſt influentia ſtellarum, planetarum, & homo. Et Aug. dicit in 5. de ciuita. Dei. Non uſquequaque abſurde dici poteſt

ad

ad ſolas differentias corporum afflatus quoſdam valere ſyderos. Et Diony.4 c. de diuinis nominibus dicit. Lumen ſolis ad generationem ſenſibilium corporum confert,& ad vitam ipſam mouet, & nutrit,& auget, & perficit. Anima vero cum Deo aſſimiletur, quia vterque ſpiritus eſt, & effectus tanto nobilior exiſtit, quanto plus cauſæ aſſimilatur.2. & 4.metha.non ſubditur per ſe, & directè, vt dictum eſt, cœlis, & planetis corporalibus. Cum ipſa anima omnibus ipſis ſit nobilior. Non ergo anima ſubditur fato, nec erit bona, vel mala ex fato,& corporibus cœleſtibus, ſed ex ſeipſa,& eius libera voluntate.Tho.3.contra gentiles. Secunda ratio eſt talis,duo motores facientes impreſſiones in eadem re mota, ſi vnus eſt potentior, & nobilior, atq; immediatior, erit ẽt ad imprimendum efficacior.Sed corpus noſtrum ſubiacet duobus motoribus, ſcilicet corporibus cœleſtibus, & animæ rõnali. quæ eſt nobilior ipſo corpore cœleſti, potentior,& immediatior, ergo erit ad imprimendum efficacior. Plus ergo anima poterit in afficiendo, & in imprimendo in corpus proprium, q̃ corpora cœleſtia reſpectu operũ expreſſorum in corpore. Vnde quantumcunque mars moueat corpus ad perturbationẽ, & iram mouendo ſanguinẽ, plus tñ poterit anima bene ordinata operari temperantiam ſanguinis, & quietationem, vt ſit ei gaudium, & manſuetudo. Tertia ratio eſt talis. Si fatum, & corpora cœleſtia eſſent directè cauſæ electionum, & actuum humanorum ſequeretur, quòd homo naturali inſtinctu ageretur ad ſuas paſſiones,ſicut cætera animalia in quibus non ſunt niſi vires animæ corporeis organis alligatæ. Nam illud quod fit in iſtis inferioribus expreſſione corporum cœleſtium, agitur,naturaliter,& ita ſequeretur, ꝙ homo non eſſet liberi arbitrii, ſed haberet actiones determinatas, ſicut cæteræ res naturales. Quæ omnia ſunt manifeſtè falſa,& contraria humanæ conuerſationi.Ergo ex his patet, quòd actus humani & voluntarii fato, & cor-

corporibus cœleſtibus non ſubduntur. Nunc ponendæ ſunt auctoritates, & primo Damaſc. ſecundo ſententiarum dicentis. Actuum noſtrorum nequaq̃ ſunt cauſa corpora cœleſtia. nos enim liberi arbitrij a conditore facti. domini ēt noſtrorum exiſtimus actuū. Et Gregó. Nicenus dicit. Dicunt Aegyptij quibuſdam ſacrificijs fatum poſſe mutari. Et Moyſes. 4. Deuteron. dicit. Ne uideas ſolem, & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, atque colas, quæ creauit Dominus Deus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt. Nota in miniſterium, & non in dominium. Et Ambro. in Exameron dicit. Nonnulli tentauerunt exprimere natiuitatum qualitates, qualis futures vnuſquiſque qui natus ſit, eſſet. Cum hoc non ſolum vanum ſit, & inutile querentibus, ſed impoſſibile pollicentibus. Et idem li. 3. Exameron, oſtendens per locum a maiori, quòd cœlum, & corpora cœleſtia concurrunt ad generationem animalium, & uegetabilium, tanquam agens uniuerſale excitans, & uigorans uirtutes generatiuas ſeminum, & animalium in regione elementari. Sic inquit. Conticeſcat ineptus ſermo aſtronomorum. Sciant omnes ſolum auctorem non eſſe naſcentium. Sed quòd Dei clementia terram relaxat. Dei indulgentia prorumpere fructus facit. Et libr. quarto introducit naturam de ſole dicentem. Bonus quidem eſt ſol in miniſterio, non in imperio. Bonus meæ fœcunditatis adiutor, ſed non creator, effectuum meorum formator, bonus, meorum alitor fructuum, ſed non auctor. Et Gregorius in Homel. Epiphaniæ dicit. Abſit a fidelium cordibus, ut eſſe aliquid fatum dicant, uitam quippe hominum ſolus, hanc conditor, qui creauit, adminiſtrat. Et Ptolomæus in Almegiſto dicit. Homo ſapiens dominabitur Aſtris, & in centiloquio in principio dicit. Anima ſapiens medici dominabitur Aſtris. Nam medicus adnititur deſiccare corpora, cum corpus cœle-

ſte mouet illa ad humiditatem. Et Bugufarus ſapiens in commento ſuper centiloquium Ptolomæi ait. Homo ſapiens, & iuuat, & impedit cœleſtem effe-ctum ex uirtute ſapientiæ quæ eſt in eo. Et Abraham auenere Chaldæus Aſtrologus dicit. Si quis enim præces, & clamores ad cœlum ſubleuauerit, fatum ſuum uincere poterit. Et Verg. primo Georgicorum inquit.

Ingenium, & rerum fato prudentia maior.

Et Quintilia. in 4. declamatione dicit. Vincitur fatum ſi reſiſtas. Vincit ſi contēpſeris. Audi, quàm glorioſè in hanc partem Chryſippus ſtoicus concludit di cens, ut adducit Aulus Gellius in de noctibus atticis. Fato inquit quadam ratione principali, ideſt generata omnia fiunt. Ingenia tamen ipſa habent aliquid proprium. Exemplum. Sicut ſi lapidem chilindrum proijcias, initium eſt ex nobis, ſed tamen ille lapis præceps uoluitur, non quia id tu facias, ſed quoniam id ſeſe modus eius, & formæ uolubilitas habet ſic ordo, & ratio, & mobilitas fati genera ipſa, & principia cauſarum mouet. Impetus uero conſiliorum mentiumque noſtrarum ex nobis ſunt. Idcirco apud Homerum, recte Iupiter, de mortalibus conquerebatur dicens.

Hei mihi quid damnant, mortales numina cœli.
Eſſe aiunt, etenim per nos mala, cum tamen ipſis.
Vecordi præter fatum ſint mente dolores.
Hæc ille.

Nunc uero idem probabitur exemplis.

Plato a philoſonomo iudicatus corruptor adoleſcētulorum. Reſpondit inclinationem aſtrorum ſapientia uici. Aſtra enim furem, uel adulterum ſignificant, non autem furem, uel adulterum faciunt. Nati ſunt duo gemini, ſcilicet Iacob, & Eſau. Geneſis. 25. Sic alter poſt alterum, ut poſterior plantam prioris teneret. Et tamen in uia moribus diuerſi, in actibus diſpares, in parentum amore diſſimiles fuerunt. Vno cœli ſpa-

cio filius regis,& ruſtici naſcuntur, in omnibus tamen diuerſi. Naſcuntur ſub Marte maſculus, & fœmina. Illa colum ducit, alter enſe triumphat. Si dicat ad hæc Poſſidonius aſtronomus. Natorum horum cauſam diuerſitatis fuiſſe exiguum temporis interuallum, quod interuallum gemini, dum naſcerentur, habuerunt. Reſpondet ad hæc Auguſtinus in 5. de ciu. Dei. dicens. Mirum eſt, quòd tam modica particula cœli, quæ trãſiuit, tantũ valuerit in diuerſitate voluntatum, actuũ, morum, caſuumq; geminorum naſcentium, aut non geminorum. Ad quod iterum Nigidius aſtronomus reſpondet, quòd tanta eſt cœli rapacitas, vt ſi alter geminorũ celeriter poſt alterum naſceretur, in cœlo tamen plurimum ſpacii cauſaret, exemplum rotæ rapaciſſimę currentis, & percuſſæ bis de attramento tanquam in vno loco, deſiſtente poſtea motu reperientur duo illa puncta attramenti maxime diſtantia. Ex hac ergo diſtantia cauſata, & ex rapacitate cœli, dicit Nigidius, oritur diuerſitas morum, & euentuum in geminis, & non geminis ſimul natis. Ad quod etiam reſpondet Auguſtinus, quòd hoc figmentum fragilius eſt, quàm vaſa, quæ illa ratione finguntur. Nam ſi in cœlo reſpectu ſimul naſcentium, tam multũ intereſt, ex tam parua particula eiuſdem conſtellationis, quod comprehendi non poteſt, quare alteri geminorum, ſcilicet Iacob hęreditas obuenerit. Alteri vero, ſcilicet Eſau non? Quomodo ergo potuerunt aſtronomi iudicare reſpectu non geminorum, habentium diuerſas conſtellationes, cum quandoque reſpectu eorũ maxima pars cœli præceſſerit? Hæc oĩa Beatus Aug. vbi ſupra. Ex quibus patet ſtultitia eorum, qui horam eligunt nubẽdi, q̃ tempus expectant cũ vxoribus concũbendi, q̃ cohibent mulieres ſi poſſunt ne vſq; ad tempus pariant. Sicut Nectanybus aſtronomus cũ Olimpiade matre Alexandri concumbens, prohibuit illam vicinam partui ne puerum vſque ad horam ab eo inſpectam pareret. Sicut legitur in hiſtoria Alexandri Magni.

Magni. Noui ego doctiſſimum quendam prælatum cum aſtrolabio horam diſceſſus ad epiſcopatum expectaſſe. Qui tandem cum crederet aſtris de ſero primo hoſpitatus in ſtabulo æquos viſitans lapide de ſurſum mactatur. Alter electa hora ab aſtris ducendæ vxoris, tranſacto anno illam comperit cum adultero. Hinc ſcribit Sanctus Ambr. in libro Exameron. Quam multos videmus eiectos criminibus, atq; peccatis in meliorem ſtatum eſſe conuerſos. Redempti ſunt ſancti apoſtoli, & congregati ex peccatoribus nō vtiq; natiuitatis ſuæ hora, ſed Chriſti eos ſanctificauit aduentus, & hora dominicæ paſſionis redemit a morte, latro ille damnatione capitis cum domino crucifixus nō beneficio natiuitatis ſuæ, ſed fidei confeſſione ad paradiſi gaudia tranſiuit. Ionam in mari non vis natiuitatis, ſed diſſimulatæ diuinæ præceptionis præcipitauit offenſa. Petrum de carcere, angelus Chriſti non ſtellarum ſeries liberauit. Paulum percuſſum a vipera, turbatumq; naufragio non remedia natiuitatis, ſed deuotionis meritū ſeruabat. Sed quid de illis dicimus, qui apoſtolorum precibus cum mortui fuiſſent, reſurrexerunt: vtrum eos ſua neceſſitas an apoſtolica gratia reſuſcitauit? Et quid opus facit, vt ſe ieiuniis, orationibus, periculiſq; committerent, ſi quod volebant neceſſitatis beneficio poterant obtinere? Hęc ille. Ergo melius in omnibus honoremus Deū per Ieſum Chriſtum in ſpiritusſancto, quibus eſt honor, & gloria, vt dixit Petrus apoſtolus: Cuius prouidentia, & noſtra libera voluntate facimus quæcunque bona, vel mala facimus, q̃ quòd ſequendo ſtultitiam ſacrilegam aſtronomorum negemus voluntatem qua peccamus, confingamus neceſſitatem in qua delicta defendamus, perditos mores per quos in terra, ab hominibus deteſtamur, à ſyderibus inane habere mentiamur.

QVAE.

QVAESTIO VI. QVAESTIONIS III. C IX.

Reſponſio Theologorum, his qui de fato male ſentiunt.

QVAERITVR, quomodo reſpondent Theologi rationibus, auctoritatibus, & exemplis philoſophorum male de facto ſupra tertia quęſtiuncula ſentientium. Ad quam reſpondetur, quòd Theologi argutias philoſophorum, auctoritates, & exempla ſic ſoluunt, & primo ad argumentum in fronte dicunt, quòd corpora cœleſtia ſunt cauſa inferiorum effectuum mediantibus cauſis particularibus inferioribus, quæ deficere poſſunt in minori parte, vt dictum eſt. Et ad probationem minoris dicunt, quòd omnia illa, quæ tangit ibi Boetius, intelliguntur fieri a Deo mediantibus cauſis ſecundis. Et ideo ſub fati ſerie continentur, ſed non eſt eadem ratio de omnibus aliis, vt dicit Thom. prima parte quæſtio. 116. ar. 4. ad primum. Ad auctoritates philoſophorum aſtronomorum, oratorum, & poetarum, reſpondent negando eas. Si accipiant fatum pro connexione ſecundarum cauſarum abſque diuina prouidentia nam cauſæ ſecundæ nihil agunt niſi virtute primæ. Damaſcenus autem, & Ptolomæus intelligunt, quòd corpora cœleſtia conſtituunt in nobis habitus, & complexiones corporales inclinatiuè non neceſſariè. Ad exemplum duorum fratrum geminorum reſpondet Hippocrates dicens, ꝙ illud fuit, quoniam parentes, vt erant corpore diſpoſiti dum cõcubuerunt, ita primordia cõceptorum effici potuerunt. Deinde eadem aeris, & loci ideſt domus poſitio ſimilia alimenta, & via aquarũ quæ ad corpora bene, vel male concipienda (medici-

na atteſtante) plurimum valent eædem etiam excitationes tam ſimilia corpora fingere potuerunt, vt etiā ad ægrotandum vno tempore eiſdem cauſis ſimiliter mouerentur. Hæc Aug. Ad illud etiam domini Ioā. de Lignano dicitur, quòd ideo fatum vincere nō potuit, quia regnandi cauſā paſſionem temporaliter, vel ſpiritualiter dominandi rationabiliter non repreſſit. Ad illud etiam quod perſæpe vera prædicunt aſtronomi. Reſpondet Augu. quòd illud fit a caſu, vel arte, vel occulto inſtinctu ſpirituum non bonorum, quibus cura eſt, falſas, & noxias opiniones de aſtralibus fatis humanis mentibus inſerere, atque firmare.

QVAESTIO VII. QVAESTIONIS III CAPI. IX.

Quid ſit fatum ſecundum Theologos, & an ſit concedendum.

QVAERITVR, quid ſit fatum ſecundū theologos, & quæ ſecundum ipſos fato ſic, vel non ſubduntur, & quomodo Chriſtiani fatum catholicè ad mittere poſſunt, & in quibus ſecundum eos differt fatum a prouidētia Dei? Ad quam ſic reſpondetur, & primo ad primum dicendo, quòd fatum ſecundum Theologos, eſt rebus mobilibus inhærens diſpoſitio, per quam diuina prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus. Vel ſic. Fatum eſt ordinatio, ſiue ſeries ſecūdarum cauſarum ad ſuos effectus producendos, in iſtis inferioribus ſecundum dependentiam, quam habent a Deo. Iſta autem ordinatio ſecundarum cauſarum ad ſuos effectus producēdos poteſt dupliciter cōſiderari. Vno modo prout eſt vnita in proſpectu diuinæ mentis ordinantis, & diuidentis locis, & temporibus, motu, & formis omnia, & ſic vocatur voluntas, ſiue prouidentia diuino. Alio modo ſecundum, quòd eadem ordinatio digeſta, & appli-

applicata temporibus eſt in ipſis medijs cauſis a Deo ordinatis ad ſuos proprios effectus producendos, ſecundum dependentiam quam habent à Deo, & ſic vocatur fatum. Et ſic patet, quòd ipſa Dei voluntas ſiue prouidentia poteſt dici fatum cauſaliter. Sed ipſa diſpoſitio cauſarum ſecundarum ad ſuos effectus dependens a Deo dicitur fatum eſſentialiter. Dicitur autem ipſa diſpoſitio cauſarum ſecundarũ fatum a fari, quaſi effatum diuinæ prouidentiæ, ut dicit Thom. 3. contra Gentiles. c. 93. Et in primo ſententiarum diſt. 39. Deus enim ſua prouidentia loquitur per fatum, ſicut homo conceptus cordis per voces. Et ſicut artifex formam de re facienda conceptam manifeſtat per operis effectum. Et ſicut artifex, quòd ſingulariter mentaliterq; proſpexerit per temporales ordines ducit ad effectũ. Ita Deus ſua prouidentia ſimpliciter diſponit facienda, & per fatum illa multipliciter ac temporaliter adminiſtrat. Ex ijs colligi poſſunt tria. Primo quæ fato ſubduntur, & quæ non. Nam ex quo fatum ſecundum theologos eſt ordinatio ſecundarum cauſarum ad effectus diuinitus præuiſos ſequitur, quòd illa tantum ſubduntur fato, quæ ſubduntur cauſis ſecundis. Si qua vero ſunt quæ immediatè a Deo fiunt, cum nõ ſubdãtur ſecundis cauſis, ergo nec etiam ſubduntur fato, ſicut creatio rerum primarum, ſcilicet quatuor coæua, videlicet angeli, corpora cœleſtia, tempus, materia quatuor elementorum ſuppoſita prima omnium ſpecierum, quæ ſunt producta in principio. Glorificatio ſubſtantiarum ſpiritualium. Iuſtificatio impiorum. Animæ quæ de nouo ſemper creantur. Nam hæc omnia a Deo immediate emanauerunt, & creantur, & aliter produci non potuerunt nec poſſunt. Idcirco fato non ſubduntur. Illa enim quæ a ſuperiori fiunt, & diſponuntur, ab inferiori non mutantur propterea Boetius dicit, vbi ſupra, quòd ea quæ ſunt primæ diuinitati propinqua, ſtabiliter fixa fatalem ordinem mobilitatis totaliter excedunt. Quæ autem ſunt remota

a prima cauſa, tanto pluribus fati nexibus ſubijciuntur tantoq; ſunt magis mobilia quanto a prima cauſa ſunt remotiora. Exemplum patet in Boetio de centro circuli, & eius circunferenia. Sic ergo illa quæ a Deo facta ſunt, & fiunt, ſibi ſoli ſubijciuntur. Effectus vero alij particulares, & naturales ſubijciuntur motui elementorũ, motui cœleſtiũ corporũ, motui primi mobilis, & tandẽ prouidentiæ primi immobilis a qua cuncta habent ſi quam tenent firmitatem, & ſine qua nihil in ſuo ſtatu permanet. Nã ſubtracto primo ſubtrahuntur ſubſequentia. Colligitur ſecundo ex ſuperioribus quõo fideles Chriſtiani cõcedere poſſunt eſſe fatum. Nam ſi fatũ accipiatur pro diſpoſitione ſyderũ in qua quis cõceptus, vel natus eſt neceſſitãte oẽs effectus inferiores præter Dei, & hominum voluntates. Sic nos fatũ eſſe negare debemus cum Gregorio dicẽte. Abſit a fidelium cordibus, ut eſſe fatum aliquid dicant. Si autem fatum accipiatur pro diſpoſitione cauſarum ſecũdarum, & ordinatione humanorũ actuum per relationem ad Deum, & eius prouidentiam tanquam per eũ ordinata, & prȩlocuta ſiue effata, ſic fatũ ponere poſſumus. Licet ẽt hoc nomine ſancti doctores uti recuſauerunt ꝑ eos, qui ad uim poſitionis fidelium hoc nomen torquebant. Vnde Auguſt. dicit in 5. de ci. Dei cap. 1. Si propterea quiſque res humanas fato tribuit, quiã ipſam Dei uoluntatem, uel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiam teneat, & linguam corrigat. hæc ille. Colligitur tertio ex dictis differentia inter prouidentiam, & fatum. Nam diſpoſitio rerum perducendarum gubernandarum, & conſeruandarum in proſpectu diuinæ mentis dicitur prouidentia. Sed diſpoſitio eadem in medijs cauſis a Deo ordinatis ad aliquos effectus producendos, & explicata tẽporibus, dicitur fatum. Itẽ differunt, quia tã neceſſaria, ꝙ contingentia ſubijciuntur diuinæ prouidentiæ, immo; & ipſum fatum prouidentiæ ſubijcitur. Sed fato ſola mobilia ſubijciuntur. Item differunt,

quia diuina prouidentia., cum ſit ipſa diuina ratio in ſummo omnium principe cõſtituta, vt dicit Boetius, eſt in Deo, fatum vero eſt tantum in ſecundis cauſis. Item differunt, quia res exiſtentes in Deo per modum diuinę prouidentiæ ſunt ibi vnitæ, & ſimpliciter vnæ, ſecundum vero, quòd ſubſunt fato, ſic ſunt plures diuiſę, & dicuntur plura fata per quem modum dicitur à poeta. Te tua fata trahunt. Item differunt, quia diuina prouidentia dicitur fatum cauſaliter, inquantum ordinatio fatalis dependet, & deſcendit ab ordinatione diuinæ prouidentię. Sed ipſa diſpoſitio ſecundarum cauſarum in ſeipſa dicitur fatum eſſentialiter. Item poſtremo differunt, quia diuina prouidentia eſt immobilis ſtabiliſq; manens dans cuncta moueri. Fatum verò cum ſit in rebus mobilibus mobile eſt. Et hæc ſatis ſint pro quæſtione tertia de fato.

Quarta Quæſtio Principalis, ſub hoc nono capite. De fortuna, An ſcilicet actus uoluntarij, caſualesque euentus neceſſitentur ab ea? circa quam quinque quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. QVAESTIONIS IIII. CAP. IX.

Quid ſit fortuna ſecundum Poetas, quomodo pingitur, & quæ illi ſubdumtur.

QVAERITVR, quid ſit fortuna ſecundũ poetas, & gentiles, & quomodo eam pingũt, & quid aſcribunt ei, & in quibus malè de fortuna ſentiunt? Ad quam altius ordiẽtes. Reſpondetur, quòd antiqui philoſophi, & poetæ de inferioribus effectibus, & caſualibus euentibus in-

ordinate contingentibus, varie locuti ſunt. Epicuri enim cũ Democrito, effectús caſuales, reuentuſque humanos nulli ſuperiori determinatæ cauſæ adſcripſerunt, ſed caſui, qui caſus (teſte Burleo. 2. phyſic.) proprie in rebus inanimatis, irrationabilibus, & naturalibus reperitur. Alij uero nedum effectus fortuitos & contingentes, ſed & electiones actuſque humanos in ſuperiorem quandam cauſam cuncta neceſſitatem reducere ſunt conati, quam cauſam uocauerunt fatum de quo latius ſupra dictum eſt. Fuerunt item, & tertii quidam philoſophi gentiles, & poetæ, qui euentus fortuitos electioneſque, & actus humanos, in cauſam quandam, ſiue intelligentiam intellectui humano immanifeſtam, adducere moliti ſunt, quam fortunam deam appellauerunt.

Eamque ſic pingebant.

Fingebant enim idolum, ſiue puellam unam, quam ab uniuerſitate cauſandi Deam nominabant, & eam cœcam pingebant, quia præterita præſentia, & futura metitur, nam ignorantibus cunctis ab ea bona, & mala peruenire dicebant, & bifrontem, & ante albam pro infortuniis, ante capillatam, quia tempore apto eufortunia iuuant, retra uero caluam, quia tempore non congruo nocent. Sedentem ſuper rotam, ideſt immobiliter diſtribuentem omnia, quam rotam uolue. re arbitrabantur, neſcit enim fortuna quieſcere, ut dicit Sene. hanc dicebant fœlicitatẽ, & infœlicitatẽ homines, hanc dirigere homines immediate, ideſt abſque prouidentia Dei ad eligendum utiliter, uel non utiliter, hanc ponebant imprimere in intellectum, & uoluntatem hominis ſpem, aut cognitionem ſuorum effectuum. Hanc præficiebant omnibus diſtributionibus bonis, & malis, omnibus eufortuniis, & infortuniis. In perſona quorum dicebat Salomon. Eccleſiaſt. 9. Verti me ad aliud, & uidi ſub ſole, nec uelocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum

ficum gratiam, ſed tempus caſumq́; in omnibus. Et Senec. in epiſtolis ait. Res humanas nullo ordine fortuna regit, ſpargitque manu munera cæca peiora fouens.

Et Iuue.

Te facimus fortuna Deam cœloq́ue locamus.

Et Saluſtius in Catilinario. Profecto fortuna in omni re dominatur, Ea cunctas res ex libitudine non ex uero celebrat obſcuratque. Et Plutarchus libro de remedio irę in perſona Euripidis dicebat. Deus magna regit, parua uero noſtra in fortunæ manibus dereliquit.

Et Iuue. iterum.

Si fortuna uolet fies de rethore conſul.
Si uolet hæc eadem fies de conſulte rethor.

De hac conquerebatur Euander Eneam alloquens octauo Aeneydos: dicens.

Me pulſum patria pelagiq́; extrema ſequentem,
Fortuna omnipotens, & ineuitabile fatum.
His poſuere locis.

EtįSeneca prima tragędia dicebat. O fortuna uiris inuida fortibus. Quam non æquæ bonis præmia diuidis. De hac Cæſar cum uideret regem Fernacem fugere a facie Pompeii dicebat, ut inquit Quintius Curtius. Quis negat eximiam quoque gloriam ſæpius fortunę, quam uirtutis eſſe beneficium? Et Cicero 2. officiorum dicit. Magnam uim eſſe in fortuna in utranque partem, unde ſecundas ad res, uel aduerſas quis ignorat? [Et Iulius Celſus dicebat. Efficacior eſt fortuna, quam uirtus. Sed certe hi omnes errant. Primo quia ponunt fortunam imprimere in intellectum, & uoluntatem hominis, quod paulo ante reprobauimus, monſtrantes eſſe impoſſibile, quod corpora cœleſtia agant in intellectum humanum directe imprimendo ſpeciem, uel cognitionem ſuorum effectuum, quod etiam Tho. 3 contra Genti. c. 8. reprobando probat. Secundo errant, quia dicunt

hanc fortunam homines fortunare, & infortunare, qđ patet eſſe falſum ſic. Nā fortunare proprie eſt mouere aliquem uel imprimere in eum ad eligendum aliquod ad finem, ut conſequatur bonum per accidēs alicui electioni coniunctum. Corpora autem cœleſtia, ſiue fortuna non poſſunt mouere, & dirigere hominē per influxum cuiuſcunque apprehenſionis ſenſualis, uel intellectualis, uel alicuius appetitus ad aliquod futurum eligendum, ut ei occurrat aliquis accidentalis, & inopinatus euentus bonus uel malus, ergo. Minor autem probatur. Nam proprium naturæ eſt tendere ad unum, ut in pluribus. Sed illud ad quod aliquis inclinatur, & euētus caſualis qui illi electioni coniungitur non ſunt unum per ſe cum habeant ad inuicem aliquem ordinem, uel conuentionem. Nā, quòd aliquis inſtigetur ire ad ſpectaculum, & inueniat ibi debitorem, uel quòd inclinetur a natiuitate ad fodiendum ſepulchrum, & inueniat theſaurum, non ſunt unum niſi per accidens, ergo ſequitur, quòd hæc dea ſiue intelligentia non fortunat, uel infortunat. Nec etiam poteſt homo habere a fortuna, uel a corporibus cœleſtibus ut ſemper uel ut in pluribus eligat illa quibus ſunt coniuncta per accidens aliqua commoda, uel incommoda, quia ſi ſic, ſemper aut in pluribus fortunaretur, uel infortunaretur, ergo ſequitur, ꝙ falſum dicant poetæ gentiles, & alii non ueri philoſophi, ponentes etiam intelligentiā, ſiue aliquod numen diuinum ſiue ſtellam, ut dictum eſt. Quapropter merito Auguſt. 4. de ciu. Dei. cap. 18. prædictam de fortuna opinionem confutat dicens. Dicis fortunam bonam deam, ſcilicet quia ędem accipit, aram meruit, ſacra ei munera perſoluuntur, quomodo erga Dea ſi aliquando bona eſt, aliquando mala? An forte, quando mala Dea non eſt, ſed in malignum dæmonem repente conuertitur, quomodo etiam bona, quæ ſine ullo examine meritorum fortuito accidit hominibus bonis, & malis. Vt

quid

quid etiam colitur, quæ ita cœca eſt paſſim in quoſli bet incurrens: ut ſuos cultores plerunque prætereat, & ſuis contemptoribus hæreat. Aut ſi aliquid proficiunt cultores eius, ut ab illa uideantur, & amentur, iam merita ſequitur non fortuitu uenit, ubi eſt ergo definitio illa fortunę? Hæc ille. Ex quibus aparet confu atio pœtarum gentilium,& phiioſophorum ſecundum nomen tantum, nihil certi aut ueri de fortuna aſſerentium.

QVAETIO II. QVAESTIONIS IIII. XI. CAP.

Quid ſit fortuna ſecundum philoſophos, & Theologos.

QVAERITVR, Quid ſit fortuua ſecundum philoſophos,& theologos. Ad quam ſic reſpondetur, quòd Ariſto. 2. phyſicorum,& Tho. in commento ibidem ſic eam diffiniunt. Fortuna eſt cauſa per accidens in ijs quæ fiunt ſecundum propoſitum in minori parte. In qua diffinitione tanguntur tria, quæ ad rationem fortunę ſpectant. Primum, quòd fortuna eſt cauſa per accidens unde nomen fortunæ quamuis uulgariter quandoque trahatur ad effectum, ut dicamns. Talis fortuna contingit tali. Cum aliquis effectus proſperitatis, aut diuerſitatis contingit alicui. Non tamen hoc ſonat nomen fortunæ. Sed propriè dicitur fortuna illud quod eſt cauſa illius effectus proſperi, ideo dicitur quòd fortuna non per ſe eſt cauſa effectus, ſed per accidens, nam effectus per accidens qui coniungitur cauſæ per ſe,& eſt præter rationem cauſæ, per ſe, & præter rationem agētis, eſt effectus fortuitus & a cauſa per accidens, quæ dicitur fortuna. Exempli gratia, lapidem deſcendere eſt per ſe, & hominem irę ad forum ſi hoc propoſuit: contingit etiam eſſe per ſe. Sed quòd tunc dum uadit ad forum contingat lapi-

dem deſcendere, & frangere caput eius, eſt per accidẽs, ita quod iſte effectus fractio capitis oritur ex concurſu duarum cauſarum. Et licet quælibet ſit per ſe tamen earum concurſus, ad talem effectum efficiendum qui eſt fractio capitis, dicitur eſſe per accidens, & a fortuna. Secundum vero quod ad rationem fortunæ ſpectat, eſt quod fortuna eſt cauſa eorum, quę fiunt in minori parte: Hoc patet per exemplum, quod enim aliquis uadat ad forum propter aliquid aliud, & inde deportet pecuniam quam nõ intendebat, tunc deportatio pecuniæ, cuius cauſa fuit aduentus ad forum, neque eſt ex neceſſitate, neque ſemper, ergo in minori parte, quia ut in paucioribus contingit. Tertium qđ ad rationem fortunę ſpectat, eſt, quòd fortuna nõ eſt cauſa eorum, quę fiunt à natura, ſed eorum quę fiunt ſecundum propoſitum, & ab intellectu, quòd autem non ſit a natura patet, quia natura, uel ut ſemper, uel ut frequenter, & ſimiliter operatur. Fortuna uerò, ut in paucioribus & diſſimiliter. Item neque in animatum, neque puer, neque beſtia agunt a fortuna cũ non agant uoluntarie quaſi liberum arbitrium habentes. Vnde nec eufortunium neq; infortunium in his accidere poteſt niſi ſimilitudinarie. Sicut quidam dixit ꝙ lapides ex quibus fiunt altaria, ſunt bene fortunati, quia eis honor, & reuerentia exhibetur. Cum lapides eis coniuncti conculcentur, quod dicitur per ſimilitudinem ad homines in quibus honorati dicuntur fortunati. Vnde eufortuniũ eſt quando præter intentionem accidit alicui aliquod magnum bonum. Infortunium uerò qñ pręter intentionẽ aliquẽ ſequitur aliquod magnum malum, Quod ſi hic quiſpiam curioſus peteret, utrum hæc, quæ ſunt fortuita per accidens, & cauſalia ſubdantur prouidentiæ diuinæ? Reſpondetur, quòd ſic, non tamen cauſaliter, contingẽter, & fortuitè, ſed prouiſe, prçordinate certè, & neceſſarie. Ad quod intelligendum dicit Auic. ꝙ omne, quod fit, põt comparari ad duplicem cauſam uniuerſa

ſem, ſcilicet, & particularem, in ordine autem ad cauſam uniuerſalem nihil fit fortuitè, uel cauſaliter, nam nihil in terra ſine cauſa; ſcilicet per ſe fit, ut dicitur Iob. 5. Sed bene in ordine ad cauſam particularem. Cuius ratio eſt, quia cum cauſa uniuerſalis habeat finem uniuerſaliorem quam particularis aliquid bene cadit certo & ſub intentione primę cauſæ, quę eſt uniuerſalis; quod tamen erit præter intentionem ſecundæ cauſę, & ſic in ordine ad primam cauſam quæ uniuerſaliſſima eſt, nihil fit caſualiter, aut fortuitè. Et tamen in ordine ad cauſas inferiores fiunt multa, & fieri poſſunt caſualiter, & fortuitè etiam ſecundum magis, & minus. Thom. etiam 3. contra Genti. & dominus Bonauentura in 3. ſententiarum. diſt. 37. declarantes idem ſic dicunt. Licet aliquid caſuale, uel fortuitum, reſpectu naturę, & agentis particularis, aut intellectus creati, Nihil tamen eſt caſuale, uel fortuitum reſpectu prouidentiæ Dei, a qua omnia prouiſa ſunt & præordinata. Exemplū, ſicut ſi dominus mittat aliquem ſeruum ſuum ad aliquem locum ad quem alium ſeruum ignorante primo etiam miſerat, tunc concurſus ſeruorum ad inuicem eſt præter intentionem utriuſque ſerui miſſi, non autem præter intentionem mittentis. Vnde talis concurſus licet reſpectu ſeruorum ſit fortuitus, non tamen reſpectu domini, reſpectu cuius, eſt præordinatus, & præuiſus. Sic ergo dico de contingentibus in hoc mundo, quæ reſpectu ſecundarum cauſarum fortuitè, & contingenter eueniunt, reſpectu tamen primę cauſę uniuerſalis, ſcilicet Dei, a quo nihil poteſt ſubtrahi: nihil fortuitum uel caſuale contingit, ſed prouiſe omnia ſequuntur ordinatè, & neceſſariè, Similiter etiā dico eufortunia, uel infortunia hominū quæ homini cōtingūt per comparationem ad ſecundas cauſas, idest reſpectu cęlorū, angelorum, aliarumq; ſecundarū cauſarum, per comparationem tamen ad Deum nihil poteſt cōtingere, cum nihil ſit ei caſuale aut improui-

ſum cum omnia cadant ſub prouidentia ſua, & ſub certa præcognitione, intentione, & ſua ordinatione. Hæc ex theologis, & philoſophis.

QVAESTIO III. QVAESTIO. IIII. IX. CAP.

Quæ faciant hominem benè, uel malè fortunatum.

QVAERITVR, Quot, & quæ ſunt, quæ faciũt homines fortunatos, & infortunatos? Ad quam reſpondet Thomas tertio contra gentiles.cap. 90. & 92. vbi in ſententia dicit, quòd homo cum ſit ordinatus ſecundum corpus ſub corporibus cœleſtibus, & ſecundum intellectum ſub angelis, & ſecundum voluntatem ſub Deo tripliciter ei bonum ſecundum fortunam contingere poteſt, ſcilicet à cœlo, ab angelo, & a Deo. Quod enim voluntas alicuius hominis inſtigetur ad fodiendum, vel vt fodere faciat, vbi theſaurum inueniat ex nulla hominis virtute procedit. Sed hoc eſt, vel quia diſponitur à cœlo, vel quia illuminatur ab angelo, vel quia inclinatur à Deo. Et hæc quidem cauſalitas diuerſimodè eſt in iis tribus. Nam primo cœlum inducit hominem ad aliquid eligendum, cuius ipſe ratione ignorat, vnde fortunetur per modum cuiuſdam paſſionis quam imprimit in corpus. Secundo angelus bonus, vel malus hominem diſponit ad eligendum aliquid cuius rationem ignorat, vnde fortunetur, non imprimendo aliquam paſſionem, vt cœlum, ſed per modũ cuiuſdam intelligibilis conſiderationis illuminando, inueſtigando ad eligendum, vel cognoſcendum aliquid quod ſit bonum fieri. Nam intellectus angeli eſt multa ordinare in vnum, non tamen illuminando de fine quare ſit bonum fieri. Tertio Deus voluntatem hominis inclinat aliquid eligendum cuius rationem ignorat, vnde fortunetur. Et hic propriè dicitur homi-

hominem fortunare, quia ipſe ſolus clarè intuetur, & præuidet ſimul omnes res, & earum habitudines intentiones, & motiones, & per conſequens omnium rerum accidentales coniunctiones, & occurſiones, quod nulli cauſæ alteri creatæ competere poteſt naturaliter. Et ideo ſolus Deus propriè, & efficaciter hominẽ fortunare poteſt, non autem cœli, aut homo, aut angelus, non intuentes, aut pręuidentes omnia prædicta. De his tribus fortunātibus hominem loquitur Augu. 5. de ciuit. Dei dicens. Fortuna eſt cauſa latens a Deo, vel cœlo, vel a ſpiritibus quibuſcunque proueniens. Concordat huic ſententiæ Auguſtini Nicolaus de Lyra in principio ſuper pſalterium dicens, quòd motus bene fortunati, vel infortunati eſt, a Deo inquantum mouet voluntatem noſtram ad aliquid eligendum cu ius rationem ignorat. Vel a cauſa naturali, ſcilicet ab influentia orbis, vel intelligentia motoris, vel ab vtroque ſimul, ab ipſis ſpiritibus bonis, vel malis, a cœlis per modum cuiuſdam paſſionis quam imprimit corporibus noſtris. Ab angelis inquantum illuminant intellectum noſtrum; vel deordinant ſi ſunt mali. hæc ille. Et hoc modo fortuna propriè dicitur ipſa diuina prouidentia, quam blaſphemant qui fortunæ maledicunt. Pro quorum tamen clariori euidentia hic notanda ſunt quinque. Primum notabile eſt ꝙ cum eufortunari vel infortunari dicatur propriè quã do quis dirigitur a ſuperioribus cauſis ad efficaciter eligendum, vel exequendum facere aliquid, vel omittere, cui coniungitur per accidens aliquis ſibi inopinatus euentus bonus vel malus. Ideo diuerſimodè cœli, angeli, & Deus dicuntur hominem eufortunare, vel infortunare. Nam cœli dicuntur eufortunare, ſcilicet communiter inquantum imprimunt in corpus aliquam paſſionem per quam voluntas inclinatur, ad exequendum aliquid quod ignorat, vnde ſibi bonum contingat. Angeli autem dicuntur magis propriè ꝙ cœli eufortunare cum illuminant, vel inſtigant intel-

lectum

lectum, unde poſtea uoluntas inclinetur, ad exequendum aliquid quod ignorat, unde bonum ſibi contingat. Proprijſſimè autem dicitur aliquis eufortunari, quando uoluntas alicuius inclinatur a Deo, illuminatur ab angelis, inclinatur a cœlis ad exequendum aliquid, quod ignorat, unde bonum ſibi contingat. Et econuerſo. Communiter aliquis dicitur, infortunari quando uoluntas eius inclinatur, & vult, & conſequenter agit contraria ad quæ mouet cœlum. Magis propriè dicitur infortunari quando uoluntas eius, & electio inclinatur, & agit contraria, ad quæ cœlum inclinat, & angelus inſtigat. Nam homo non ſemper eligit illud ad quod angelus intendit, & corpus cœleſte inclinat. Et ideo licet in omni re, nunquam ceſſet prouidentia diuina. Angelus autem quandoque dicitur deficere a cuſtodia hominum, inquantum homo poteſt non eligere illud ad quod angelus mouet, ſecũdũ illud Ieremiæ lib. 5. Curauimus Babylonem, & nõ eſt ſanata. Derelinquamus eam. Proprijſſimè autem tũc dicitur aliquis male fortunari, quando uoluntas eius ex certa intentione conatur, & agit contraria, ad quæ inclinat cœlum, inſtigat angelus, & mouet Deus. Sicut de quodam ſcribitur Iere. 22. Scribe uirum iſtum ſterilem uirum qui in diebus ſuis non proſperabitur. Secundum notabile eſt, quòd Deus, & angeli uarijs de cauſis fortunant, & infortunant homines bonos, & malos. Nam bonos infortunant, quandoque in pœnam alicuius culpæ, aut ſtultitiæ, aut in exercitium uirtutis. ſ. prudentiæ, patientiæ &c. Malos autem quandoque fortunant ad retrahẽdum a malo, uel ut remunerent de bonis in peccato factis &c. Ideo in omnibus gratias Deo exhibere debemus. Tertium notabile eſt ꝙ hõ fortunatus uel infortunatus dicitur reſpectu bonorũ corporaliũ non ſpiritualiũ. Cuius ratio eſt, quia homo tunc dicitur benè, uel malè fortunatus quãdo præter intentionem ſibi accidit aliquod bonum, uel malum, ut patet ſupra, ſed bona ſpiritualia, vel mala

non

non poſſunt præter intentionem euenire cũ in electio
ne conſiſtant, ergo &c. Quartum notabile eſt, ꝙ ma-
gna eſt benignitas Dei, erga homines in hoc ꝙ nõ ſo
lum eis bona adiungit de communi curſu naturæ, &
etiam manifeſtè ſupernaturaliter. Sed etiam occultè
per modum fortunationis multiplicando bona inopi
natè, & mala remouẽdo. Quintum notabile eſt, quòd
ex quo, nec homo, nec angelus de communi lege poſ
ſunt omnia mala preuidere, & omnes cauſas acciden-
tales, & inopinatas præcognoſcere, niſi ſolus Deus, &
fortuna vel infortuna eſt cauſa per accidens &c. Ideo
Deo in omnibus caſualibus periculis contingentibus
nobis, debemus nos committere, vt nos ab illis præ-
ſeruet, de quibus periculis caſualibus loquitur Augu.
22. de ciuit. Dei. cap. 22. dicens. Sed propter pueriles
pœnas &c. Cuius longam ibi vide ſententiam. Hęc au
tem ex theologis, & philoſophis.

QVAESTIO IIII. QVAEST. IIII. PRINCIPALIS, IX. CAP.

De conditionibus fortunæ.

QVAERITVR, quot ſunt cõditiones for
tunæ? Ad quam ſic reſpondetur? quòd licet
multę ſunt conditiones eius, tamen princi-
paliores ſunt nouem. Quarum prima eſt, ꝙ
fortuna impellit hominem ſine propria ratione homi
nis fortunati. Quod patet, quia impetus ille quem be-
ne fortunati ſequuntur ſunt ſine ratione. Patet, quia
ſi ab aliquo benè fortunato quæratur quare ſequitur
talem impetum, neſciet rationem reddere. Sed dicet
hoc facio, quia ſic mihi dictat cor. Et ita pro ratione
beneplacitum voluntatis, & dictamen cordis aſſigna-
bit dicens. Sic placet mihi, & ita dictat cor. Secunda
conditio fortunæ eſt, quòd ipſa excedit, & ſuperat pru
dentiam hominum ſapientum, cuius ratio eſt, quia ta-
les

les ſcilicet bene fortunatos oportet ſuſcipere illum in ſtinctum diuinum, qui ſuperat omnem ſenſum, & omnem intellectum. Vnde omnis hominum prudentia circa fortunam bonam, vel malam nihil pœnitus innouare poteſt. Tertia conditio fortunæ eſt, quòd illa magis fauet ſimplicibus, & ſtultis, quàm ſapientibus. Quod probatur dupliciter, ratione & exemplo. Ratione ſic, quia ille magis fortunatus, qui magis ſequitur diuinum inſtinctum. Sed ſimplices dimiſſa ratione, & non dediti exterioribus actionibus, magis percipiunt, & ſequuntur interiores irſtinctus, & diuinos impetus quam faciant ſapientes qui rationem ſequuntur, ergo. Secundo patet idem exemplo. Sicut enim cœci amiſſis oculis magis memorantur, & firmius retinēt quæ morantur: ſic ſimplices dimiſſa ratione magis ſequuntur diuinos inſtinctus. Nam pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Vnde videmus ſæpius ſtultos in prœliis vincere, ludis taxillorum dictari; & multa eufortunia talibus euenire, quare prouerbium extat quaſi probatum verbum dicens. Fortuna *pur che pocho ſenno baſta*. Et iterum. Vbi fortuna ibi debilitas intellectus. Quarta conditio fortunæ eſt, ꝙ fortuna eſt mixta, vnde in hac vita nullus reperitur ita fœlix, & fortunatus, quin in aliquo ſit malè fortunatus. Vnde Auguſt. de hoc rationem aſſignans ſermone. 29. ſuper Mathęum dicit. Ideo Deus fœlicitatibus terrenis amaritudines immiſcet, vt aliqua quęratur fœlicitas cuius dulcedo non eſt fallax, diſcurre per omnes qui appellati ſunt fœlices. Quinta conditio fortunæ eſt, quòd ſit ęqua, & iuſta, ex eo, quia ſæpius boni videntur eſſe infortunati. Vnde Grego. 15. moralium dicit. Præſentis vitæ proſperitas innocentiæ teſtis non eſt, quia multi ad perhennem vitam per flagella reddeunt, & plerique ad infinita ſupplicia, ſine flagellis deducuntur. Et iterum Greg. in quadam homelia dicit. Pręſentis vitę proſperitas aliquando datur, vt ad meliorem vitam prouocet, aliquando, vt in æter-

num

num plenius dãnet. Et ideo nullus debet gaudere de peccatore bene fortunato. Vnde Augu. ſuper Pſalm. ait. Nemo gratuletur homini; qui proſperatur in vita ſua, cuius peccatis deeſt vltor, & adeſt laudator maior, hæc ira domini eſt. Irritauit enim dominum peccator, vt hic correptionis flagellum non patiatur. Sexta conditio eſt, quia habet defectum veritatis. Multa enim credimus eſſe fortunata quæ non ſunt, & econuerſo. Et ideo diligenter debemus attendere circa fortunam bonam, vel malam. Vnde Auguſt. de verbis domini. Magnæ virtutis eſt, cum fœlicitate luctari. Magnæ fœlicitatis eſt, fœlicitate non vinci. Septima conditio eſt, quia ipſa eſt inſtabilis. Nam bona fortuna huius mundi parum durat. Vnde Innocentius libro de vtilitate conditionis humanæ dicit, Subito cum non ſuſpicatur, infortunium accidit, calamitas irruit, mors intercipit quam nullus euadit. Vnde Senec. epiſtola quarta. Neminem eo fortuna prouexit, ut non tantum illi minetur quantum promiſerat. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare euertitur, & eodem die vbi luſerunt nauigia, ſorbentur. Vnde uerba fortunæ Boetius recitans, inquit. Hunc continuum ludum ludimus, rotam uolubili orbe verſamus infima ſummis ſumma infimis mutare gaudemus. Octaua conditio eſt cæcitas. Vnde pagani fortunam cæcam pingebant, eo quòd paſſim in quoslibet incurrens, ſine ullo examine meritorum ad bonos, & malos uenit. Non autem dicitur cæca, quia ipſa cæca ſit, ſed quia cæcos plerunque facit quos complectitur. Vnde Liuius dicit. Raro contingit ſimul hominibus bonam fortunam bonamq; mentem dari.

Et Boe. inquit.

Fortuna quem fouet, cæcum facit, & ſtultum.

Et Iuue. li. 2. dicit.

Rarus enim fermè ſenſus communis in illa.

Et Tul. de amicitia inquit. Fortuna non medio-

triter ignaros multos excœcauit, cuius contrarium prudenti accidit. Vnde Seneca. Fortunæ inſtabilitas prudentis animum non conquaſſat. Nam virtuoſus, neque fortuna bona extollitur; quia nullum bonum exterius eſt, quod ipſe multum appretiet, neque mala fortuna deprimitur, quia nullo infortunio tantum triſtatur, quòd a via rationis declinet; vt etiam 4. ethi. dicit philoſophus de magnanimo. Nona conditio fortunæ eſt, quòd ipſa nunquam perfecta eſt. Nam perfectum dicitur, cui nihil deeſt. Nullus autem in hac vita ita Fortunatus eſt, cui non deſit aliquid; & cui ſufficiat id quod habet, quique cum ſua fœlicitate infinitas non habeat amaritudines. Vnde dicebat Boet. in 2. de conſol. Quam multis amaritudinibus humanæ fœlicitatis dulcedo reſperſa eſt, quæ ſi etiam fruenti iucunda eſſe videatur, tamen quo minus cum velit ab ea retinere non poſſit. Hęc ex Theo. & Philoſophis.

QVAESTIO V. QVAESTIONIS QVARTAE IX. CAP.

Vtrum Medicus agricola, luſor, & miles ab Aſtris fortunetur in actionibus ſuis.

QVAERITVR, An Medici, luſores, milites, agricolæ, fortunentur ab aſtris in operibus ſuis? Ad quam primo videtur reſpondendum affirmatiuè ſic: Nam ſicut videmus, quòd quædam inanimata corpora, ſiue naturalia quaſdam occultas vires, & efficientias ſingulares à cœleſtibus corporibus, & eorum impreſſionibus cōſequuntur, præter eas, quæ conſequuntur ad qualitates actiuas, & paſſiuas elementorum, ſicut magnes trahere ferrum habet ex virtute cœleſtis corporis. Et lapides quidam, & herbæ alias habent a cœlo occul-

tas virtutes. Ita nihil prohibet, quòd aliquis homo habeat ex impreſſione cœleſtis corporis aliquam ſingularem efficaciam in aliquibus corporalibus proſperè faciendis quam alius non habet, vt medicus in ſanando, & agricola, & miles. Reſpondeo dicendum, quod diuerſimode ad hanc quæſtionem reſpondent Auicenna dominus Henricus de Aſſia, & ſanctus Thom.3.contra Gentiles: Nam Auicenna dicit, quòd medicus, agricola, luſor, & miles, &c. nō proſperantur vltra alios homines in operibus ſuis ex impreſſione aliqua cœlorum in natiuitatibus ſuis. Sed illud poteſt eſſe ex forti imaginatione hominis, quæ magnæ efficaciæ, & mirabiles effectus operatur, non ſolum in homine, ſed etiam in materia exteriori, ut patet de faſcinatione vetularum, vt in tertia decade dicetur. Dicit ergo Auicenna, quòd ſicut luſori habenti imaginationem fortiorem, & vehementiorem de aliquo numero optato citius euenit numerus, quem elegit in taxillis, quàm alteri non habenti ita forte imaginationem. Ita etiam medicus, miles, agricola fortius imaginantes, & uehementius intendentes in effectus optatos, fortius, & melius operabuntur cæteris medicis, agricolis, militibus nō ſic vehementer intendentibus in ſimilibus effectibus. Sed hoc non valet; quia dicta poſitio Auic. de virtute imaginatiua in materiam interiorem, vel exteriorem, tanquam vanam, & phantaſticam, tàm a philoſophis, quàm a theologis reprobatur, fundamentum non habens, nec in ratione, nec in experientia, vt Sanctus Thom. adducit 3. contra Genti. cap. 103. & prim. parte quæſtio. 116. prout infra probabitur in tertia Decade nono capite. Alia eſt opinio domini Magiſtri Henrici de Aſſia ſuper Gen. (qui tenet contra Thom. (dicentis, quòd a nulla diſpoſitione cœli hominibus prouenire poteſt, vt magis profectuoſe. vltra alios homines agant, quæ intendunt, patet, dicit ipſe, quia vna uirtus naturaliter agēs ſemper tendit ad eundem effectum in ſimili paſſu.

Sed uidemus, quod non ſemper miles, medicus, agricola, uel luſor tendit ad eundem effectum in ſimili paſſu, ergo. Verbi gratia, ſi in ſorte ludente ad taxillos eſſet aliqua occulta uirtus naturalis, non poſſet fieri quin ſemper, aut frequenter eueniret illud, ad quod a cœlis ſortes eſt inclinatus. Nam ſi uirtus cœleſtis in ſorte iam uertit taxillos ad ſeptem oculos ſemper mouebit eos taliter, ſiue eligat ſeptem, ſiue quemcunque alium numerum, quod tamen uidetur eſſe falſum, & contra experientiam, ergo. Et ſimiliter eſt dicendum de medico, agricola, & milite. Ex iſte ſi petatur a quo accidit hæc proſperitas in ludendo, diceret, quòd quandoque prouenit a Deo, ut quis aliquid exercitium præ cæteris agat, magis proſpere. Vnde & ſacra ſcriptura directioni Dei attribuit huiuſmodi, ut patet Gen. 30. in educatione animalium Labam ſub cura, & contractione Iacob. Et Gen. 39. Proſperitas negociorum Phutifaris in manibus Ioſeph. Deo attribuitur, & non fato natali. In ludo autem taxillorum, uel ſimilibus negocijs poteſt quis fortunari ſolum a ſpiritibus bonis, uel malis qui quidem occulta cooperatione facere poſſunt, uel mouendo taxillos in aere, uel in manu proijcientis ſic, ut quicquid unus elegerit ſuper taxillos hoc ſemper ei eueniat, & non alteri. Similiter dicit dominus Henricus de Medicis, quod unus medicus cœteris paribus ex parte artis medicinæ, & ex parte experientiæ infirmi, & medicinarum applicatione, & morum, non eſt magis, & minus ſanatiuus, quam alter niſi forte per accidens inquantum unus medicus eſſet cuiuſdam corruptæ, aut contagioſæ, & peſtiferæ complexionis, quę inficeret per uiſum, tactum, uel anhelitum infirmos, ſicut baſiliſcus inficit per uiſum, & mulier immunda ſpeculum, & ita econuerſo eſſet imaginandum de complexione medici ſani hilaris uiuacis, & ſalubris, qui cæteris pluribus plus proficit infirmo, quàm alter medicus infirmus

mus &c. Item plus proficit infirmo medicus deuotus, qui in practica ſua recurrit de nocte ad Ieſum Chriſtum petens dirigi ad ſalutem infirmi quem in ſua cura habet, quàm alter cæteris paribus qui tantum confidit in arte, Chriſto contempto, vt patet in medicis deuotis, & in Iudæis medentibus. Similiter etiam dicit de milite, & ruſtico, qui ſi credantur a cœlis habere, quod cæteris paribus ille fortunatius pugnet altero, & quòd bladum ſeminatum de manu vnius ruſtici melius proueniat, quàm ſeminatum ſimiliter in eodem agro, & in eodem tempore ab alio ruſtico, ſuperſtitioſum eſt, & videntur iſti fatali ſuperſtitione facere. Rurſum etiam iſte dicit, quòd poſitio hæc poſſet eſſe infidelibus, & phantaſticis occaſio opinandi; quòd Chriſtus fuerit ſic natus, quòd contraxerit a cœlo quandam virtutem mirabilem ſanatiuam, omnes quos tangeret, vel videret ſanans per ipſum naturaliter, ſicut baſiliſcus interficit. Et addit prædictus, quòd qui tenent affirmatiuam quæſiti eſſe veram, amplexantur ſuperſtitioſam illam opinionem de imaginibus aſtrologicis, quòd res naturales fixæ reciperent tales impreſſiones ab aſtris, immo crederetur, quòd res artificiales vtpote imagines fabricatæ ſub certis ſtellarum habitudinibus reciperent impreſſiones a ſtellis, quæ opinio, vt dicit, eſt vaniſſima. Et prædictus Henricus reſpondet Thom. de magnete dicens, quòd magnes non habet virtutem attractiuam ferri ſuper impreſſam a cœlo accidentaliter, ſed illam habet tanquam ſecundam qualitatem a tota ſpecie, conſequentem ſuam complexionem ſpecificam, quemadmodum eſt de viribus herbarum, & lapidum, & ſeminum, quę virtutes non habent a corporibus cœleſtibus ſuperinfluxas, ſed omnino conſequenter ſe habentes ad complexiones, & formas ſpecificas eorum. Sanctus Tho. vero tenet, quòd ſicut naturalia corpora ſortiuntur virtutes quaſdam occultas conſequentes ſpeciem ex impreſſione

cœleſtium corporum, ita etiam aliqui homines ex impreſſione cœlorũ in eorũ natiuitatibus conſequuntur aliquas uirtutes occultas quibus proſperè, & perfectuoſè ultra alios homines agant, quæ intendunt, & tenet hoc in 3. cap. contra gentiles, & etiam in 22. quæſtio. 66. ar. 2. ubi dicitur, quòd licet naturalia corpora ſortiantur aliquam uirtutem occultam a corporibus cœleſtibus, ut dictum eſt, imagines tamen formatæ ab aſtronomis a corporibus cœleſtibus nullam habent uirtutem. Sed ſi quam uidentur habere, illa eſt ex operatione dæmonum, cuius ſignum eſt, dicit ipſe, quia oportet inſcribi quoſdam characteres, qui naturaliter nihil operantur. Et ponit ibidem differentiam inter imagines aſtronomas, & nigromanticas dicens, quòd in imaginibus nigromanticis fiunt expreſſè inuocationes, præſtigia, & expreſſa pacta cum dæmonibus. In aſtronomis autem imaginibus ſunt pacta tacita per ſigna quarundam figurarum, ſeu characterum, ideo ambæ huiuſmodi imagines reprobantur in decretis. 26. quæſtio. 2. cap. illos. Quę autem iſtarum opinionum, ſcilicet Sancti Thom. & domini Henrici ſit tenenda, non eſt menſuræ, neque ignorantiæ meæ iudicare. Ego uero tenerem uiam ad quam pauciora ſequerentur inconuenientia. Hæc ex inductis intra quæſtiunculam.

QVINTA QVAESTIO PRINcipalis huius Noni Capitis, De practica diuinatoria effectuum futurorum ex aſtris, & imaginibus ſiue in cœlo ſtellarũ congregationibus. Circa quam tres quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAE-

QVAESTIO I. QVAESTIONIS. V. PRINCIPALIS IX. CAP.

Vtrum Deus poſuerit in firmamento imagines animalium & ſpecierum mundi inferioris.

QVAERITVR, Si Deus a principio in cœlo ſtellato, ideſt firmamento poſuit ſtellas ſecundum aliquas formas, uel imagines animalium, & ſpecierum mundi inferioris. Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam ſacra ſcriptura expreſſam mentionem facit de aliquibus glomerationibus ſtellarum quas Deus in principio conſtituit, & diſpoſuit in cœlo, ergo probatur antecedēs. Nam Iob. 38. dicit dominus, Nunquid coniungere ualebis micātes ſtellas Pleiades, aut girum Arcturi poteris diſſipare? Nunquid ordinem noſti cœli, & pones rationem eius in terra? Et ipſe Iob de Deo. 9. c. dicit, Qui extendit cœlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris. Qui facit Arcturū, & Oriona, & Hyadas, & interiora auſtri. Qui facit magna, & incōprehenſibilia, & mirabilia. Et iterū Amos. 5. Qui conuertitis in abſynthium iudicium, & iuſtitiam in terra relinquitis: Facientē Arcturum, & Orionem. Ergo ex ſacra ſcriptura poteſt haberi, ꝙ Deus ex ſtellis conſtituit dictas imagines de quibus faciunt mentionem omnes aſtronomi. Nā Arcturus eſt imago vrſæ circa polum arcticum ſituata, in qua ſeptem ſtellæ nobiliores quaſi currum faciunt habentem themonem. Itē ſtellę quæ uocantur Hyades, & Pleiades ſunt in cœlo in quadam imagine ſecundum aſtrologos. Item Orion eſt imago uiri armati terribilis tenentis enſem, qui & audax dicitur, & ut apparet ex tabula ſtellarum fixarum, quæ ponitur ſeptima diſtinctione Almegiſti. Figura Orionis complectitur uiginti octo ſtellas, & ſituatur in parte mirabili cœli ante ue-

ſtigia tauri, ut dicit Iſidorus libro 3. Poſuit etiam Deus, dicunt aſtronomi in cœlo alias imagines. 48. de quibus omnibus non facit mentionem ſacra ſcriptura, ſcilicet 12. in Zodiaco, ſcilicet Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum &c. Et triginta octo extra zodiacum, ſcilicet, imaginem draconis fluxuoſe ſituati circa polum arcticum, in qua imagine ſecundum Ptolomæum ſunt 33. ſtellæ. Et circa illum draconem ſunt duæ imagines vrſarum, ſcilicet minoris, & maioris. Item inter illas 38. imagines eſt imago Perſei, ideſt imago uiri deferentis caput algol. ideſt diaboli. Rurſum eſt ibi imago hominis inflammati, uel flammis cincti. Ibi eſt imago ſaltatoris, imago ioculatoris, imagines duorum uulturum, imagines ſerpentium, ſcorpionum, canum, lupi, leporis, cerui, pegaſæi equi alati, imago Idriæ, imago centauri, cuius anterior pars eſt hominis, & poſterior equi, & ita de alijs huiuſmodi formis monſtruoſis, ſicut in picturis aſtronomorum uideri poteſt, & ſolet &c. Sed in contrarium eſt, quia dicit ſcriptura Gen. 2. Igitur perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. Qualem autem ornatum, & perfectionem haberet cęlum ſi ex chimericis monſtruoſitatibus, & imaginibus fabricatis non a Deo, ſed a diabolo conſtaret? Reſpondeo dicendum, quòd ſicut tortuoſus fallax draco, & princeps mundi huius, qui olim terram uarijs idolorum monſtruoſis imaginibus impleuit ſuggerendo pręfecit cuilibet generi rerum aliquem Deum. Ita Deo permittente opus pulcherrimum, & glorioſum Dei, ſcilicet cœlum, quod Deus cõſtituit mortalibus ad obiectum religioſæ contemplationi, attentauit implere imaginibus in quibus ipſe apparere conſueuit, & illud facere ſpeculum ſuperſtitioſę diuinationis. Nam ſi dominus Deus formas, & imagines animalium poſuiſſet in cęlo, ut aliquis uultus fixus animalibus terrenis correſponderet a quo dependerent, formarentur indiuidua, conſeruarentur, & uultuarentur ſicut poſuit

ima-

Imagines in cęlo beſtiarum ferocium, & uilium atq; chimerarum inutilium. Multo magis ibidē poſuiſſet imagines mitium, & utilium animalium, & aliquorū hominum uirtuoſorum. Sed uidemus in cœlo nō imaginem columbæ, ſed cerui, non agni, ſed hirci, nō crucis, & crucifixi, non ſacerdotis, ſed ioculatoris. Ergo omnipotens Deus magis ſollicitus fuit de conſeruatione animalium ferocium ranarum ſerpentum inutilium, quam mitium, hominibus in multis ſubſeruientium. Ergo falſum eſt, quod a Deo tales imagines inter ſtellas cœli ſint formatæ. Item ſi dominus Deus ſubiecit unamquamque ſpeciem generabilium, & corruptibilium ſuæ imagini in cœlo, ubi eſt imago uitis? imago arboris pomiferæ? imago tritici, & cæterarum ſpecierum humano uſui pręcipue neceſſariarum? Ideo bene dicebat Iſido. lib. 3. ethic. cap. ult. qui poſtquàm interpretatus eſt nomina extranea dictarū imaginum, ſubiungit aliorum ſignorum obſeruationes, uel cæteræ res ſuperſtitioſæq; ſe ad cognitionem ſyderum iungunt, fidei noſtræ ſine dubio contraria ſunt, & ſic ignorari debent a Chriſtianis, ut nec ſcripta eſſe uideantur. Sed nonnulli ſyderū pulchritudine, & claritate pellecti in lapſu ſtellarū cæcatis mentibus corruerunt, ita ut per ſupputationes noxias (quę matheſes dicuntur) euentus rerum perſępe præſcire poſſe conentur, non ſolum Chriſtianæ religionis doctores, ſed etiam gentilium Plato. Ariſtoteles, atq; alij ueritate commoti concordi ſententia damnauerunt, dicentes confuſionem rerum potius de tali ſuaſione generari, ſcilicet, q̃ proficere quoquo modo humanę fęlicitati. hæc ille. Ex quo dicto Iſid. tria habentur, Primū, ꝙ multa ſuperſtitioſa adiūcta ſunt conſiderationi aſtrorū. Secūdū, ꝙ coniecturatio de futuris eſt potius in cōfuſionem rerū humanarū, q̃ ad directionē earū. Vnde ſomnia, cogitationes hominum ex aſtris conſiderare ſuperſtitioſum eſt. Tertiū, ꝙ reales, & perfecti philoſophi diligētes rerū cōſideratores, ex ſuis princi-
pijs

pijs ponunt hoc negocium ſuperſtitioſum eſſe. Vnde de Platone, & Ariſtotele ſubdit Iſid. Et quamuis ipſi non fuerint cęleſti ſapientię dediti, ueritatis tamen teſtimonio errores eorum merito protulerunt. hęc ille. Ad obiecta autem in fronte quæſtiunculæ poſita patebit reſponſio in ultimo tertiæ quæſtiunculæ. Ex Hen. ubi ſupra.

QVAESTIO II. QVAEST. V. IX. CAP.

Vtrum aliquo modo imagines poſſint ſuperſtitioſè in cœlo transferri.

QVAERITVR, Si aliquo rationabili modo & non uanè, & ſuperſtitioſè potuerunt transferri in cœlo tales imagines. Vel ſic. Si aliquo rationabili modo, & non ſuperſtitioſè tales imagines translatè ſint, & attributę ſtellis in cœlo? Ad quam ſic reſpondetur, quòd quinque cauſæ reperiuntur translationis in cœlo talium imaginum. Prima cauſa aſſignatur à poetis: nam poetę fingunt arietem in cœlo in honore Iouis, quem cornua arietis in capite habere dicunt. Taurum ſimiliter in cœlo collocant in honorem Iouis, eo quòd in bouem fabuloſe ſit conuerſus, quoniam Europam tranſuexit. Caſtorem quoque, & Pollucem poſt mortem inter notiſſima ſigna conſtituerunt, ut ſignum gemini. Leonem in honorem Herculis, quem in græcia uirtuoſiſſimè occidit. Capricornum propter Capram quandam Iouis nutricem. Et ſic ſecundum fabulas aliorum, ut patet in lib. imaginum. 48. cœli. Idolatrę autem, & gentiles tranſtulerunt in cœlo huiuſmodi imagines ratione honoris, uel laudis aliquorum hominum uirtuoſorū, uel animalium propter aliqua inſignia facta, uel beneficia ſingularia, quæ in inferiori mūdo fecerunt, propter quæ homines tranſtulerunt inter Deos, uel

deas

deas,& animalia inter aſtra cœli, ut dicit Iſido. 8.ethico. Vnde etiam, ut tradit Guilielmus Pariſienſis, credebat gentilium ſuperſtitio,homines in hac uita probos,& ſtrenuos poſt mortem aſcendere ad ſuperos in quaſdam ſydereas manſiones, uel ſtellas compares. Malos deſcendere ad infernos. Idcirco dum cœlum clarè ſtellatum inſpiciebant,interrogabant ubi eſt mãſio Herculis. In qua ſtella habitat Hector. Vbi habitat talis;& talis &c.propter quod à poetis gentilibus, & idolatris diſtributè fuerunt ſtellę, ſecundum dictas imagines in honorem,& deificationem hominum famoſorum, quos appellant Deos ſuos. Et iſte modus tranſlationis omnio uanus, & ſuperſtitioſus eſt. Secundus modus translationis ſpecialiter dictarum. 12. imaginum zodaici inter ſtellas eſſe poterat ad exprimendum ſimilitudinariè ſtatum ſolis, uel proprietatem auræ, uel temporis, quę, ut plurimum accidit quando ſol eſt in illa, uel in illa parte zodiaci. (Verbi gratia,) collocare potuerunt Cancrum in quarta parte, duodecim ſignorum zodiaci, ex eo quòd cum ad Illud ſignũ in mẽſe Iulij,ſol uenit, retrogredit in modum cãcri,& breuiores dies facit.hoc enim animal ad utranque partem greſſum dirigit. Similiter ſextam duodecimam zodiaci Virginem uocare potuerunt,eo quòd in illis diebus,quibus per eam ſol decurrit,terra exauſta ſolis ardore nihil parit. Pars uerò ſequens uocari poteſt libra, quia ſole exiſtentę in principio illius partis eſt ęqualitas diei,& noctis. Vltimas partes zodiaci Aquarium,& Piſces uocarę potuerũt, eo quòd hyemes tempore ſole ibi exiſtente, crebrius pluuiæ fiant,& ſic de ſimilibus.Et licet ſecundum iſtũ modum nõ poſſit ſumi natura duodecim ſignorum, quæ eis communiter attribuitur.Ratio eſt, quia aliàs illa pars,quæ Cancer uocatur, deberet dici calida, & ſicca,quia ſole exiſtente ibi aura ut plurimum eſt talis,& tamen idem reſpectu habitantium ſub polo, uel ſub æquinoctiali, uel alia parte æquinoctialis eſſet alterius,

terius, & alterius complexionis reſpectu huius, vel illius regionis, ergo realiter, & phyſicè procedendo ſumere oportet naturas ſignorũ, vel 12. partium zodiaci, ſi qua in eis reperitur, a ſtellis fixis, quæ ſunt in eis, & iuxta eas ex vtraque parte verſus Auſtrũ, & Aquilonem; tamen quomodocunque ſit, hic modus translationis ſignorum non eſt ſuperſtitioſus, niſi ad plus trahatur quàm debeat, vt ſcilicet verbi gratia, aliquis crederet, quòd quia, quis natus Cancrũ habens in aſcẽdente futurus eſſet homo retrogradus duplex in moribus, vel aliquid huiuſmodi, ſuperſtitioſum eſſet omne tale. Tertia cauſa, vel occaſio originalis translationis talium imaginum inter aſtra eſſe potuit quædam conformitas poſitionis ſtellarum in certis aggregationibus, quemadmodum adhuc ruſtici vocant quandã congeriem ſtellarum currum, aliam gallinam cum pullis. Et hæc quidem ſuperſtitioſa non eſt. Quarta cauſa eſſe potuit, huiuſmodi translationis, quia antiqui philoſophi, conſiderantes aliquas ſtellarum congregationes, inuenerunt per obſeruantiam effectuum quòd talis ſtellarum cumulus eſſet talis naturæ, & proprietaris. Verbi gratia. Quidam habens in aſcendente dum naſceretur imaginem ſimiæ expertum eſt contraxiſſe vultum ſimilem illi animali. Sed hoc falſum eſt. Nam capio (verbi gratia) conuentum ſtellarum, quæ vrſa dicitur, & græcè arctos, & arguo ſic. Impoſſibile eſt naturaliter quòd ſciatur natura illius cumuli ſtellarum, ergo habetur propoſitum. Conſequentia bona, & antecedens probatur, quia natura data ſtellæ fixę ſciri non poteſt niſi ex aliquo aſpectu alicuius planetę exiſtentis in eodem gradu zodiaci cũ ea, ſed hoc nullo modo ſciri poteſt, ergo. Ratio eſt, quia quilibet ſemi circuli tranſitus inter polos zodiaci per gradum ſtellæ, comprehendit plures ſtellas fixas, de quarũ nulla ſciri poteſt cuius fuit dictus effectus, ergo. Quinta cauſa, & ultima huius ſuperſtitionis potuit eſſe ille ſpiritus erroris, cui ſumma cura eſt ſecundum B. Augu-

guſt.

guſt. hominibus noxias opiniones inducere, maximè de aſtralibus fatis, ſecundum quòd tales, aut tales aſtrorum habitudines ſint cauſæ, uel ſigna talium effectuum futurorum, & tot ſuggeſſit in illo pulchro opere Dei cęlo ut obſeruarētur, habitudines, tot aſpectus, tot reſpectus, tot imagines, tot ſitus, tot diſpōnes, & aſtrorum uarietates, quòd uix aliquis effectus etiam & caſualis contingere nouiter poteſt, quin ex poſt facto poſſit quaſi eius ueſtigium ibi reperiri. Et ex hoc facile eſt aſtrologis, ex poſt facto reducere, & colorare effectus, qui contingunt ad aſtra tanquam ex eis reluxiſſent. Sed ante factum nihil certi prędicere poſſunt. Iſte ergo humanæ ſalutis callidus emulus diabolus, qui ſuggeſſit prioribus temporibus hominibus perditis uarias artes diuinatorias, ut geometriam, magicam, nigromanticam. Ipſe etiam ſuggeſſit hominibus hanc practicam diuinatoriam ex aſtris, attendēs quod talis ars diuinatoria plus alijs artibus ſupradictis colorari poſſet, quia communiter experiuntur homines quòd aſtra multipliciter agunt in iſta inferiora. Valde ergo periculoſum eſt de illa practica ſeu arte iudiciorum ſe intromittere, maximè ſecundum traditiones antiquorum, qui circa aſtra uerſabantur, non ut ueritatis inquiſitores, ſed ut ex aſtris diuinatores. Hæc dominus Henri. de Aſſia ſuper Geneſi.

QVAEST. III. QVAEST. V. IX. CAP.

Vtrum certa prrctica diuinatoria ex Aſtris, & imaginibus poſſit haberi futurorum euenturum.

QVAERITVR, An ex aſtris, & imaginibus talibus poſſit aliqua practica certa, & diuinatotia effectuum, & futurorū euentuum haberi ab hominibus? Et uidetur primo q ſic, quia ſpecies rerum generabilium ſunt ęternę, & ſtię quamuis indiuidua fluant, & refluant. Et per conſequens

quens videtur, quòd cuilibet talium ſpeciei rerũ correſpondeat aliquis vultus in cœlo fixus à quo dependeat, & conſeruetur, & eius indiuidua formentur, & vultuentur, vt etiam innuere videtur philoſophus. 2. de generatione. Item Ptolomæus. 9. propoſitione centiloquij dicit. Vultus huius ſęculi ſubiecti ſunt vultibus cœleſtibus. Item videmus, quòd ſtabiliter imprimi poteſt alicui materię elementatæ artificialiter effigiatæ uirtus alicuius imaginis cui obediunt indiuidua ſpecierum. Nam reperta eſt quædam imago Scorpionis formata a quodam aſtronomo tempore quo imago Scorpionis in cœlo vigebat, quę curabat homines a ſcorpione morſos. Itẽ Hali Habenrazel aſtrologus libro quarto, qui eſt de naturalibus, cap. 1. narrat de quodam filio cuiuſdam regis nato habente in aſcendente libram, & ſupra plures planetas, ſcilicet Iouem, Martem, Venerem, Mercurium, propter quod conuocati fuerunt aſtrologi inter quos tandem ipſe Hali dixit, ꝙ ſi puer tranſibat tertium diem erit de ipſo magnum miraculum, & quòd poſſibile eſſet illum puerum dicere aliquam prophetiam. Et euenit quòd antequam tranſirent viginti quatuor horæ, puer ille inſedit, & incepit loqui dicens. Ego infęliciter natus ſum ad denunciandum deſtructionem gentis Almazar, & indicandam trãſlationem regni azdexit ad extraneos, quo dicto cecidit, & mortuus eſt: ergo. Item expertum eſt quòd puer naſcens habens in aſcendente, ſeu in prima domo hemiſperij vrſam contraxit vultum, phynoſomiam quaſi vrſæ, & ita contraxiſſet vultum ſimiæ aſcendente imagine ſimię cœleſtis, & ſecũdum hunc modum in alijs. Item magiſter Laurentius de Peruſio tonſor ex inſpectione imaginum in libro quem edidit, docet futuros euentus huiuſmodi cognoſcere, ergo. Sed in contrarium eſt, Iſido. 3. ethico. dicens, negotium imaginum cœli ſuperſtitioſum eſt. Et in titulo de mathematicis, leges ciuiles iudicant ſuperſtitioſos mathematicos, ex ciuitatibus politicis eſ-

ſe pellendos omnino. Ad rationes autem eorum reſpondetur, & primo ad primam rationem in contrarium negatur conſequentia, & ratio negationis eſt, quia ſpecies rerum perpetuantur a virtute generatiua, a creatore rebus corruptibilibus in primordio creatis indita; ſimiliter & naturalis inſtinctus, & inclinatio quam videmus omnibus animalibus ineſſe ad generandum ſibi ſimile, vnde dicitur ꝙ Sol, & Stellæ continent hæc inferiora virtualiter, non figuraliter. Ad ſecundum nouę propoſitionis Ptolomęi dicitur, ꝙ ſi ipſe intellexit quod quęlibet ſpecies terreſtris, ſic dependeat a ſibi correſpondente quadam imagine cœleſti; quòd quando imago illa viget ſuperius, illa ſpecies vigeat inferius, & quando fortunat ſuperius, fortunetur inferius, & quòd ſtabilire, & imprimere poteſt alicui materiæ elementatę artificialiter effigiatę virtutem cui obediant indiuidua illius ſpeciei: Dico quòd loquebatur deceptus famoſitate opinionis, quæ tunc de talibus imaginibus clarebat. Et ad illud de imagine facta ſcorpionis dicitur ꝙ effectus ille curationis a morſu ſcorpionis non fuit ex virtute intrinſeca imaginis in cœlo: Sed potuit eſſe multis aliis modis per accidens concurrentibus in armigero curato, & taliter læſis. Nam etiam ibidem dicitur ꝙ fuit ſcripta in quodam lapide præcioſo, a quo potuit talis vis oriri. Item ibi dicitur quòd antiqui cœleſtes vultus ſculpebant in lapide, & miſcebant cum eo alia ad hoc neceſſaria. Rurſus etiam dicitur, quòd ſi anulus habuit a ſcorpione cœleſti talem virtutem, quomodo ergo curabat a veneno ſcorpionis, & non magis auxit periculum conformando naturam illius ſpeciei veneni. Et per iſta patet reſponſio ad tertium. Ad quartum dicitur quòd cum vltra potentiam naturalis curſus, ſit puerum 24 horarum reſidere, & loqui, & de futuris prophetare, apparet clarè, quòd ille effectus nō fuit aſtrorum, ſed potius dæmonum qui ſe ibi ingerebant ad illudendum, in hoc variis, & ſuperſtitioſis hominibus

crediturìs ortum prophetarum ex facto ſtellarum, & non ſpeciali Dei dono. Ad quintum reſponſum eſt ſupra in 4.cauſa tranſlationis imaginum. Ad illud magiſtri Laurentii qui nouiter fecit librum de fortuna dicitur, quòd eadem facilitate contemnitur a doctis, qua approbatur a fatuis. Vnde ſicut ad deceptionē hominū inuenta fuerunt a Chaldæis & Arabibus alcocodē, & ylech, quæ planetę non ſunt, ſed loca a quibus quæruntur anni, & vitę natorum. Ita etiam proiectio taxillorū, vel primis fortunę nonenarię planetarum nihil proprietatis habent. Et cum dicitur, quòd ſacra ſcriptura ſępe loquitur de illis imaginibus, ſcilicet de arcturo, & de orione &c. Reſpondetur quòd non ſequitur, q Deus a principio conſtituerit imagines tales, vt homines attribuerent illis imaginibus effectus ſuperſtitionum, & vanitatum. Sed magis, vt viſis talium imaginium figuris laudaret Deum factorem earum in omnibus ſanctis, & mirabilibus operibus ſuis.

QVAESTIO VI. PRINCIP. IX. CAP.

Vtrum Aſtrologi poſſint uerè iudicare de longitudine, & breuitate uitæ natorum ex inſpectione Ylech, & Alcocodem in gradibus zodiaci.

QVAERITVR, An ſcilicet aſtrologi ex inſpectione Ylech, & Alcocodē in locis planetarum, vel gradibus zodiaci poſſint verè iudicare de longitudine, & breuitate vitæ natorum? Ad quam Aſtrologi reſpondent affirmatiuè dicentes, quòd aſtra ſint cauſæ viuendi longioris menſurare conantes cuiuſlibet hominis vitam per habitudinem planetarum in figura cœli hora natiuitatis dati nati. Conantur autem illud hoc modo oſtendere. Conſtituunt.n. vnum de planetis, vel gradibus zodiaci, quem lingua arabica Ylech appellant quam dicunt ſm certum modum deſcriptum a Ptolomęo

&

& ab Alcabitio, & ab Hali Haberazel lib. ſuo. 4. c. 3. & ab aliis aſtrologię auctoribus. Deinde Ylech electo eligunt ipſo nato Alcocodem .i. datorem annorum qui eſt ille planeta qui maiorem fortitudinem, & dignitatem habet in gradu Ylech. Et ex iſtis duplicibus viis affirmant, vel præſumunt ſe ſcire poſſe quot diebus, vel annis debeat natus tali hora ſuperuiuere. Prima via, eſt conſiderando quot annos, vel quantum temporis det nato Alcocodem. Vnde cuilibet planetæ ſunt attributæ tres differētię annorum, ſ. maiores, medię, & minores, vt patet ex Alcabitio, & Guidone BonaK de Forliuio. Alcocodem ergo, vt aiunt ſi fuerit in angulis, & fortunatus ac fortis, dat nato annos ſuos maiores. ſi fuerit in ſuccedentibus, & minus fortis, vel diſpoſitus, dat nato medios annos ſi verò fuerit in cadentibus dat nato ſuos annos minores quos frndarios vocant. Quod ſi aliquis ex benignis planetis quales ſunt Iuppiter, Venus, & Sol, ex trino, vel ſextili aſpectu Alcocodem aſpexerit, addet ſibi annos ſuos minores. Si verò aliquis ex maleuolis planetis, vt ſunt Saturnus, & mars, eundem Alcocodem quadrata, vel oppoſita inſpexerit radiatione, annos ſuos minores ab eodem diminuet, ſicut patet lib. 4. Hali. c. 6. Secunda via, qua quantitatem vitæ nati iſti aſtrologi cognoſcere conātur, eſt conſiderare poſt quot annos Ylech veniet per directionem ad locum planetæ interficientis, vt eſt mars, vel Saturnus, vel cauda draconis, qui planeta interfector vitę dicitur, quanto ergo ille amplius diſtabit a gradu Ylech, tanto diutius viuet. Diſtabit æquidem per gradus æquinoctialis per calculatione quandam difficilem, quæ directio, vel athazir arabicæ vocatur inuentos, quorum quilibet gradus vnum annū dare ſolet, hæc calculatio ponitur in 4. lib. Hali. c. 7. deſcribitur etiam ab Alcabitio, & in aliis aſtrologorum libris. Sed in contrarium eſt, quia iſtas duas vias vel modos qualificationis annorum naſcentium, & progreſſionis eorum ad mortem ex radice ſuperiori

confundunt cauſæ longitudinis vitæ antiquorum radicis inferioris adductæ a D. Henr. ſuper Gen. & a D. Nicolao de Lyra ſuper Gen. 5. c. Inſuper modos illos friuolos ſuperſtitioſosque eſſe, & non obſeruantia experimentali, ſed ſuggſtione diaboli olim introductos quamuis ex multis theologorum argumentis conſtare poſſit, ſpecialiter tamen in materia iſte idem conſtat ex ineffabili veritate diuinæ hiſtoriæ. Aſſerunt nanq; diuinę hiſtorię quandoq; homines vixiſſe pluſquam nongentis annis, qn̄doque octingentis, quā doq; ſeptingentis, vt patet ex decurſu libri Gen. Modo conſtat ex traditionibus aſtrologicę ſuperſtitionis ꝙ nullus planeta conſtitutus Alcocodē in quacunq; figura cœli, pōt dare natis tot annos vitæ. Ratio eſt, quia nullius planetę anni maiores ſe extendunt vltra viginti & centum annos, ad quos ſi ſex planetarū anni minores ratione aſpectuum beneuolorū adderētur, qđ tamē vix vel nunquam in cœlo contingere pōt, reſultabunt ducenti quinquaginta anni, vel circa, quibus plures ex parte Alcocodem nulli natorum à cœlo dari poſſunt. Et rurſus quo ad ſecundum modum qui in teſtimonium ſuperſtitionis ſępe obuiat primo modo. Certum eſt ꝙ planeta abſciſſor diſtare nō pōt ab Ylech in hora natiuitatis per trecentos ſexaginta gradus, ſed neceſſario per minus ipſum ab Ylech diſtare oportet, & per conſequens quantum eſſet ex illa radice vita hominis excedere nō pōt. 366. annos, vel circa. Verum dicere poſſunt, ꝙ nullius aſpectus fortunarū planetarū beneuolus, ab abſciſſore natū liberare pōt, ſed hoc non valet, primo, quia antiquitatis cōis humanę uitę periodus fuit tot annorum, ut præſcribitur. Secundo, quia anni Alcocodem gradibus directionis correſpondere non pōt. Ita ꝙ falſę, & ſuperſtitioſę apparent uię illę ex ueritate ſcripturæ dicentis prædicta, qua cōſtat multos uixiſſe longiſſimę ultra annos quos cœlum duplicans duabus uiis naſcentibus dare pōt. Dicat ergo ſuperſtitioſus quiſquam quales figu-

ves cœli habuerunt illi qui nongentis, aut octingentis annis vixerunt, & nihil inuenire poterit niſi ſuam praxim per omnia vanam, & ſuperſtitioſam eſſe. Dicat iterum talis aliquis quare in quatuor milibus annorũ vel circa, nullus natus fuerit, nec vnquam naſcetur ſub aliqua figura cœli ſimili figuræ natiuitatum antiquorum qui tot annis vixerunt. Similiter dico quò ad illa quæ longitudinem vitæ concernunt, & non poterit, ad hoc aliquis aſtronomorum dicere quicquã quod apud veros philoſophos aliquam habeat apparentiã veritatis. Hæc Hen. de Aſſia ſuper Geneſ.

QVAESTIO VII. PRINCIPALIS IX. CAP.

Quod nullus Aſtrologus poteſt certa de futuri euentibus prædicere, & iudicare.

QVAERITVR, An ſcilicet ꝓpterea, quæ de corporibus cœleſtibus, de imaginibus, de fato, de fortuna, de Ylech, & de Alcocodem dicta ſunt. Vtrum per ſolum reſpectum ad ſtatum omnium cauſarum ſecundarum agentium fieri poſſit certum de futuris euentibus ab aſtrologis iudicium? Et videtur ꝙ ſic per locum ab auctoritate domini Guidonis Bonacti de Forliuio, qui in principio magni libri ſui de iudiciis aſtrorum dicit, ꝙ aſtronomi iudicant de futuris euentibus ex aſtris. Et licet ſtellę ſint innumerabiles, tamen ipſe aſtronomus omnibus vtitur, cũ vtatur. 12. ſignis ſub quibus ferè omnes ſtellę comprehenduntur propter quod dicit ꝙ per aſtrologiam plus ſcitur de cœlo quam per theologiã de Deo. Ad quam reſpondetur breuiſſimè ſine diſpendio argumẽtorum ꝙ non. Et ratio eſt, quia ad hoc, vt ex ſignis cauſalibus fiat iudicium certum a priori tria requiruntur. Primo, vt ſciatur ſufficiẽter illorũ ſignorum virtus, & ſtatus reſpectu inuicem ſeu ex ſe. Secun-

do, ꝙ præcognoſcatur modus applicationis talium ſignorum, vel cauſarum ad determinatã materiã. Tertiò, ꝙ præcognoſcatur illius materiæ, vel paſſi diſpoſitio apta, vel inepta reſpectu actionis, vel influentiæ talium cauſarum, vel talis virtutis actiuę. Vnde verbi gratia. Quamuis enim medicus ſciat quòd aliqua medicina eſt laxatiua quantum eſt de ſe, & ſciat cum hoc qñ & quomodo applicatur ſorti: adhuc tamen non ſcit ex inde futurum eſſe an talis effectus ſequatur, vel fortè contrarius ſi neſciat qualiter corpus ſortis eſt accidentaliter, & radicaliter complexionatum, aut intrinſecè diſpoſitum. Et ita eſt a fortiori longè de aſtrologo, qui quamuis ſciat, ꝙ coniunctio (verbi gratia) Solis, & Lunæ conſueuit quomodocunq; ſuſcitare pluuiam: tamẽ non põt certitudinaliter prędicere an in futura cõiunctione pluat, & hoc propter multa. Primo, quia nõ cõſtat ſufficienter naturæ planetarum, nec ſtellatum fixarum quarum aliæ, & aliæ ſecundum trium aſpectuũ diſtinctè circulariter aſpiciuntur a coniunctis luminaribus in alia, & alia coniunctione. Secundo, quia præſciri non poteſt modus applicationis illius coniunctionis, aut virtutis eius, nec vbi magis, aut melius applicatur, vel peius. Tertiò ſi benè ſciretur ad quam regionẽ applicaretur. tñ ignoraret aſtrologus an illa regio pro tunc aliquo accidentali mõ ad contrarium diſpoſita ſit. Videmus. n. virtute vnius coniunctionis accidere pluuiam in vna regione quæ accidentaliter, vel ratione ſitus, vel ventorũ, vel cõplexionis, eſt pro tunc ad hoc diſpoſita, & pro tunc in alijs non pluere, non taliter diſpoſitis, ꝙ virtus talis coniunctionis ſufficiat ibi pluuiam ſuſcitare. Pro iſto ẽt eſt Ptolomæus in centiloquio propoſitionibus. 5. & 17. Et iterum ſuppoſito quòd ſciatur, ꝙ virtus cõiunctionis factæ, in tali ſigno flectatur, ad talem regionem, & ex illa vapores ſufficientes ad pluuiam eleuat, non tamen ſequitur ꝙ ibi ergo pluat, quia nubes, vel vapores a mari, vel ab vna regione eleuati, per uentos dicuntur quãdoq; ad aliã

regio-

regionem, vbi erit pluuia, & ita non poteſt eſſe certitudo in iudicio hoc. Si ergo de effectibus, naturaliſſimis, & communiſſimis coniunctionis, vel oppoſitionis duorū magnorum luminariū cœli quorum natura & influentia inter omnes ſtellas, eſt manifeſtiſſima non poteſt aſtronomus certū iudiciū dare, vel iudicare. Qualis, & quanta temeritas eſt velle ex aſtris alijs quorum naturæ inſufficientiſſimè ſciuntur, iudicia dare de futuris effectibus, non ſolum in elementis, ſed et in viribus mentis, & actibus moralibus humanis, Ad de præterea ꝙ cum diuinatio ſiue prænoſtica, aut iudiciūm aſtrologorum, vt confitentur, de futuris in mundo effectibus, ex habitudinibus, & actionibus, & proprietatibus ſtellarum fixarum, & erraticarum dependeat, quarum habitudines, & actiones, proprietates nullus mortalium nouit, conſequens eſt ꝙ nullus ſufficienter aſtrologus poſſit certa de futuris euentibus prædicere, & iudicare. Et dicamus per ſingula. Quis nouit in primis ſtellarum fixarum proprietates, & numerum? Certè ille qui nouit nomina earum quæ a ꝓprietatibus imponuntur. Et cum ſolus Deus nouerit multitudinē ſtellarum, & omnibus eis nomina vocet, ergo &c. Nam aſtronomi, vt patet ex 7. par. Almegiſtri Ptolomęi de fato ſolum. M. 22. ſtellas ſiue loca ſtellarum inuenerunt. Et cum ſicut ſunt ſtellæ magnę & nobiles circa polum arcticum, ita fortè nobiliores ſunt circa polum antarticum nobis occultum, ex quo pars illa eſt ex dextra cœli ſurſum, quæ nobilior ſiniſtra, ſm Ariſt. illarum autem ſtellarum nulla eſt de illo numero. M. 22. Cā eſt, quia ſtellas circa polum antarticum nullus vnquam vidit, niſi fortè Adam dum eſſet in ſtatu innocentiæ, ergo ſequitur quòd nullus aſtronomorum certò poteſt iudicare. Quis nouit præterea quare poſuit Deus tot ſtellas fixas in vno orbe octauæ ſphæræ continentis, & ambientis orbem ſupremi planetę, & quo ordine eas poſuerit, an omnes æqualiter a centro mundi diſtantes, vel quomodo ali-

ter? An unam circa conuexum illus orbis, aliam circa concauum, aliam in medio ſpiſſitudinis, & an in diſtantiis æqualibus ſibi ab inuicem, ita quòd ſi omnes apparerent, æqualiter ab inuicem diſtare uiderentur? Vel an ſint æqualis magnitudinis ſecundum ueritatem quamuis una appareat maior altera, quaſi inferius ſituata in eadem ſphera. Et iterum an ſituatio earum aliquas imagines conſtituat, ſcilicet Arietis, Tauri &c. Et iterum an omnes ſtellæ fixæ ſint pares? Cum ergo omnia hæc de ſtellis fixis ſint dubia mortalibus, ſequitur quòd ex dubiis, & malè cognitis principiis principiatorum, & effectuum non poterit haberi certa, & indubitata cognitio. De numero ſimiliter planetarum, ſiue ſtellarum uagarum, ſeu erraticarum, quæ dicuntur eſſe ſeptem, nullus adhuc aſtronomorum certus eſt. Nam ſicut ſtella Mercurii raro egreditur ita remotè a Sole, quòd uideri poſſit. Ita fortaſſe ſint aliquæ ſtellæ erraticę, ſiue planetę quę ſemper ſub radiis ſolaribus nobis inuiſibiliter uerſantur. Quis etiam benè nouit ſitum planetarum? Nam Ptolomęus ponit Solem in medio planetarum, Geber uero Chaldęus aſtrologus dicit, quod ſit immediatè ſuper Lunam. Et licet etiam ſufficienter conſtare poſſit. Lunam eſſe infimam planetarum, quia eclipſat ſolem, & aliquæ etiam exiſtant leues congruentiæ, & perſuaſiones, quod ſit Saturnus ſupremus planetarum, & ſub ipſo immediatè Iupiter, ſcilicet ex tarditate motus, & huiuſmodi, nihilominus tamen de ordine poſitionis planetarum qui ſunt, Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter, Saturnus, nulla uia ſufficienti communiter conſtare poteſt, quis ſupra, uel infra alium ſit. De motibus ſimiliter ſtellarum circa polum ſubterraneum antarticum multa extant dubia, propter hoc dicebat Albategni, adhuc eſſe poteſt aliquis motus in aſtris, & orbibus quem nullus hominum expertus eſt, nec experietur, ut patet de ſtella, quæ apparuit tribus Magis tempore natiuitatis Chri-

ſti. Ex quibus omnibus apparet quòd aſtronomi, qui in ſuis iudicijs confidunt in ordine ſituali planetarum in ſuis epiciclis, & excentricis, ex quibus, vt in pluribus iudicia ſumunt. Certum, & validum iudicium de futuris euentibus naturalibus ſiue voluntarijs dare non poſſunt, præcipuè cum in talibus iudicijs neceſſe ſit habere reſpectum ad ſtellas fixas, quæ nobiliores vſr, & ſuperiores, & per conſequens valdè potentes inferius, quarũ tñ vt liquet, & dictum eſt ſupra, nec influentiæ adhuc conſtant, nec numerus cõprehendi potuit, nec conglomerationum earum ſciri proprietas, Ergo ex iis omnibus, quæ in hoc nono capite dicta ſunt, apparet liquidè ſatis qualiter domini aſtromi ex aſtris perrarò, & forte a cauſa vera de effectibus futuris iudicare poſſunt. Nec baculus ille arundineus ſolatium ignorantiæ aliquorum aſtronomorum patrocinatur eis dicendo indifferenter, de quolibet, quod apud antiquos inueniunt ſic expertum. Cum naturaliſſimus philoſophus Hippocrates dicat. *Vita breuis, ars vero longa, tempus acutum, experimentum fallax, iudicium difficile*. Si ergo placeat quibuſdam, regibus, & principibus quandoque habere aſtronomos, teneant eos, & habeant ad ſolatium, & inſtructionem aliquorum vniuerſalium, de corporibus cœleſtibus, & nequaquam in agendis pro ſe particulariter, aut pro republica confidant in eorum iudiciis relicto conſilio virorum prudentum. Ratio eſt, quia licet poſſit inueniri quædam curioſa ars coniecturatiua ex aſtris de futuris euentibus, tamen propter cauſas dictas, & multas alias illa non poteſt ſe extendere ad tantam certitudinem, ꝙ poſſit proficere certo particulari homini, & reipublicæ. Nec vnquam profecerunt gubernatores rerum publicarum, qui talibus confidere conſueuerunt vt colligi poteſt, ex hiſtoriis antiquis, & multis exemplis. Nunc ad illud vaniloquum, & ſuperſtitioſum Guidonis de Forliuio dicentis, quòd quamuis aſtro-

logus neſciat omnium ſtellarum loca, & influentiis, tamen vtitur omnibus, quia vtitur duo decim ſignis ſub quibus ferè omnes ſtellæ comprehenduntur. Reſpondendum eſt, quod ſi capit ſignum pro duodecima parte zodiaci, falſum dicit. Si vero capit pro duodecima parte cœli ſtellati, quæ cadit inter duos ſemicirculos concurrentes in polis zodiaci, dicitur quòd nequaquam ſufficit pro iudicijs futurorum ſic confusè vti omnibus ſtellis inquantum ſcilicet ex eis, quæ cadunt in illa duodecima parte cœli dicatur duodecima zodiaci talis eſſe, uel talis naturæ. Sed ad iudicia ita particularia ſicut ipſi Guido dare præſumit, oportet ſcire ſi omnes ſtellæ fixe aſpicientes ex omni parte planetam aliquem exiſtentem (verbi gratia) in primo gradu Arietis iuuarent, vel impedirent ipſum in ſua actione quod ſciri non poteſt, niſi ſingularum ſtellarum ſciantur naturæ, & proprietates, quod eſt impoſſibile mortalibus, vt clarè oſtenſum eſt ſupra. Et ad illud quod dicit plus ſcitur per aſtrologiam, de cœlo quàm per theologiam, de DEO. Reſpondetur, quòd verum eſt, quod plus ſcitur de falſis, & ſuperſtitioſis opinionibus de cœlo ab aſtrologis vndecunque introductis, quam forte humanitus ſcitum ſit de veris concluſionibus de domino Deo, per ſpiritum ſanctum ad ſalutem reuelatis. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim, & de nono capite ſupradicta ſatis ſint.

CAPVT DECIMVM, ET VLTImum principale huius primæ Decadis. De Beatitudinæ ipſius animę rationalis, Circa quod ſex quæſtiunculæ ſoluentur, quarũ quælibet infra ſuo ordine declarabitur.

QVAESTIO I. CAP. X.

In cuius actu potentiarum animæ beatitudo conſiſtat.

QVAERITVR, In cuius actu potentiarũ animæ conſiſtat eius beatitudo? Ad quam reſpondetur, quòd de hac quæſtione tres fuerunt opiniones. Prima eſt ſcholæ Reuerendorum Patrum Scotiſtarum Ordinis Minorum. Secunda eſt aliquorum modernorum. Tertia Sancti Tho & omnium doctorũ ſcholæ communis. Sed antequam opiniones recitentur, ſciendum erit, ꝙ qñ quæritur in quo ſtatu conſiſtat beatitudo, non eſt quæſtio vtrum vltimus finis beatificans, ut res ſit in actu intellectus vel voluntatis, quia hoc nunquã aliquis poſuit, cum vltimus finis, ut res ſit eſſentia diuina, & non aliquid creatum. Sed eſt intellectus quæſtionis quo actu iſtarum potentiarũ perueniatur ad iſtum finem beatificantem obiectiuè, & effectiuè ſimpliciter? Sic ergo primo intellecto titulo qõnis dico, quod Schola Scotiſtarũ habet, ꝙ beatitudo cõſiſtat in actu voluntatis. Et probant hoc primo ſic. Beatitudo eſt ſummum bonum, ſed bonũ eſt obiectum voluntatis in quantum huius, ergo beatitudo eſt magis obiectũ voluntatis. Item illud eſt principalius in beatitudine, quod eſt in ea melius. Sed reſpectu obiecti beatitudinis melius eſt amare, quàm cognoſcere, tũ quia amor procedit ex perfectiſſimo habitu charitatis, tum quia magis unit, cum amor ſit uirtus unitiua ſecundũ Diony. tum quia ſecundũ Hugonem de S. Victore, amor eſt magis penetratiuus, quia amor intrat ubi ſcientia foris ſtat. Ergo principalius beatitudo cõſiſtit in actu voluntatis. Item beatitudo ſecundum Boetium. Eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, ergo oẽ bonum, quod pertinet ad beatitudinem cum ca-

dat in eius perfectionem eſt eius eſſe. Item delectatio quæ eſt de eſſentia beatitudinis pertinet ad uoluntatem, ergo probatur antecedens, Illud eſt de eſſentia beatitudinis, ſine quo beatitudo non eſt appetibilis, ſed ſine delectatione beatitudo non eſt appetibilis, ut patet octauo ethicorum. Vbi dicit commẽtator, quòd nullus ſubſtineret ipſum bonum ſi ibi triſtitia ineſſet, Et iterum dicit, quòd nihil aliud eſt ipſum bonum, quam fœlicitas, ergo. Item Auguſt. dicit, quod beatitudo eſt gaudium de ueritate. Sed ibi eſt gaudium principaliter in abſtracto, ergo. Item in illo actu eſt beatitudo ponenda quem Deus a nobis magis requirit, ſed Deus a nobis magis requirit amari, quàm cognoſci, Ergo, & hoc creatura debet magis appetere, & in eo magis quietari. Sed in quo magis creatura quietatur eſt eſſentialius beatitudini, ergo. Item perfectius eſt diligere Deum, quam cognoſcere. Probatur, quia multi cognouerunt, & tamen non amauerunt ſicut philoſophi, qui cùm cognouiſſent, nõ ſicut Deum glorificauerunt, ut dicit Paulus primo ad Romanos, Itẽ in illo actu poni debet beatitudo, per quem magis cum Deo vnimur. Sed per actum voluntatis magis cũ Deo vnimur, ergo. Patet minor, quia aliqua intelliguntur, quæ grata non ſunt, & ideo cum eis non fit vnio, ſed auerſio. Nihil autem diligitur niſi gratum. Item ordo Seraphin eſt ſupra Cherubin. Et Seraphin interpretatur incendium. Et Cherubin plenitudo ſcientiæ. Ergo ſequitur, quòd melior eſt dilectio cognitione. Item in illa potentia debet conſiſtere præmium vbi conſiſtit meritum, vt requirit iuſtitia. Sed in actu voluntatis conſiſtit meritum, ergo. Item nobilior operatio eſt attribuenda nobiliſſimæ potentiæ. Sed voluntas eſt nobilior potentia, quàm intellectus. Probatur, quia illud quod habet rationem mouentis, & imperantis, eſt nobilius eo, quod habet rationem moti, & obedienientis. Vltimo, & duodecimo arguitur ſic. Actus dilectionis quantum ad ea, quę

ſunt infra animam minus perfectus eſt actu cognitionis. Sed quantum ad ea, quę ſunt ſupra, perfectior eſt. Cuius ratio eſt, quia res ſunt in anima altiori modo, q̃ in ſeipſis. Voluntas autem mouetur ad res, ſecundum quòd in ſeipſis ſunt. Et ideo cum per amorem coniungitur iis, quæ ſunt infra ſe, fit quodammodo infra ſe ipſam. Cum uero coniungitur iis, quæ ſunt ſupra eleuatur ſupra ſe, & econuerſo, cum res quæ ſunt infra animam ſunt in intellectu, habent ibi eſſe nobilius, q̃ in ſeipſis Ea uero quæ ſunt ſupra, habent eſſe in intellectu creato ignobilibus, quàm habeant in ſeipſis. Cũ igitur Deus ſit obiectum beatitudinis reſpectu cuius nobilior eſt actus dilectionis actu cognitionis, ergo beatitudo erit in actu dilectionis, qui eſt actus uoluntatis, & non intellectus. Secunda opinio eſt, quę dicit, quòd beatitudo cõſiſtit eſſentialiter in actibus vtriuſque potentiæ. Nam ſecundum iſtos fruitio includit in ſua ratione formali duplicem actum, videlicet voluntatis, & intellectus. Nam fruitio eſt vltima delectatio, & quies, quæ habetur de vltimo fine adepto per intellectum. Et quia in fruitione principaliter conſiſtit fœlicitas, & principalius ipſa fruitio eſt in voluntate, quàm in intellectu, vt etiam dicit Sanctus Thomas in primo ſententiarum. Ideo ſequitur ſecundum iſtos, quòd fęlicitas principaliter conſiſtat in voluntate, & non in intellectu. Sed hæc opinio falſa eſt. Probatur, quia unus, & idem actus non poteſt eſſe in parte intellectiua, & affectiua, Et cum dicitur, quòd fruitio eſt ultima delectatio vltimi finis adepti per intellectum, & in fruitione principaliter conſiſtit fœlicitas &c. Reſpondetur, quòd fruitio poteſt ſumi dupliciter. Vno modo formaliter, & ſic eſt actus uoluntatis. Alio modo radicaliter, & originaliter, ideſt ſecundum id, quod neceſſario pręſupponitur a fruitione, & immediate ipſum ſequitur, ſicut paſſio conſequens ſubiectum proprium, & iſto modo dico, quòd fruitio conſequitur actum intellectus. Et primo modo in fruitione non

eſt fœlicitas niſi tanquam in propria paſſione fœlicitatis. Sed ſecundo modo fœlicitas eſt in actu intellectus eſſentialiter, ita quod ſi daretur per impoſſibile quòd aliquis eſſet adeptus per actum intellectus vltimū finem immediate eſſet felix eſſentialiter, etiam ſi fruitio illius non conſequeretur. Negandum eſt igitur quòd in fruitione formaliter ſumpta ſint duo actus, immo eſt vnus, qui non eſt fœlicitas eſſentialiter. Sed completiuè complemento perſeytatis ſecundi modi, & non primi. Solet autem dici ſcholaſticè quòd frui initiatiuè obiectiuè & effectiuè eſt per actum intellectus. Et hoc modo fruimur ſolo deo. Formaliter autem fruimur beatitudine creata. Electiuè fruimur charitate tanquam habitu eliciente actum fruitionis. inſtrumentaliter fruimur potentia cuius fruitio eſt actus. Completiuè autem fruitio eſt in voluntate. Eſt & tertia opinio (cum pace aliorum dixerim) communior ſancti Thomæ, quæ habet quòd obiectum beatitudinis, ſcilicet deus, primo & principaliter attingitur per actum intellectus. Et probatur primo ſic. In omni motu mobile quamdiu eſt in motu eſt imperfectum, quia motus eſt actus imperfectus. 3. phyſicorum. Et cum eſt in termino, habet perfectionem ad quam per motum tendebatur, vt patet in omni motu. Sed planius in motu locali. Sed tempus fidei eſt ſicut motus quidam, vnde fideles dicuntur viatores ſecundo Corinthiorum quinto. Per fidem ambulamus. Tempus ergo hoc imperfectum eſt, & durat quouſque Deus attingatur per eſſentiam. Sed primo attingitur per viſionem, quia ipſa viſio eſt terminus motus fidei, ergo in viſione conſiſtit. Si dicatur, quòd viſio non terminat motum fidei ergo ſequeretur, quòd eſſet viator videns Deum. Si etiam dicatur, quòd verum eſt, quòd in termino motus eſt beatitudo. Sed hoc eſt propter dilectionem, quę ſic terminat motum fidei, ſicut viſio, quia eſt ſecum in eodem inſtanti. Hoc non valet, quia licet ſint ſimul viſio, & dilectio tempore, & duratio-

 ne.

nec tam natura prior eſt uiſio, quàm dilectio; & ſunt duo actus realiter differentes, unde ſi uiſio non terminaret motum fidei, ſequeretur, quòd uidens inquantū uidens eſſet uiator. Et hoc argumentum iudicio meo demonſtrat, quòd beatitudo conſiſtat in actu intellectus. Item probatur propoſitum ſecundo ſic. Deſiderium perficitur cum res deſiderata habetur, non quia amatur, ſiue amore præcedente, qui eſt rei nondum habitæ, ſiue amore ſequente, qui eſt rei iam habitæ. Sicut qui deſiderat pecuniam, tunc deſiderium ſuum perfectum eſt, cum fuerit adeptus eam. Vnde patet, quòd perfectio eſt in habendo, & nullo modo in amando. ſiue ſit amor pręcedens, ſiue ſubſequens. Sed Deus habetur a beatis per actum uiſionis, & non per actum dilectionis. Vnde Auguſti. libro primo ſoliloquiorum dicit. Deus quem uidere, idem eſt, quòd habere, ergo deſiderium perficitur in habendo. Tertio ſic. Si beatitudo conſiſtit in actu dilectionis cum eadem ſit dilectio uiæ, & patriæ, eo, quòd charitas nunquam excidit, ſequitur, quòd ille qui eſt in charitate, ſit beatus, eſto, quòd minus diligat nunc, quàm tunc. Sicut albus eſt, qui minus, & magis eſt albus. Si dicatur, quòd beatitudo non conſiſtit in dilectione ſimpliciter. Sed in tanta dilectione quanta eſt dilectio patriæ. Contra. Aliquis in uia habet maiorem dilectionem, quàm aliquis in patria, ergo ille beatus eſt. Item beatitudo magis ponenda eſt in illo ſtatu, ex quo eſt mutatio ſtatus, quàm in illo ex quo non eſt mutatio ſtatus. Sed in viſione, & non in dilectione eſt mutatio ſtatus, quia dilectio ibi, & hic eſt eiuſdem rationis, & non uiſio, ergo. Item meritum ordinatur ad præmium. Sed meritum conſiſtit in dilectione, ergo in ea nō debet poni præmium, hoc. n. nihil aliud eſt dicere, quàm diligimus, ut diligamus, quod abſurdum uideretur. Non enim diligimus in aliquo genere dilectionis, ut diligamus, ſed potius, ut diligamur. Sed quia beatitudo conſiſtit in actu proprio non

in alieno, ideò nec etiam diligimus, vt diligamur, quia ergo nec vt diligamur, diligimus, ſicut propter præmium, relinquitur, quòd ideo diligimus, vt videamus, ergo finale præmium eſt viſio. Amplius præmium adeptum diligitur. Si igitur in actu dilectionis ponitur beatitudo, ſequitur, quòd dilectio diligatur, quod inconuenienter dicitur. Sed ſi dicatur, quòd viſio Dei immediate diligatur. hoc inconuenienter dictum a nullo admitteretur, ergo dicendum eſt, quòd beatitudo eſſentialiter conſiſtit in viſione, in dilectione autem ſecundario, & extra eſſentiam. Huiuſmodi enim dilectio, & delectatio ſunt accidentia perficientia beatitudinem, ſicut pulchritudo perficit iuuentutem. Nec dicat aliquis, quia viſio præcedit dilectionem, ergo nobilior eſt dilectio, quia addit ſuper eam aliquam bonitatem. Nam ſecundùm hoc adhuc melior eſſet delectatio, cũ addat propriam bonitatem ſuper vtraq; nec tamen in delectatione ponitur beatitudo. Itẽ probatur, quòd nullo modo beatus Deo coniungatur per actum voluntatis. Nam tres ſunt operationes volũtatis, & non plures. ſ. deſiderare, amare, & delectari. Conſtat autem, ꝙ per deſideriũ non coniungitur deſideriũ deſiderato, quia deſiderium eſt proprie non habiti. Nec etiam per delectari, quia delectatio cauſatur ex coniunctione, & eam ſupponit. Nec etiam per amare, quia amor eſt ita habiti ſicut nec habiti. Vnde cum amor antequam res habeatur, & poſtquam res habeatur ſit eiuſdem generis. Si ante non contingitur nec etiam poſt, ſed ſequitur coniunctionem quæ habet fieri per actum intellectus. Patet etiam hæc poſitio per Ioannem. 17. c. dicentem. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam &c. & Luc. 10. dicitur. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis, & Auguſt. dicit. 17. de tri. viſio eſt tota merces. Et in Enchiridion. 1. c. dicitur. Plena viſio eſt

ſum-

ſumma fœlicitas. Elicitiuè ex Tho.3.contra genti.ca. 59.& pri par.q.12. cap.pri.2.q.3. Et magiſter ſententiarum cum multis aliis doctoribus in 4. di. 69. Nunc vero reſpõdeamus ad argumenta dominorum, & Reuerendorum Patrum Scotiſtarum. Ad primum reſpondet Tho.pri.par.q.26.art.2.Ad ſecundũ, dicens, ꝙ beatitudo cum ſit bonum,eſt obiectum volũtatis, obiectum autem præintelligitur actui potentiæ. Vnde ſm modum intelligendi prius eſt beatitudo diuina, q̃ actus voluntatis in ea requieſcentis, & hoc non poteſt eſſe niſi actus intellectus. Vnde in actu intellectus attẽditur beatitudo. hæc ille. Ad ſecundum dicitur, quòd dilectio patriæ non eſt ita bona,ſicut cognitio, quamuis hic ſit econuerſo, quia in via diligitur immediate, & videtur mediate,& ideo amor eſt melior.Sed in patria eſt econuerſo,quia videtur immediate,& diligitur mediante habitu, & ideo viſio dignior eſt,& ratio eſt, quia intellectus hic fertur in Deum per inferiorem ſimilitudinem, & voluntas fertur in ipſum ſecundum ſe, cum voluntatis ſit inclinari in rem, vt in ſe. Et cum dicitur, quòd amor intra penetrat &c. Dico, quòd illa auctoritas intelligitur de amore, & cognitione viæ vbi cognitio in vniuerſali eſt principium deſiderandi, & ideo deſiderium iubet profundius perſcrutari, non autem ſic in patria. Ad tertium dicendum, ꝙ Boetius intendit ibi dare communem rationem beatitudinis, ſecundum,ꝙ dicit philoſophus, ꝙ beatitudo eſt ſufficiens bonum,ideſt qua habita habetur omne bonum. Ad quartum dicitur,ꝙ non ſequitur. Illud non eſt appetibile ſine pulchriludine, ergo pulchritudo eſt de eius eſſentia. Cuius ratio eſt,quia appetibile eſt aliquid inquantum bonum eſſentialiter pulchritudo verò, vel delectatio eſt ſuperadditum accidentaliter, & ideo per illud eſt bonum ſimpliciter, & ens ſecundum quid.Ad quintum dicitur, beatitudo non eſt per eſſentiam in gaudió, ſed per concomitantiam, quia ad veritatem cognitam ſequitur ſummũ gaudiũ ex quo ma-

gis debet concludi contrarium, quia ex auctoritate patet, ꝙ gaudium præſupponit veritatem ab intellectu cognitam. Ad ſextum dicitur, quòd in via magis requiritur actus dilectionis, quia eſt magis aptus ad merendum. In patria non, quia intellectus eſt aptior ad uidendum. Ad ſeptimum reſpondetur diſtinguendo, quia vel in mouendo, vel in attingendo, dico igitur quòd diligere Deum perfectius eſt in mouendo. Sed cognoſcere perfectius eſt in attingendo. Ad octauum dicitur negando maiorem, quia nō eſt inconueniens, ꝙ per aliquid magis vniamur, & per illud non beatificemur. Sicut ſupra viſionem addit aliquid delectatio, quę eſt extra eſſentiam beatitudinis, & ſic per eā magis vnimur non tamen per eam beatificamur, & cū dicitur, quia non vnit quia intelligimus, quæ nobis non ſunt grata, dicitur, ꝙ ſiue grata, ſiue non, intellectus tamen fit vnū cū intelligibili. Ad nonū dicitur, ꝙ ſi beatitudo ponatur in actu dilectionis in omnibus beatis eſſe debet in actu illo, ergo omnes angeli Seraphin vocarentur, quod eſt falſum. Ad decimū negatur maior. Nam deſideriū dulcedinis vini eſt in appetitu, & tamē dulcedo percipitur in guſtu. Et ſi dicatur, ꝙ hoc diuina iuſtitia requirit, dicendum, ꝙ vbi ſunt diuerſæ perſonæ, hoc habet veritatem. Sed de diuerſis potentiis in vna eſſentia radicatis intelligendum non eſt quia in vna eſſentia radicantur omnes, & etiam potentia non meretur, ſed compoſitum. Ad vndecimū dicitur, ꝙ voluntas eſt nobilior quantum ad imperium actus, tamen intellectus eſt nobilior quantum ad ſpecificationem, & determinationem obiecti. Ad duodecimū dicitur, quòd in via nobilior eſt dilectio, quàm cognitio, ſed in patria econuerſo, ratio eſt, quia in via non cognoſcimus Deum per eſſentiam. Et ideo inferiori modo eſt in intellectu noſtro Deus, q̄ ſit in ſeipſo. Sed in patria deus cognoſcitur per eſſentiam ab intellectu; ita, ꝙ ibi eſſentia eſt principium intelligendi, & obiectum, & cum intellectus ſit nobilior, quàm voluntas,

ergo

illo qui minus dilexit, ēt ſi actũ martyrii virginitatis, & doctoratus habuiſſet. Vnde B. Franciſcus, & Beata Maria Magdalena in patria, (vt creditur,) beatiores ſunt, & perfectius fruũtur diuina eſſentia, q̃ multi alii ſancti decorati aureolis, quia forte primi ſuperiorem gradũ in charitate tenuerunt, & ardentius Deũ dilexerunt, ſecũdis dotatis aureolis quę debẽtur actib. virginitatis doctoratus, & martyrii, & beatus Dñicus dux noſter, & pater, ſimpliciter forte beatior eſt, aliquibus martyribus, q̃a plus dilexit Deũ. Vnde licet aliquis ſanctus martyr in præmio accidẽtali, & gaudio particulari habito ex actu martyrii in patria poſſit ſuperare Dominicũ, ipſe tñ in charitate, cui debetur præmiũ eſſentiale beatitudinis ſuperabit eũdẽ, licet ẽt beatus Dominicus in regno cœlorũ cũ corona aurea beatitudinis eſſentialis decoretur, ẽt aureolis virginitatis, & doctoratus. hæc Tho. in 4. ſent. di. 49. & in quolibetis.

QVAESTIO V. CAP. X.

Quot nomina anima ſortiatur.

QVAERITVR, Quot nominibus anima rationalis in ſcripturis nominatur? Ad quã ſic reſpondetur, quòd anima ẽm diuerſa officia ſortitur varietatẽ nominũ. Dicitur. n. anima inquantũ cõmunicat corpori vitã. Vnde Gen. 2. dicitur. Factus eſt homo in animã viuentem. i. vitã corpori dantẽ. Principium aũt primum vitę eſt anima vegetatiua, cuius opera ſunt vti alimentis, generare, augeri, & ideo anima rationalis, vt anima dat vitam, & conſequenter alia opera vitæ corpori, dicitur anima. Dicitur autem ſpiritus prout dat corpori virtutem immaterialem intellectiuam, & immortalem. Et ideo in præſenti ſtatu anima rõnalis dicitur anima inquantũ communicat corpori vitam, & conſequentia opera vitæ. Sed poſt iudiciũ, & generalẽ reſurrectione

dicetur ſpiritus, inquantum cõicabit corpori immortalitatẽ quod ad oẽs ſaluãdos,& dãnandos,impaſſibilitatẽ uero gloriã,& uirtutẽ quantum ad bonos,quorũ corpora ſpũalia erunt, & dotibus corporũ ornata, nã ſoli electi habebunt dotes corporũ, nõ aũt dãnati. Dicitur ẽt aĩa ſpiritus inquantum ſpirat. Dicitur anima animus dũ uult. Mens eſt dum ſcit. Memoria eſt dũ recolit. Ratio eſt dũ recte iudicat. Senſus eſt dũ ſentit aliquid. Nam inde anima ſenſus dicitur pro iis quę ſentit, unde & ſententiæ nomen accepit Tho.1.par.q.97. ar.3.& Iſidorus li.12.ethimo.& Tho.iterum in quæſtionibus diſputatis de anima.q.12.art.2.

QVAESTIO VI. CAP. X.

Cur anima corpori non dominatur inuincibiliter.

DVBITATVR, Quare in microcoſmo,id eſt paruo mundo, qui dicitur homo, anima quę eſt eius pars potentior,& nobilior nõ regit,& dominatur corpori inuincibiliter,& irreſiſtibiliter, ſicut in microcoſmo.i.in maiori, & latiori mũdo,quẽ magnũ aĩal philoſophi uocauerunt ſuperiora,& potẽtiora,& ſubtiliora corpora regũt quodã ordine naturali irreſiſtibiliter corpora hæc inferiora, & infirmiora? Ad quam theologi, Ariſtoteles,& aſtronomi diuerſimode reſpondent. Nã theologi dicunt, ꝙ hæc inobediẽtia corporis ad aĩam orta ſit ex peccato: Dicunt.n.ꝙ in ſtatu innocẽtiæ corpus ſubdebatur animæ irreſiſtibiliter, quod ẽt omnibus nobis accidiſſet. Adæ peccato non poſito, poſt peccatũ uero,& in natura lapſa uires naturales,& animales animæ reſiſtũt,q̃a oẽs nos in Adã peccauimus,& per eũ amiſimus donũ gratuitũ iuſtitię originalis. Propter qđ dicit Ambroſius,& ponitur in glo.c.7.ad Romanos. Legitime inq̃t factũ eſt, vt qui nõ obediuit ſuo ſuperiori, ei non obediat ſuũ inferius. Iuſtiſſime factũ eſt, ut ex quo ratio

ſe ſubtraxit a Deo, inferiores uires rebellēt, & ſe ſub trahant ab ea, pp qđ Paulus caſtigauit corpus ſuū, & in ſeruitutē redegit. Excipiuntur tñ ab hac inobedientia Chriſtus, uirgo Maria, & primus homo. Nā Chriſtus talis fuit actu, & habitu, quòd in eo nunꝗ̄ aliqua uirium eius a legitimis ſuis actibus, & habitudinib. aliqualiter exorbitauit, ſeu declinauit, nec aliquē fomitē naturā exorbitare faciētē contraxit originalem. Beata aūt uirgo Maria, licet hunc gradū puritatis naturæ primordialē non attigerit, tñ in ipſa fomes ita repreſſus fuit ex plenitudine gratiæ, quòd ēt in ea uires inferiores perfectius, & firmius obediebant ſuperioribus, & ſuperiores Deo, ꝗ̄ in primis hominibus ante lapſum. Rō eſt, quia in Virgine ipſa hmōi obedientia fiebat ui gratiæ perfectionis. i. gratiæ gratū facientis. In primis aūt parentib. fiebat obedientia uirtute iuſtitiæ originalis, quæ ponitur fuiſſe ſolū quædā gratia gratis data, ergo. Fuit ergo inter duos iſtos mortales diuerſorum ſexuū reductio uiriū, utrorūq; ad iuſtitię regulā, abſq; errore, & deuiatione, ut poſſent eſſe cęteris mortalibus exēplaria integra pro correctione, & retificatione lapſarū uiriū iugiter aſpiciēdarū. Philoſophus aūt primo politicorū dicit, quòd nō ideo anima corpori nō dominatur irreſiſtibiliter, quia peccauimus in Adā ſed quia naturaliter anima corpori dominať duplici dominio, ſiue principatu. ſ. politico, & deſpotico. Nā parti appetitiuæ ſenſuali hoc eſt cōcupiſcibili, & iraſcibili pp propinquitatē huius patris ad rōnem dominať dominio politico, ſiue regali. Parti uero ſenſitiuæ, & exteriorij, & organis eius dominať dominio deſpotico, & ſeruili. Dicitur aūt principatus deſpoticus ille quo aliqs principatur ſeruis, qui nō habent facultatē in aliquo reſiſtendi imperio pręcipiētis. Serui. n. nihil habent ſui iuris, ut habetur in auctētico. Iuſiurandum quòd præſtatur ab his, qui adminiſtrationem accipiuntur coll. 2. & 22. q. 5. c. de forma. Principatus uero politicus, & regalis dicitur quo aliquis principatur liberis qui, & ſi ſub

dantur regimini præſidẽtis,habent tamen aliquid proprium quo poſſunt reniti imperio præcipientis, nam reges regnant ſecundum leges,& ſtatuta anima igitur ſm philophum ſenſib.,exterioribus , & organis eius dominatur dominio deſpotico.Senſus.n exteriores,& organa ſenſuum in nullo reſiſtere poſſunt imperio animæ,ſed ſtatim ad imperium uoluntatis mouẽtur.Sed ipſi ſenſualitati, hoc eſt concupiſcibili, & iraſcibili dominatur politicè,& ideo ipſa ſenſualitas reſiſtit imperio rationis,ut dicebat Ro.7. Video aliam legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ.Hæc Tho.in de ueritate.q.25.& 1.par.q.81.ar.3.Aſtrologi autem aliter ad hoc reſpondent dicentes , ꝙ rõ quare anima corpori non dominatur dominio deſpotico eſt , quia in præſenti uita corpus eſt quaſi in domo propria , & anima in domo aliena,ideo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum , ad Gala.6.Sed in cœlo poſt reſurrectionem ubi ſpiritus erit uelut in propria domo, erit ipſa caro ipſi ſpiritui,tanquam potentior totaliter ſubiecta. Et ideo nunc corpus uocatur animale, tunc uocabitur ſpirituale, ut dicitur 1.Cor.15. Et ponũt exẽplũ aſtronomi de dominio corporis ſuper animam in hoc mundo,& econtrario in cęlo,in planetis cœli,nam dicunt, quòd quilibet planeta cœli fortior eſt in domo propria,quam aliena Domus enim planetarum dicuntur ſigna cœli. Dicit enim Albumaſar , quòd domus propria Saturni eſt caprinus . Et Aquarius domus Iouis. Piſcis,& Sagittarius,domus Martis. Aries,& Scorpius, domus Veneris. Libra, & Taurus, domus Mercurij. Virgo,& Gemini,& Leo,domus Solis. Lunæ Cancer. Et patet , quòd Sol in Leone,qui eſt domus eius propria , fortior eſt , quàm in alio ſigno . Et ſimile eſt de anima , & corpore . Et hæc de prima Decade dicta ſufficiant.

Finis Primę Decadis.

ergo &c Et ſic patet quid tenendum de quæſtione. Hæc ex Theologis.

ADDITIO.

Videto D. Thomam prima ſec. quæſ. 3. ar. 4. ex quo habito, quod in actu intellectus conſiſtat eſſentialiter beatitudo, & in actu voluntatis, ſicut in quadam perfectione extrinſeca, apparet, quod eius dicta vltima difficultatẽ quibuſdam aggrauãt. Vnde varia ac diuerſa, doctores ſentiunt, vt Egid us in primo. Richar. in 4. Et Bruliſer, & D. Bonau Conciliant aliqui (vt eſt noſter Ambroſius Spiera Taruiſinus) Sanctum Doctorem cum Scoto dicentes. quod initiatiuè fruitio eſt, ex parte intellectus, completiuè vero ex parte voluntatis, quoniã ea quæ ſunt priora cognitione, ſunt poſteriora perfectione ex 12. Meth. Tu verò tene (ſi placet eſt enim communis opinio) totalem beatitudinis rationem in intellectu conſtare, ſed tanquam in aliquo ſuperueniente, & decorante, conſtare in voluntate, & hoc inſequitur B. Tho & philoſophus in 4. Ethic. dicens, quod fœlicitas in ſpeculatione conſiſtit. & Ioan. 17. hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, non tamen vt Thomas Argentinus exponit, & gloſſat.

QVAESTIO II. CAPI. X.

Vtrum in cœlo unus ſit beatior altero.

QVAERITVR, Si in patria, ideſt in cœlo empyreo vna anima ſit beatior altera. Ad quam reſpondetur, quod cum in ratione beatitudinis duo includantur, ſcilicet ipſe finis vltimus, qui eſt ſummum bonum Deus, & adeptio, ſiue fruitio ipſius boni. Dicitur, quod quantum

ad ipſum ſummum bonum Deum, quod eſt beatitudinis obiectum,& cauſa,non põt vna beatitudo eſſe altera maior,nec vna anima beatior altera. quia non eſt niſi vnum ſummum bonum.ſ. Deus. Cuius fruitione homines ſunt beati. Vnde ex parte rei viſę Dei, eſt æqualitas in beatitudine.nam Deus æqualiter ſe omnibus offert, quam paritatem, & æqualitatem demõſtrat vnitas denarii data laborantibus. Matth. 22. c. Quantum vero ad adeptionem, & fruitionem ipſius ſummi boni.ſ.Dei dicitur, ꝙ vnus alio clarius,& perfectius videbit, & beatior erit. Quod probatur rationibus,auctoritatibus, & exemplis. Prima, ratio ſumitur ex lumine clariori. Nam in patria beati videbunt Deũ in lumine gloriæ,ꝙ eſt principium viſionis diuinæ ſecundum illud Pſal. In lumine tuo videbimus lumen, qui ergo iſto lumine perfectius illuſtrabuntur, perfectius eſſentiam Dei videbunt. Secunda, ratio ſumitur ex virtute ſublimiori. Nam virtus eſt quædam diſpoſitio ad menſuram gloriæ percipiendam. Sed quidam in charitate quæ eſt principium, & cauſa merendi alios excedunt, ergo tales perfectius Deum videbunt. Vnde Aug.homelia. 4. ſuper Ioannem, & ponitur de pœn.di.2.dicit ſic.Non numeroſitas operum,non diuturnitas temporum, ſed maior charitas meliorq; voluntas auget meritum.Nam quod patet,& quod latet in diuinis codicibus, tenet qui charitatem ſeruat in moribus hæc ille. Tertia ratio ſumitur ex ordine propinquiori angelorum. Nam homines debent aſſumi ad ordines angelorum, vt dicitur Luc.22.Sed ſuperiores angeli clarius Deum vident, quam inferiores, vt patet per Diony.de cœleſti hierarchia,ergo hominũ, quidam aliis clarius Deum videbunt. Thomas prima. 2.q.5.& 3.contra Genti.li. 3.in quæſtionibus de veritate.q.8.Secũdo probatur auctoritate apoſtoli. prim. Cor.15. dicentis. Alia eſt claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum. ſtella.n.a ſtella differt in claritate, quæ auctoritas ſic ab Auguſtino exponitur.Si-

cut

cut.h. iſta corpora cœleſtia, ſol, luna, & ſtellæ, cum ſint unius naturæ, ſunt tamen claritatis diuerſæ. Ita homines cum ſint unius naturæ, tamen in reſurrectione erunt diſſimilis gloriæ. Secunda auctoritas eſt Ioan. 14. In domo patris mei manſiones multę ſunt. Quam auctoritatem exponens beatus Auguſt. in libro de ſancta uirginitate dicit. Quia ipſa uita æterna pariter omnibus erit ſanctis equalis, denarius unus omnibus eſt attributus, qui eſt omnium merces, quia uerò in ipſa uita æterna diſtincta fulgebunt lumina meritorum, multæ manſiones ſunt apud patrem, ac in denario quidem non impari non uiuet alius alio prolixius, in multis autem manſionibus honorabitur alius alio clarius. Tertia auctoritas eſt apoſtoli 1. Cor. 3. Dicentis. Vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſm ſuum laborem quem auctoritatem exponens ſanctus Tho. ibidem dicit. Merces ſanctorum communis oībus erit, & propria ſingulorum. Communis omnibus, quia idem eſt quod oēs uidebūt, & quo omnes fruētur. ſ. Deus. Erit propria ſingulorū, quia unus alio clarius videbit, & plenius fruetur ſecundum determinatā ſibi menſuram. Vnde, & Dan. 12. Docti cōparantur ſplendori firmamenti, & qui ad iuſtitiā erudiūt plurimos, comparantur ſtellis. Tertio probatnr exemplis. Nam ſicut per lumen intellectus agentis fit intellectus poſſibilis cognoſcitiuus naturalium intelligibilium. Ita per lumen gloriæ ſuperadditum fit viſiuus diuinæ eſſentiæ. Sed per maiorem efficaciam intellectus agentis plura poteſt intellectus poſſibilis cognoſcere, ergo per efficaciam maioris luminis gloriæ perfectius poterit diuina eſſentia cognoſci. Secundum exemplum eſt tale. Sicut enim ſe habet propinquitas in corporalibus; ita in ſpiritualibus. Sed in corporalibus ita ſe habet, quòd quantò corpus aliquod igni, uel ſoli propinquius fuerit, tanto magis calidum eſt, & lucidum. Sic in ſpiritualibus accidit, quod ſpiritus quanto fuerit Deo propinquior, & magis

QVAESTIO III. CAP. PRIMI, SECVNDAE DECADIS.

De numero Angelorum.

QVAERITVR, Quot ſunt cœleſtes ſpiritus, quos angelos uocamus? Ad quam aliter reſpondet Ariſtoteles. Aliter Plato. Aliter theologi. Nam ſecundum Ariſtotelem 12. Metha. Subſtantiæ immateriales ſunt in aliquo decreto numero, ſcilicet in numero lationum, & motuum orbium, & corporum cœleſtium. Motus autem orbium, ut dicit ſe ſufficienter probaſſe ſunt 55. ergo tot ſunt angeli. Sed quoniam philoſophus dicit, hoc eſſe, ſcilicet rationabile, & probabile, & non neceſſarium, propterea, ut dicit Thomas in commento, 12. metha. relinquendum eſt tale neceſſarium ſcilicet motuum orbium, & lationum corporum cœleſtium, & per conſequens angelorum fortioribus, & potentioribus ipſo Ariſtotele, ſcilicet aſtronomis. Plato autem poſuit, ut ſibi imponitur ad Ariſtotele numerum ſubſtantiarum ſeparatarum ſecundum numerum ſpecierum ſenſibilium. Nam poſuit ſubſtantias ſeparatas eſſe ſpecies rerum ſenſibilium. Quomodo autem hæ duæ opiniones poſſint habere ueritatem uide Thom. 1. parte. quæſt. 50. ar. 3. Theologi uerò dicunt quod numerus angelorum eſt maximus, quod dupliciter probant ratione, & auctoritatibus. Primo, ratione ſic. Nam numerus angelorum ſtantium, uel remanentium in cœlo fuit maior quam numerus cadentium, ſicut dicit magiſter ſententiarum in 2. diſ. 6. cuius ratio eſt, quia in angelis bonum eſt, ut in pluribus, eo quod ſunt intellectualis naturæ: malum uerò in angelis eſt ut in paucioribus, in hominibus autem eſt oppoſitum, ſcilicet quòd in eis malum eſt, ut in pluribus, bonum uero, ut in paucioribus, tum propter corruptionem na-

turæ ex peccato originali, tum quia ſenſibilia ſunt nobis magis nota, ex quibus homines magis ſequuntur ſenſum quam intellectum, ergo. Et confirmatur hæc ratio, quia quælibet anima habet a ſua natiuitate, ut infra dicetur angelum bonum ad cuſtodiam, & malum ad exercitium. Sed numerus hominum ſimul uiuentium eſt maximus, ergo ſequitur, ꝙ angeli cuſtodientes ſunt in maximo numero, nobis uero ignoto, & fortè plures quàm omnes angeli mali, & damnati ſimul. Secundo probatur auctoritatibus, & primo Dionyſij 9.cap.cœleſtis Hierar. dicentis. Multi ſunt beati exercitus ſupernarum mentium, infirmam, & conſtrictam excedentes noſtrorum materialium numerorum commẽſurationem, & ibidem adducit Dionyſius Dan.7.c. dicentem. Millia millium miniſtrabãt ei,&c.Et Pſalm.dicit. Currus Dei decem millibus multiplex milia lætantium &c.Et Apoc.5. Audiui uocem angelorum multorum in circuitu troni, & animaliũ, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium. Item 2.Paralip.32.Nolite timere, multo enim plures nobiſcum ſunt quam cum illo,& Iob.25. nunquid eſt numerus militum eius? Th.2. ſententiarum, diſt.6.& 1.ſententiarum.diſt.40.

QVAESTIO IIII. CAP. PRIMI. SECVNDAE DECADIS.

De initio Angelorum.

QVAERITVR, Quando fuerũt creati angeli? Ad quam reſpondetur, quòd Gregor. Nazianzenus Gręcus cuius tanta eſt in doctrina Chriſtiana auctoritas, vt nullus vnquam eius dictis calumniam inferre præſumpſerit, ut teſtatur Damaſce. Fatetur ante corporalem creaturã Deum cuius concipere eſt producere, angelos produxiſſe, uel creaſſe. Nam motores dicebat præcedere debere

bere mobilia. Sed angeli mouent cœlos, & corporalia; ergo præceſſerunt cœlos, & creaturam omnem corporalem. Huius opinionis Hiero. fuit qui in commentario in epiſtolam ad Titum dicit: Sex millia nondum noſtri temporis complentur annorum, & quanta tempora quantaſque ſeculorum origines fuiſſe arbitrandum eſt, in quibus angeli, throni, & dominationes, cęterique angelorum ordines Deo ſeruiunt? Auguſt. autem quem Beda, & cæteri latinorum ſequuntur in libro de ciuita. Dei, & ſuper Gene. dicit. Deus q. in opere ſuo ſucceſſione temporum non eget, corporalem ſimul & ſpiritualem creaturam produxit. Corporalem, ſcilicet non ſecundum indiuidua, quæ ſucceſſione temporum generantur, ſed ſecundum naturam, & ſpecies. Cum enim angeli ſint quædam pars nobilior vniuerſi, pars autem a toto ſeparata perfecta eſſe non poſſit, ergo angeli cum creatura corporea a deo ſimul producti ſunt. Quod ſi aliquis indignum exiſtimet doctores eccleſiæ, ſcilicet Hieronymum, & Auguſtinum contraria de tempore creationis angelorum ſenſiſſe audiat Thom. in de potentia. quæſt 9. artic. 5. dicentē. Doctores catholici conuenientes in eo, quòd fidei eſt, ideſt, ꝙ nihil eſt ab ęterno præter Deum varia ad minus quantum ad verborum ſuperficiem dixiſſe inueniuntur in iis, quæ de neceſſitate fidei non ſunt in quibus licuit eis diuerſimodè opinari ſuffragantibus rationibus, ſicut, & nobis, vni tamen opinioni ſic inhærendum eſt, vt alteram erroneam nō iudicemus. Et quod Grego. Græcus ſiue theologus cum Hieronymo dicebant, quòd motores præcedunt mobilia. Reſpondent Aug. & cæteri, quòd motores non præcedunt mobilia duratione, ſed dignitate, vt patet de anima, & Thom. vbi ſupra, & in 2. ſenten. diſ. 2.

ADDITIO.

Vide Epiphanium Samoſatenſem, Athanaſiū Alexand.

xand. Epiſcopum li. de variis quæſtionibus, & licet diſcrimen reperias inter Doct. Græcos & latinos, potes tamen cum latinis tenere. D. Hieronymum græca opinione (quæ toleranda eſt) locutum, & ita vt dignitate, vel natura primo fuiſſe creatos. Et ſecundum Græcos dic Deum omnia ſimul creaſſe, præordinatione æterna, vel in materiæ primæ virtute.

QVAESTIO V. CAP. PRIMI, SECVNDAE DECADIS.

Vnde fuerunt Angeli creati.

QVAERITVR, Vbi creati fuerunt angeli? Ad quam reſpondet Strabo ſuper illo verbo Gene. 1. In principio creauit Deus cœlũ, & terram. Cœlum, inquit, non viſibile firmamentum hic ſcriptura appellat ſed empyreum, ideſt igneum, vel intellectuale non ab ardore, ſed a ſplendore dictum, quod ſtatim factum angelis eſt repletũ. Et confirmatur hac ratione. Nam locus nobiliſſimus, & contemplationi deputatus maximè decet ſubſtantias nobiliſſimas æternaliter Deum contemplantes. Sed cœlum empyreum eſt, locus inter omnia corporalia nobilior, & contemplationi angelorum, & animarum deputatus. Nam dicitur Matth. 18. Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris, ideſt contemplantur, ergo talis locus eſt angelis conuenientiſſimus. De ſitu cuius, & diſpoſitione ſic loquitur Ambro. in Exameron: Quis tanti facile poteſt eſſe diuini operis exiſtimator qui altitudinẽ ſapiẽtiæ Dei in hoc opere inueſtigare poſſit, aut ſciat, quæ figura illi ſupernæ ciuitati Hieruſalem congruentior ſit, aut rotũda, aut piramidalis, an exagona? Sunt enim intus quædam ædificia intus rotundã, & exterius quadrata, & econuerſo, & hoc ideo dicimus, vt quidam aduertant, & diſcutiant opiniones ſuas, & deſinant tantum

SPECVLVM PEREGRINARVM QVAESTIONVM,

CAPVT PRIMVM, SECVNDAE Decadis, quinque Quæſtiones, De eſſe, & eſſentia Angelorum, animas cuſtodientium, continens.

QVAESTIO PRIMA, SECVNDAE DECADIS.

Vtrum Dæmones dentur in rerum natura.

QVAERITVR, Si angeli qui Latinè nunci, vel Hebraicè ab a quod eſt ſine, & geos terra qua ſi ſine terra dicuntur, exiſtant & reperiantur ſecundum rei veritatem? Ad quam reſpondetur, quod vt Ariſtote. dicit. 4. Phyſic. Antiqui philoſophi non crediderunt eſſe aliquas ſubſtantias incorporeas, ſed exiſtimabant omnia entia eſſe corporea. Ratio erat, vt dictum eſt ſuper prima quæſtione primæ Decadis, quia neſciebant diſtinguere inter ſenſuum, & intellectum. Et in hunc errorē etiam ceciderunt Saducæi dicentes, non eſſe, neque ſpiritum, neque angelum, neque animam ſeparatam. Sed probatur angelos eſſe ratione, auctoritate, & exemplis. Ratione ſic. Nam ad perfectionem mundi requiritur vt omnis gradus creaturarum reperiatur. Inuenitur autem ſpiritus vnitus corpori, vt in homine, Et cor-

pus inuenitur ſeparatum a ſpiritu, ut in lapide. Ergo oportet, quod inueniatur ſpiritus ſeparatus a corpore, ut eſt angelus, Ratio autem huius eſt, quia aliquid inuenitur compoſitum ex duobus, & unum illorum duorum quod eſt minus perfectum, inuenitur per ſe, ut corpus ſine ſpiritu. Ergo oportet, ꝙ alterum quod eſt magis perfectum reperiatur per ſe, ut ſpiritus ſine corpore quod eſt angelus Thom. 2. contra genti. cap. 48. Probatur ſecundo auctoritate, & primo phi. 1. de anima dicentis, quòd extra cœlum non eſt tempus neque locus, neque uacuum, ſed ſunt ibi entia impaſſibilia, & inalterabilia optimam uitam ducentia in toto ſempiterno. Et Auicenna in metha. ponit intelligentias eſſe, & unam alterius creatricem. Sicque quodam ordine emanare a primo ente. Tertio probatur exemplis, & primò Thobiæ. 5. Angelus Dei bonus committetur ei. & Iſai. 33. A uoce angeli fugerũt populi &c. Vide alia exempla exiſtentię angelorum in ſacris & Romanis literis ſi placet, ubi inuenies ſuperiora probari. Hoc ex theologis, & philoſophis.

QVAETIO II. SECVNDAE DECADIS.

Quid ſunt ſpiritus quos Angelos appellamus.

QVAERITVR, Quid ſunt ſpiritus quos angelos appellamus? Ad quam reſpondet Damaſ. lib. 2. ſententiarum. c. 3. dicens. Angelus eſt ſubſtãtia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo miniſtrans, immortalitatem acipiens gratia, & non natura, cuius ſubſtantiæ ſpeciem, & terminum ſolus, qui creator eſt, nouit. Dicitur ſubſtantia nõ tamen compoſita ex materia, & forma: ſed ex eſſe, & eſſentia, intellectualis, q̃a ſine diſcurſu, & ratiocinio intelligit per ſpecies rerum

inna-

innatas, non per collationem, vt homines ratiocinando, & acquirendo ſpecies ſenſibus, & per phantaſmata atque idola, mobilis natura, intelligentia, & uoluntate. Natura, quia creatum omne in nihilum uertibile eſt. Intelligentia, quia angelus in intelligendo habet uiciſſitudinem unius poſt aliud. Voluntate, quia non ſimul uult hoc, & illud, ſed unum poſt aliud. Dicitur ſemper, quia ante cõfirmationem, & poſt, habet hanc ſupradictam mobilitatem. Vel dicitur ſemper mobilis, quia ſemper eſt in actu intelligens non quandoque potentia, ut nos, ut dicit Thom. 1. par. q. 50. ar. 1. Arbitrio libera, non ad bonum, & malum, ſed in libera electione eius quod uoluerit. Incorporea reſpectu noſtri, quia reſpectu ſimplicitatis Dei angelus eſt quaſi corporeus, non ita tamẽ, ut ſicut corpora loco circunſcribatur, ſed quia loco diffinitiuè proprio continetur, cũ Deus nec circumſcriptiuè, nec diffinitiuè loco aliquo proprio contineatur, ſed ubique, & cęlũ, & terram impleat. Deo miniſtrans largè intelligendo, quomodocunque, ſiue aſſiſtendo, ſiue aliter miniſtrando, uel ſeruiendo. Im mortalitatem, accipiens &c. Inquantum per donum gratuitum conſeruatur ineſſe, & non natura, nam & ipſe ſicut & cuncta in nihilum tenderent niſi ipſum, & omnia manus omnipotentis contineret. Hæc Albertus Magnus in lib. de quatuor coeuis, coeuo quarto.

ADDITIO.

Breuius poterat deſcribi, dicendo, Angelus eſt creatura intellectualis incorporea, uerum, cum illę particulæ, cauſam finalem operationem, & durationem Angelorum exprimant, & declarent non uidentur ſuperuacaneæ. Aliter diffinitur à Dionyſio lib. de diuinis nominibus. Quod obſeruauit Alexander de Ales, par. 2. quęſt. 20. memb. 3. ar. 2. Verum notanda eſt particula illa ſubſtantia, quam etiam notat auctor dicens

non

opus Dei humanæ operationis, & noſtræ poſſibilitatis, contemplatione metiri. Tho. 2. ſententiarum vbi ſupra, & Henricus.

ADDITIO.

Athanaſius Alaxan. ita ſuper hac re ſcribit. Nec certò, vnde neque quomodo facti ſint, natura valebit humana proferre, niſi hoc tantũ, qđ de non ente, ad eſſe producti ſint, placet tamen, & cõmunio eſt Auguſtini ſententiã, eos ſcilicet creatos in parte ſuperioris aeris; ex ipſo aere ſubtiliſſimo, poſtea cœlo immiſſos. Sicut Adam extra locum creatus, deinde in illum indultus.

SECVNDVM CAPVT SECVNDAE DECADIS QVAES. VNICA

An lib. arb. reperiatur in Deo, in Angelis, in Beatis, in Dæmonibus, in Damnatis ac uiatoribus.

QVAERITVR, Si in angelis, & beatis, dæmonibus, & damnatis, vt viatoribus, & in ipſo Deo ſit liberum arbitrium. Et uidetur primo ꝙ non in angelis, & beatis, quia ad libertatem arbitrii pertinet ꝙ quis poſſit eligere bonum, & malum. Sed ad eos non pertinet electio, cũ electio ſit appetitus præconſiliati. 4. Ethi. Conſilium autem ſit quædam inquiſitio, & diſcurſus. 4. ethicorũ, quod angelis, cum ſint intellectuales non conuenit, nec beatis, qui omnia vident in uerbo, ergo. Item electio eſt eorum, quę faciunt ad adeptionem finis. Sed angeli, & beati ſunt iam adepti finem ſcilicet Deum, ergo deficit in eis electio, & per conſequens liberum arbitrium. Quod non ſit ſimiliter in dęmonibus, & damnatis, probatur. Nam obſtinati habent voluntatem firmatam tantum in malum, & non liberam ad utrunq;. Sed Dæmones, & dãnati ſunt obſtinati, ſm

illud Pſal. Superbia eorū, qui te oderunt aſcendit ſemper, quod exponitur de dæmonibus, ergo. Item de ratione liberi arbitrij eſt, poſſe flecti, & ferri in oppoſita & diuerſa, ſed nec Deus, nec beati, nec dānati pñt ferri in diuerſa, ergo &c. Item ꝙ non homines viatores, q̱a de ratione libertatis eſt poſſe facere quod vult. Sed hō non pōt facere quod vult, ſm illud. Ad Roma. 7. Non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odio malum, illud facio, ergo. Quod etiam non ſit in Deo probatur, quia liberum arbitrium in vtranq; partē flecti pōt. ſ. in bonum, & malum, vt dicit magiſter ſent. in 2. diſt. 25. dicens. Liberum arbitriū eſt facultas rationis, & voluntatis, quia voluntario, & ſpontaneo appetitu ferri quis poteſt ad ea, quæ bona, vel mala iudicat, vel iudicare valet. Deus autem ad malum flecti nō poteſt, de pœn. diſ. 3. c. inter hæc. primo vbi dicitur. Non peccare ſolius Dei eſt: emendare ſapientis. In contrarium eſt, quia Deus nulla perfectione ſimpliciter caret. Sed liberum arbitrium eſt ſimpliciter quædam perfectio. Nam inquit poeta.

Non bene pro toto libertas venditur auro,
Hoc cœleſte bonum præterit orbis opes,

ergo. Item angelus (per Damaſ. 2. lib.) eſt ſubſtantia intellectualis ſemper mobilis, arbitrio libera, ergo. Item beati non amittunt dignitatem naturæ, quia gratia perficit naturam, ſed libertas pertinet ad dignitatem naturę humanę. Item dæmones naturā nō perdiderunt nec damnati. Libertas autem arbitrii pertinet etiam ad naturam intellectualem, ergo. Itē & homines habent liberum arbitrium per illud. Eccle. 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & relinquit illum in manū conſilii ſui. glo. 1. in libero arbitrio, ergo in omnibus prædictis eſt liberum arbitrium. Reſpondeo, dicendum, ꝙ multi in varias opiniones, & hæreſes inciderunt ex ignorantia, quō ſe habeat ad bonū, & malum libertas arbitrii, Nam Origenes, vt adducit Augu. 21. de ciu. dei poſuit ꝙ oīs voluntas creaturæ propter

liber-

libertatem arbitrij quam habet poſt flecti in bonum, & malum, excepta anima Chriſti propter vnionem verbi. Et ex hoc dixit, quòd ſancti poſſunt cadere, & pœnas luere poſt certi temporis metas; & poſt longa temporum curricula, tam dæmonibus, quàm hominibus damnatis patebit iuſtitia, & ſalua habentur, immo vt adducit magiſter in hiſtoria ſcolaſtica, dixit idem Origenes in lib. Periarchon Chriſtum adhuc in aere pro dęmonibus pati debere, ſicut in terra pro hominibus paſſus eſt. Sed hæc opinio dicit Thom. 1. par. quæſt. 64. ar. 2. tollit a ſanctis angelis, & hominibus ueritatem beatitudinis, quæ ponit ſtabilitatem ſempiternam, vnde & vita æterna nominatur. Repugnat & auctoritati ſacræ ſcripturæ, quæ dæmones, & homines malos in ſupplicium æternum mittendos, bonos autem dæmones transferendos pronunciat. De Chriſto etiam dicitur. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi non dominabitur, &c. Vnde Aug. vbi ſupra ait. Sed non immerito Origenem reprobauit eccleſia, quia & hoc quod miſericors videbatur diabolum atque angelos eius & homines damnatos poſt certi temporis metas ex illis cruciatibus eruēdos, & ſociandos ſanctis angelis credidit, admiſit etiā faciendo ſanctis veras miſerias quibus pęnas luerunt, & falſas beatitudines haberent in quibus, verum, ac ſecurum hoc eſt ſine timore certum, & ſempiternū boni gaudium non haberent, hæc ille. & cum dicebat ꝙ ratione libertatis arbitrij omnis voluntas creaturæ poſſet flecti ad bonum, & ad malum. Reſpondetur ꝙ habuit veritatem in angelis bonis ante confirmationem volūtatis in bonum, in malis ante obſtinationem voluntatis in malum, & in hominibus ante mortem, quia hoc facit hominibus mors quòd fecit angelis caſus, ut dicit Damaſcenus. Thom. vbi ſupra. & prima 2. quæſtio. 79. artic. 3. & 3. parte. quæſtio. 76. artic. 1. De anima autem Chriſti verum eſt, dicit Origenes, quia illa, vt viator erat plena tanta gratia, vt non

poſſet peccare ,nec vt comprehenſor, quia ſic fini erat coniuncta, & per conſequens non poterat niſi ſecundum ordinem ad finem agere. Vnde Chriſtus nullo modo potuit peccare, nec vt Deus, nec vt uiator, nec vt comprehenſor. Alij concedentes diffinitionem liberi arbitrij quam magiſter adducit in 2. ſententiarum diſtinct. 25. & reprobat quæ dicit, quòd liberum arbitrium &c. vt adduxi ſupra in opponendo dicunt quòd liberum arbitrium non ſit in DEO. Et cum etiam angeli, & beati ſint confirmati in bono, & per conſequens non poſſint ferri in malum. Et ſimiliter cum mali damnati ſint in malo obſtinati, nec ferri in bonum poſſint, concludebant ex hoc in nullo iſtorum eſſe libertatem arbitrij, ſed ſolum in hominibus viatoribus. Sed audiant ipſi Auguſt. vigeſimoſecundo de ciuita. Dei, dicentem de DEO. Certè ipſe DEVS, nunquid quoniam peccare non poteſt: ideo liberum arbitrium habere negandus eſt? quaſi dicat, non. De angelis, & alijs, quòd habeant libertatem arbitrij vide vbi ſupra arguendo pro parte affirmatiua. Eſt tertius dicendi modus verus, & catholicus quòd in DEO, & in cæteris ſupradictis exceptis brutis eſt liberum arbitrium. Probatur prima pars Omnia habentia intellectum, & voluntatem quibus ineſt aliqua actio propter finem, a ſe cognitum, determinatum habent liberum arbitrium, ſed DEVS, & prædicti omnes habent aliquam actionem propter finem a ſe cognitum, & determinatum, ergo omnia habent liberum arbitrium maior probatur. Nam liberum arbitrium ſecundum Aug. & ponitur a magiſtro in litera, ſecundo ſententiarum vbi ſupra, eſt facultas, ideſt poteſtas rationis, & voluntatis, voluntatis quantum ad electionem, quæ eſt in libera voluntate, rationis quantum ad conſilium, quod eſt in ratione, nam rectè non eligitur quod non præcognoſcitur. Ideo dicit philo-

ſophus tertio ethicorum, quòd electio eſt habitus præconſiliati. Electio autem eſt eorum quæ appetimus propter finem cognitum, & determinatum. DEVS autem naturali neceſſitate vult ſuam beatitudinem tanquam finem quem non poteſt non uelle, ad quem ordinauit diuerſos ordines rerum, nam omnia propter ſe operatus eſt dominus. Nec ſic fertur ad vnum in ſuis effectibus, quin quantum eſt de ſe poſſit ferri in aliud, ergo in eum, eſt liberum arbitrium. Similiter angeli, homines damnati, beati, & viatores in puris naturalibus poſiti habent finem naturaliter præſtitum, ſcilicet beatitudinem quam naturaliter appetunt, nec poſſunt uelle miſeriam, vt dicit Auguſtinus octauo de trinitate, ad quam beatitudinem, conſequendam poterunt, & poſſunt diuerſa ordinare, eligendo ea, quę ſunt ad finem. Ergo ſimiliter in illis eſt liberum arbitrium. Bruta autem animalia, quia non habent finem ſibi a ſeipſis determinatum, ſed a Deo, & a natura; & per conſequens non cognoſcunt perfectè finem, nec habent liberam electionem ſuorum actuum propter finem; idcirco non habent liberum arbitrium. Sed tamen notandum, quòd in prædictis liberum arbitrium indifferenter eſt. Nam in DEO eſt libertas generaliter, & ſupremè inquantum liberum arbitrium eſt poteſtas liberè eligendi quod quiſque vult ſine aliqua vertibilitate, vel flexibilitate ad malum. In aliis vero eſt liberum arbitrium ſpecificè, & contractè ad creaturas, & ſic in iſtis liberum arbitrium dicit poteſtatem liberè eligendi volita cum vertibilitate, & flexibilitate ſecundum eorum naturalia ad malum, & bonum, & propter hoc dicitur in litera quod liberum arbitrium aliter in deo quã in aliis inuenitur. Si aũt dicatur per te omnes deo excepto habẽt liberum arbitriũ contractũ ad malum, & bonum. Cũ ergo boni angeli & beati non poſſint flecti ad malum, & mali, & damnati

nati non poſſit uerti ad bonum, ergo in eis, non eſt liberum arbitrium Reſpondetur ꝙ hoc non eſt rõne naturæ eorum, quæ remanſit integra in omnibus beatis, & damnatis ſecundum Dionyſium. Sed in beatis eſt rõne perfectè coniunctionis in ſummo bono Deo. & damnatis propter eorum culpam, & malitiam inclinantes eos ad malum, & obſtinantes illos propter ſtatus illius conditionem in quo nulla eſt redemptio. In uiatoribus autem eſt ſimpliciter liberum arbitrium, quia poſſunt mereri, & demereri, cum non ſint coniuncti Deo per gratiam conſumatam, nec auerſi a Deo per culpam obſtinatam. Ad primum ergo in cõtrarium reſpondetur quòd philoſophus loquitur de electione ſecundum quòd eſt hominis, prima parte. q. 59. artic. 3. Ad ſecundum dicendum quòd duplex eſt electio. Quædam ordinata in finem, & hæc ceſſat habito fine, ſicut nunc eligit quis uelle credere articulis, ſed hæc in patria ceſſat. Alia electio eſt coniuncta fini, & hęc non ceſſat adueniente fine, ſed manet cum fine. Thom. in 2. ſententiarum. Ad tertium de dęmonibus, & damnatis reſpondetur quòd illud non eſt rõne naturæ, ſed ratione ſtatus in quo ſunt auerſi a Deo inconuertibiliter. Cauſam autem inconuertibilis obſtinationis dæmonum, & damnatorum, & firmitatis beatorum, & angelorum ſi ſcire cupis, uide Thom. prima parte quæſtio. 64. artic. tertio, in corpore, & 4. contra genti. cap. 92. 93. & 94. Ad quartum dicitur, quòd diuerſa, & oppoſita ad quę poteſt flecti liberum arbitrium poſſunt attendi tripliciter. Vno modo ſecundum differentiam rerum, quæ eliguntur propter finem, & hæc diuerſitas per ſe competit libero arbitrio, & ſecundum hoc competit Deo liberum arbitrium, angelis & hominibus, ut dictum eſt ſupra. Eſt alia diuerſitas ſecundum differentiam boni, & mali, quæ non competit libero arbitrio niſi per accidens inquantum inuenitur, in natura deficere poten ti, cum enim uoluntas de ſe ordinetur in bonum, ſi-

cut

cut in proprium obiectum, quòd in malum tendat, non poteſt contingere niſi ex hoc quòd malum apprehenditur ſub ratione boni quod pertinet ad defectum intellectus, uel rationis, unde & ex quibus cauſatur liberum arbitrium, non autem pertinet ad rationem alicuius potentię quòd deficiat a ſuo actu, ſicut nòn pertinet ad rationem uiſiuæ potentiæ quòd aliquis obſcurè uideat, & ideo nihil prohibet inueniri liberum arbitrium, quod ita tendat in bonum quòd nullo modo tendere poſſit in malum, ſicut in Deo ex natura, & in angelis bonis & hominibus ex perfectione gratiæ. Eſt tertia diuerſitas, quæ attenditur ſecundum differentiā mutationis in quam poteſt liberum arbitrium, quæ non conſiſtit in hoc quòd aliquis diuerſa uelit. Nam & ipſe Deus uult, quòd diuerſa fiant ſecundum quòd conuenit diuerſis temporibus, & perſonis. Sed mutatio liberi arbitrij conſiſtit in hoc quòd aliquis illud idem, & pro eodem tempore non uelit quòd prius uolebat, & hæc etiam diuerſitas non per ſe pertinet ad rationem liberi arbitrij, ſed accidit ſecundum conditionem naturæ mutabilis. Non enim eſt de ratione potentiæ uiſiuę, ꝙ diuerſimodè uideat. Sed hoc contingit ex diuerſa diſpoſitione uidentis, cuius oculus quandoque eſt purus, quandoque turbatus. Et ſimiliter etiam mutabilitas, ſeu diuerſitas liberi arbitrii non eſt de ratione eius, ſed accidit ei inquantum eſt in natura mutabilis ſicut in nobis. Hæc omnia Thom. in quæſtionibus diſputatis de dęmonibus, q. 5. quę ſi bene aduertantur, euacuant omnia quæ in hac materia dici poſſent pro & contra. Ad quintum de hominibus uiatoribus, rñdet ꝙ illud eſt rōne appetitus ſenſitiui qui etſi obediat rationi, tamen poteſt in aliquo repugnare concupiſcendo contra illud quod ratio dictat. Hoc ergo eſt bonum quod homo non facit cum uult, ſcilicet non concupiſcere contra rationem, ut dicit ibi Auguſt. Thom. prima parte, quæſt. 83. art. primo. Ad ſex-

tum de Deo reſpondetur, ꝙ ad rationem liberi arbitrij non pertinet quòd quis indeterminatè ſe habeat ad malum, & bonum. Cuius ratio eſt, quia liberum arbitrium per ſe eſt ordinatum in bonum, cum bonum ſit obiectum uoluntatis, nec in malum tendit, niſi propter aliquem defectum qui apprehenditur ut bonum; cum electio, quæ eſt actus proprius uoluntatis non niſi boni ſit ueri, uel apparentis boni, & ideo ubi eſt perfectiſſimum liberum arbitrium in malum fieri non poteſt. Et cum dicit quòd liberum arbitrium habet uiam ad oppoſita: Reſpondetur ꝙ hoc poteſt intelligi tripliciter. Primo, quia poteſt uelle bonum, & malum, & ſic non competit Deo, quia importat defectibilitatem. Secundo, ut prius aliquid uelit, & poſtea non, & hoc nec Deo conuenit, quia importat mutabilitatem. Tertio, quia poteſt uelle hoc, & non uelle, & hoc conuenit Deo. Hæc Thom. in quæſtionibus, de ueritate. q. 24.

Tertium Caput ſecundæ Decadis, De officio angelorũ circa homines. Circa quod quatuor quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAETIO I. CAP. TERTII. SECVNDAE DECADIS.

Vtrum Angeli ad hominum cuſtodiam deputentur.

QVAERITVR, Si angeli ad cuſtodiam hominum deputentur. Ad quam reſpondetur affirmatiue, & probatur quadrupliciter, ſcilicet ſcripturæ ſacræ auctoritate, dei proprietate, utilitate, & ſimilitudine. Primo probatur ſcripturæ ſacræ auctoritate, quia ſup illo uerbo Iſai. 62. Super muros tuos cõſtitui cuſtodes &c. dicit gloſa

quòd cuſtodes hominũ ſunt angeli. Et Pſal.90. Angelis ſuis Deus mãdauit de te, ut cuſtodiãt te in omnib. uijs tuis: ſuper quo uerbo Bernardus, ſic ait. O quantam tibi debet hoc uerbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam; reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia. Cautè ergo ambula, ubi ſunt angeli, ſic eis mandauit Deus, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis. In quouis diuerſorio in quouis angulo reuerentiam habe coram angelo tuo, nec facere audeas illo præſente, quod me præſente non auderes. De hac cuſtodia audi etiam Heronymum ſuper illud Matth. 18. Angeli eorum ſemper vident faciem patris &c. Magna inquit eſt dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum. Item Origenes ſuper libro numerorum. Adeſt inquit cuilibet noſtrum etiam minimis, qui ſunt in Eccleſia Dei angelus bonus, angelus Dei, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis quotidie uideat faciem patris, qui in cœlis eſt. Item Ber. ſermone de angelis. Benignus inquit es domine, qui non es contentus noſtra fragilitate murorum, ſed etiam ipſis hominibus angelicam cuſtodiam ſuperponis. Et idem ſuper illud Pſal. Quid eſt homo, ꝙ memores eius (inquit) Quid eſt homo, quia innotuiſti ei dediſti filium tuũ, miſiſti ſpiritum, tuum promittis ẽt uultũ tuũ, & ne quid deſit illos ẽt beatos ſpiritus in miniſterium mittis ꝑ eos, qui hereditatẽ capiunt ſalutis Secundo hoc idẽ probatur Dei proprietate. ſ. ex Dei miſeratione ſic. Pronior eſt Deus ad miſerendũ, ꝙ̃ ad puniẽdum. Sed Deus dedit hominibus dæmones ad hominũ exercitiũ, ut habetur ad Ephe. ult. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes, & ptãtes, ad uerſus mũdi rectores tenebrarũ &c. ergo uidetur ꝙ multo fortius, uel multomagis dedit angelos ad cuſtodiã

hominum

hominum. Tertio hocidē probatur ex utilitate, per hoc enim, quòd angeli a Deo hominibus ad cuſtodiā deputantur tria bona præcipue oſtenduntur. Primo enim erga nos Dei bonitas declaratur, dando nobis ita nobiles creaturas, ut angelos. Secundo angelorum charitas propalatur, dum de nobis a principio natiuitatis uſque ad mortem tam continuam ſollicitudinem de cuſtodia gerunt. Tertio naturę indigentia, ſeu neceſſitas ſubleuatur. cū enim malum angelum ad noſtrū exercitium habeamus, & naturam fragilem, magno ſubſidio, & auxilio indigemus. Quarto hoc idem probatur duplici ſimilitudine. Primo ſimilitudine naturali, quia ſicut corpora ſuperiora regunt iſta inferiora, & omne mobile reducitur ad aliquid immobile. Sic ſpiritus ſuperiores regunt inferiores, & humanum cōſilium uariabile dirigitur per conſilium angelicum inuariabile: Secundo probatur hoc idem ſimilitudine apoſtoli. Nam apoſtolus 1. ad Cor. 13. comparat ſtatū hominum prout ſunt in uia ſtatui puerili. Cuius ratio eſt, quia ſicut puer quamdiu paruus eſt, & facilis ad caſum, ſecundum corpus indiget manuductione, quouſque ueniat ad ætatem perfectam, in quam fortis eſt ſufficiens ſibi. Ita ſecundum animā homo quandiu debilis eſt, & facilis ad caſum ſpiritualem, indiget cuſtode ſpirituali quouſque ueniat ad ætatem perfectam, ſcilicet alterius uitæ, & hic cuſtos eſt angelus, quo cuſtode homo indiget ſemper quandiu eſt in hac uita, propterea quilibet dicere debet omni de angelo eum cuſtodienti ſic. Angele qui meus es cuſtos, uirtute ſuperna. Me tibi commiſſum, ſalua, defende, guberna, cum uerſu, & oratione angelorū, hęc ex Theologis, & Rainerio.

ADDITIO.

Miror qua ratione Diony. Carth. homo, & ingenioſus, & eruditus, dixerit ſuper Matthæum. Angelos

ſemper,

ſemper, ideſt indeſinenter, atque in æuo omne tempus comprehendente, eſſe in cœlo empyreo, videntes Deum claré, & immediaté per ſpeciem oculo intellectuali.

QVAESTIO II. TERTII CAP. II. DECADIS.

An Angeli cuſtodes animarum, dum mittuntur, fruantur ſua in cœlis fælicitate.

QVAERITVR, quomodo dicuntur angeli ad cuſtodiam hominum, uel ad aliam operationem mitti cum ſemper ſint in cęlis uidentes patris faciem: Matth. 18. Ad quam ſic reſpondetur, quòd miſſio de nouo angelorum ad cuſtodiã hominis, eſt angelũ nouũ locũ, nouũ modũ, nouum ubi acquirere, de nouo limitari, aſtringi, tueri officium cuſtodiri, procurare eius ſalutem, ſpecialiter illuminando, apparendo, miracula faciendo, uel alia ſimili modo hominem inſtruendo, & hęc miſſio ponit mutabilitatem in angelo ad differentiam miſſionis diuinarum perſonarum ad nos, quę mitti dicuntur, non quaſi nouum locum, uel nouum ubi acquirendo, quia ubique ſunt cum ſint unus Deus. Sed dicuntur de nouo mitti inquantum nouum effectũ producunt in creaturis ſine eorum mutabilitate, & nouum modum acquirunt ſecundum quem prius non fuerant ſicut filius per carnis aſſumptionẽ, & ſpirituſſanctus per nouam ſanctificationem. Angeli igitur miſſi ad nos dicuntur ſemper eſſe in cœlo uidentes faciem patris, non quòd ſint ſemper in cœlo localiter. Sed dicuntur ſemper eſſe in cœlo per fruitionem, quia ubicunque ſunt, nunquam deſinunt frui Deo, & Deum uidere. Cum frui ſit actus intellectus. Vnde Gregorius lib. moralium dicit. Angeli ſic foris

exeunt, ut internæ contemplationis gaudijs non priuentur. Nec receſſus eorum ab cœlo empyreo indignitatem inducit, aut eorum gloriam minuit. ſicut etiam dæmones licet actu non alligentur in loco inferni, dicuntur tamen quocunque uadunt, deferre ſecum ignem gehennæ, ut dicitur in gl. ſuper 3. cap. Iacobi, vt infra 3. Decade dicetur. Hęc ex Theologicis, & Rainerio.

QVAESTIO III. TERTII CAP. II. DECADIS.

Ad quam Hierarchiam Angelorum pertineat homines cuſtodire.

QVAERITVR, Si ad omnium trium Hierarchiarum angelos pertineat homines cuſtodire. Ad quam reſpondetur negatiuè, nam non omnes trium hierarchiarum angeli mittuntur in miniſterium. Nam Dan. ſeptimo capitu. ponitur, quod milia milium angelorum miniſtrabant Deo, & decies centena milia aſſiſtebant ei ad ſimilitudinem eorum, qui alicui regi deſeruiunt, quorum quoſdam videmus immediate regis præcepta audientes, & a ſuo aſpectu nunquam recedentes nunciantes alijs regis præcepta, vt ea exequantur in adminiſtratione ciuitatum, & iſti quibus fit talis nunciatio mitti dicuntur. Sic aliqui angeli dicuntur ſemper Deo aſſiſtere, qui ſecreta diuinorum miniſteriorum immediate recipiunt a Deo, alij autem dicuntur mitti, illi ſcilicet qui inſtruuntur ab ipſis aſſiſtentibus de ſecretis. Et quia non omnes diuina ſecreta immediate (ſecundum Dionyſium) in ipſa eſſentia diuina habent intueri, ſed ſolum ſuperiores quibus eſt proprium immediate à Deo illuminari, ideo ſoli ſuperiores quatuor ordinum dicun-

tur ſemper aſſiſtere, & non mitti ſecundum Thomam prima par. quæſtio. 112. art. 4. in corpore. Et quos dicit diuinas illuminationes immediate, & perfecte a Deo recipere, & cooperari Deo in illuminatione, & deductione aliorum ad Deum, iſti proprie dicuntur aſſiſtere. Et de his aſſiſtentibus intelligitur illud Dionyſij de cœleſti Hierarchia. Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt, quoniam ea quæ pertinent ad vſum exterioris officij nequaquam habent. Alij vero quinque ordinum inferiorum dicuntur in miniſterium mitti exterius ad diuerſa miniſteria peragenda circa nos, vel circa aliquam creaturam corporalem, qui ex nominibus proprietates angelorum ſignificantibus, cognoſci poſſunt. Nam angeli, & archangeli dicuntur a denunciando, virtutes, & poteſtates dicuntur per reſpectum ad aliquem actum principis. Etiam eſt, vt Grego. dicit interalios operantes priorem exiſtere. Et propter hæc dicit Greg. 17. moralium, quod plures angeli ſunt qui miniſtrant, quàm qui aſſiſtunt, propter hoc etiam philoſophi poſuerunt duplices motores orbium, quorum aliqui habent conditiones participatas, & determinatas. Et hos vocat Auicenna, angelos miniſtrantes, alios vocat ſeparatos, quos intelligentias dicunt, in quibus ſunt formæ ſimplices, & uniuerſales, & hos uocat idem Aui. angelos aſſiſteres. Nec obſtat illud Iſaiæ. 6. ubi dicitur, quod unus de Seraphin uolauit ad Iſaiam, quoniam unus ex Seraphin non fuit, ſed unus ex minoribus officium exercens ſeraphinorum. Et cum dicat apoſtolus ad Hebræos primo. Omnes ſunt ad miniſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi. Dicitur, ꝙ duplex eſt miſſio, ſ. exterior, & interior. Exterior quando ad nos realiter deſcendunt ad aliquod miniſterium circa huiuſmodi corporalia exhibendum, & ſm hanc miſſionem non oes mittuntur, ſed tantum quinque ordines, ut dictũ eſt. Alia eſt interior quæ nihil aliud eſt, ꝙ illuminatio quę-

dam ſuperioris angeli ad inferiorem, quæ fit propter nos,& ſic omnes dicuntur mitti. Hęc ex Thoma,& ex theologis.

QVAESTIO IIII. TERTII CAP. SECVNDAE DECADIS.

Quòd ſtante diuina gubernatione, etiam Angelorum cuſtodia dari debet.

DVBITATVR, quare indigent homines cuſtodia infirmiorum angelorum, cum eis ſemper adſit cuſtodia fortioris Dei? Ad quam ſic reſpondetur, quòd ſecundum rationem diuinæ prouidentiæ hoc in omnibus rebus inuenitur, quòd ſemper mobilia, & variabilia per immobilia mouentur, quia, vt docet philoſophus, Omnis motus procedit naturaliter ab aliquo immobili. Vnde videmus quòd corpora inferiora reguntur a corporibus ſuperioribus, in quibus eſt minus de mutatione,& motu,& ita corporalia per incorporalia mouentur, & reguntur, ſcilicet per ſubſtantias ſpirituales. vnde & termini & propoſitiones probabiles alicuius quæſtionis per immobiles & inuariabiles, ſcilicet principia per ſe nota roborantur,& in ea reducuntur. Manifeſtum eſt autem, quod in rebus agendis homines poſſunt multipliciter deficere a fine debito,& modo agendi,& ideo neceſſarium fuit ad hoc quòd homo ad finem ſuum poſſet congruentius peruenire, quòd per aliquem angelum, tanquam ſe perfectiorē remoueretur a malo, & promoueretur in bonum; & illud vocamus cuſtodiam angelorum. Ad motiuum autem cum dicitur, ꝙ non ſit opus cuſtodia infirmioris angeli cum adeſt fortiſſimus Deus, qui non dormitabit, neque dormiet cuſtodiens Iſrael. Dicendum eſt quòd duo requirũtur ad bonum operandum. Primo vt voluntas inclinetur ad bonum. Secundo vt media congrua habeantur ad perficiendum

ficiendum bonum. Quantum ad primum Deus cu-ſtodit immediate hominem, infundendo ei gratiam cũ virtuti. Quantũ vero ad ſecundum Deus cuſtodit hominem inſtruendo eum mediãtibus angelis. Verbi gratia. Sic.n.vt in artificibus, alia eſt cã diſponẽs ad formã, & alia eſt cauſa inducẽs formã ſicut ignis eſt diſponẽs ad formam cultelli mollificando ferrũ, & malleus dilatando ferrum, & artifex, vt principale agens formã cultelli inducit. Sic angelorum officium eſt homines ad gratiam, & gloriam præparare per illuminationes, & huiuſmodi quæ erga nos inſtrumentaliter operantur. Sed Dei eſt, vt principalis agentis, & cuſtodiẽtis, vltimam perfectionem dare, ſcilicet gratiam coniungentem nos gratiæ conſumatæ, & fini vltimo, ſcilicet gloriæ, Hæc Tho. 2. ſententiarum. diſt. 11. q. 1. ar. 1. in duobus argumentis contra, & in corpore q. & in ſolu. primi, & ſecundi argum. Alex. 2. par. ſum. q. 40. art. 1.

Quartum caput Principale Secundæ Decadis, De aſſiſtentia angelorum ad homines circa quam quatuor quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. QVARTI CAPI. II. DECADIS.

Quibus neceſſaria ſit Angelorum cuſtodia.

QVAERITVR, Quibus hominum angeli ad cuſtodiam deputantur? Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ cum cuſtodia angelorũ ſit quædam executio diuinę prouidentiæ. Et diuinę prouidentię proprium eſt, conferre ea quę promouẽt ad finem, & remouere ea quæ a fine impediunt, ideo illis hominibus ſunt angeli ad cuſtodiam deputati, qui poſſunt promoueri in bonum & impedi-

ri

ri a malo. Vnde nec ſeparatę animę, nec angelis bonis vel malis, nec Christo fuerunt angeli ad cuſtodiam deputati. Primo animæ ſeparatæ non ſunt ad cuſtodiã deputati. Cuius ratio eſt, quia anima a corpore ſeparata nullum prædictorum habere poteſt, quia nec poteſt promoueri in bonum, neque impediri a malo. Similiter nec angelis bonis, vel malis deputantur angeli ad cuſtodiam. Cuius ratio eſt, quia angeli beati ex quo finem vltimum glorię ſunt adepti, ſunt confirmati in bono, & ideo ſunt impeccabiles, angeli vero mali ex eo, quòd ſunt obſtinati in malo ſunt impœnitibiles. Similiter Chriſtus non habuit angelum ad ſui cuſtodiam deputatum. Quod probo triplici ratione. Prima eſt, quia anima Chriſti omnibus angelis ſuperior fuit immediate a verbo ſibi unito illuminata. Secunda, ratio eſt, quia erat verus comprehenſor, vnde eius bonum non poterat impediri, nec in bonum promoueri. Tertia ratio eſt, quia cuſtodia reſpicit indigentiam vel defectum, ſed Chriſtus nullum defectum culpæ, vel pœnę habuit, ergo &c. Dicitur tamen angelus cõfortaſſe Chriſtum in paſſione. Luc. 22. non cuſtodiendo, vel aliquod imprimendo in Chriſtum, ſed reuerendo eum, & congratulando fortitudini eius, ſicut homo naturaliter confortatur in tribulatione ad pręſentiam amicorum. Et ideo primo loquendo generaliter omnibus hominibus ab infuſione animæ rationalis, poſtquam ordinantur ad finem ſalutis, vſque ad mortem deputatur cuſtodia angelorum, quia toto illo tempore poteſt quælibet impediri a bono, & promoueri ad bonum, & cadere in malum, & reſurgere a malo. Cum autem terminabitur talis via, ſcilicet pręſentis uitæ, vel tale tempus, neceſſaria non erit cuſtodia angelorum, vt in beatis, & damnatis patet. Secundo loquendo in ſpeciali, primi parentes habuerunt angelum ad ſui cuſtodiam deputatum, cuius ratio eſt, quia licet in primis parentibus fuerit rectitudo naturæ, tamen quia rectitudo illa non fuit inflexibilis, ſed vertibilis

bilis ad vtrumque.ſ.ad bonum, & ad malum, nec ſi cõuertitur in vnum, ſtatim cõfirmatur in illo, immo ſtatim poteſt cadere, ergo &c. Vel dicitur aliter, quòd licet in Adam non eſſet periculum ex aliqua rebellione carnis inſtigante ad malum, erat tum periculum in potẽtia peccãdi ex dæmone oppugnãte. Et ſimiliter erat debilioris cognitionis, q̃ angelus, & ideo indigebat p̃ſidio, & auxilio cuſtodis angeli. Secũdo pueri in materno vtero habent angelos ad ſui cuſtodiam deputatos, per quos impediuntur impedimenta, quæ dæmones talibus pueris inferre poſſunt. Sed forte quę res quem angelum habent pueri in materno vtero exiſtẽtes ad ſui cuſtodiam deputatum, ãn proprium angelũ, ãn maternum? Reſpõdetur, ꝙ puer quãdiu eſt in materno vtero, non totaliter a matre eſt ſeparatus, ſed per quãdam colligationem eſt quodammodo aliquid matris, ſicut, & fructus pendens in arbore eſt aliquid arboris. Et ideo probabiliter poteſt dici, ꝙ idem angelus qui eſt cuſtos matris, cuſtodit prolem in matris utero exiſtentem. Sed in natiuitate, quando eſt ſeparatus a matre, angelus ei ad cuſtodiam deputatur. Vnde Hiero. exponens illud verbum. Matth. 18. Angeli eorũ in cœlis &c. ſic ait. Magna eſt dignitas animarũ, vt vnaquæq; habeat ab ortu ſuæ natiuitatis in ſui cuſtodiã angelum delegatum. Tertio etiam antichriſtus in ſui cuſtodiam angelos habebit. Cuius ratio eſt, quia lex communis propter unum mutari non debet, & in hoc eius pœna iuſtior apparebit, quia beneficia toti naturę humanæ prouiſa non accepit, vt debuit, nec tamẽ erit omnino fruſtra cuſtodia, quia & ſi ad bonum non cõuertatur, tamen a multis malis ceſſabit retractus ab angelo cuſtode. Vnde quantumcunque ſit obſtinatus in malo, hunc tamen effectum cõſequetur ab angelis per cuſtodiam. Hæc Tho. 2. ſen. diſt. 11. & 1. par. q. 103. ar. 4. & Alc. 2. par. ſum. q. 40. ar. 4. in cor. q.

QVAESTIO II. CAP. QVARTI, SECVNDAE DECADIS.

Quod unus, & plures Angeli ad hominum cuſtodiam, poſſunt aſſignari.

QVAERITVR, Si ſingulis hominibus vnus, vel plures angeli aſſignentur in cuſtodiam? Ad quã ſic reſpondetur, quòd ſingulis hominibus datur angelus in cuſtodiam, quia cum cuſtodia angelorum ſit ad conſequendã promotionem in finem, & ad remouendum ea quæ conſecutionem finis impediunt, ideo omnibus iis debetur cuſtodia angelorum, qui nondum conſecuti ſunt vltimum finẽ ſuum cuiuſmodi ſunt omnes homines viatores. Et ſi dicatur, vt dicit magiſter ſententiarum in 2 di.41. Quomodo poſſibile eſt, quòd cuilibet animæ rationali deputetur angelus cum plures ſint animæ præteritæ, prꝍſentes, & futuræ, quàm ſint angeli deputati ad cuſtodiam? Reſpondet magiſter ibidem, ꝙ nunquam ſunt tot ſimul homines actualiter exiſtẽtes, quot ſunt angeli boni. Ideo ſufficit vnus angelorum ad vnumquenque hominem. Vno enim homine decedente angelus ſibi in cuſtodiam datus alteri aſſignatur ſuccedenti. Et licet vt dicit Thom. pri. parte. q. 111. ar. 2. Cuilibet homini vnus angelus deputetur inquantum. ſ. quilibet eſt perſona particularis, tamen non inconuenit alicui homini plures angelos deputari ſecundum dignitatem prꝍlaturam, & gratiam aliquam Dei, ab eodem participatam, vt patet in Summo Pontifice, Cardinalibus clauem iuriſdictionis habentibus prælatis, & principibus. Hæc omnia Tho. prima parte, & doctores Theologi in 2. ſen. diſt. 10. & 11.

QVAE

QVAESTIO III. CAP. QVARTI, SECVNDAE DECADIS.

Cum homini Angelus cuſtos aſſignetur.

QVAERITVR, Propter quid hominibus in cuſtodiam angeli aſſignentur? Ad quam ſic reſpondetur, propter quatuor cauſas angeli ad cuſtodiam hominum deputantur. Prima eſt, ut proniouantur, & proficiant in bonum gratiæ. Secunda eſt, ut non cadant in malum culpę. Tertia eſt, ſi cadūt, ut poſtmodum reſurgant a malo culpæ; Quarta eſt, ſi non reſurgunt a malo culpæ, ut non totiens cadant. Nulli enim uiatori inquantum uiator eſt deficit miſericordia Dei, quæ eſt in dando angelum homini in cuſtodem propter prędictas cauſas. Nota tamen, ꝙ ſicut diuinæ prouidentię eſt ſic impedire mala, ut tamen cōditio naturæ ſaluetur. Ita etiam eſt cuſtodia angelorū quæ eſt diuinę prouidentiæ executio, nam ad angelos non pertinet, quòd cuſtodiendo homines ad uirtutem cogant, & a uitijs retrahant, quia ſic periret libertas arbitrij, & ratio meriti. Alex. 2. par. ſummæ. q.40.ar.4.q.4.

QVAESTIO IIII. CAP. QVARTI, SECVNDAE DECADIS.

De initio, & fine cuſtodiæ Angelorum.

QVAERITVR, In quo ſtatu incipit angelorum cuſtodia, & quo tempore terminatur? Ad quam ſic reſpondetur, quòd angelorum cuſtodia incipit inmediatè quando creatura naſcitur prima natiuitate, ſcilicet extra uterum. Ratio eſt, quia tunc debet adhiberi cuſtodia quan-

do timetur de ſalute animæ. Sed poſtquam naſcitur, timetur de ſalute animæ, quia in via qua ambulant, abſconderunt laqueum mihi, inquit Pſalm. & tunc mundus, caro, dæmonia incipiunt noua prelia mouere. Antequam autem exeat uterum non datur cuſtodia, quia tunc cum tales ſint adhuc aliquid matris, cuſtodiuntur ab angelo matris, vt dictum eſt. Durat autem hæc cuſtodia vſque ad mortem incluſiuè, quia poſt mortem non indigent cuſtodia. Nam ſi ſunt in patria, non timent amplius periclitari. Iſai. 60. Non occidet ultra ſol tuus, & luna tua non minuetur, quia dominus erit tibi in lucem ſempiternam, & complebũtur dies luctus tui. Si ſunt in inferno non timent periclitari, quia timor quem timebant euenit eis. Nec in purgatorio, cum ſint extra terminum merendi, & demerendi, & non poſſint ab ipſa gratia reſilire. Itaque in via datur cuſtodia, & non poſt curſum. Tho. q. 111. partis primæ, & magiſter ſent. di. 11.

Quintum Caput Principale Secundæ Decadis, De caſſatione cuſtodiæ, augumẽto, & decremento gaudij angelorum circa quod tres quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. CAP. QVINTI, SECVNDAE DECADIS.

Vtrum Angelorum cuſtodia, aliquando homini ſubtrahatur.

QVAERITVR, Si angeli deſerant homines quorum cuſtodiæ deputantur propter præſcientiam, vel eorum obſtinationem? Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè per illud Damaſce. dicentis, quòd angeli cũ ſunt hic nobiſcum, non ſunt in cœlo, ſed aliquando

ſunt

ſunt in cœlo, ergo aliquando nos derelinquunt. Reſpõdeo dicendum, quòd ad hanc quæſtionem duplex notabilis reſponſio eſt. Prima eſt ſancti Thom. dicentis, quòd cum cuſtodia angelorum ſit quædam diuinæ prouidentiæ executio, ſicut diuina prouidentia ſecundum magis, & minus, diuerſis prouidet ſecundum eorum conditionem, non tamen ex toto relinquit hominem, quia in nihilum redigeretur. Ita cuſtodia angelorum ſecundum quid, vel ſecundum aliquem effectum dicitur relinquere hominem inquantum non prohibet omnia nocumenta, vel quia exponit eum tribulationibus, vel quia iuſto Dei iudicio ab aliquo peccato non retrahit, vel quia non ita efficaciter promouet in bonum, nec tuetur a malis exigente demerito hominum. Quomodo intelligitur illud Hiere. 51. in perſona angelorum, Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata. Derelinquamus eam. Et illud etiam Iſa. 5. Auferã ſępem eius, ideſt angelorum cuſtodiam, & erit in direptionem. Nunquam tamen angelus ita hominem derelinquit quem cuſtodit, quin aliquis cuſtodiæ effectus ſequatur, inquantum aliquod malum prohibet, & ad aliquod bonũ promouet. Quod probatur ratione ſic. Angeli boni ſunt magis proni ad hominẽ adiuuandũ, quàm mali ad infeſtãdũ, ſed mali nunquàm ceſſant ab infeſtando, ſecundum illud 1. Petri. 5. Aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens ſemper circuit quęrens quẽ deuoret, ergo nec boni a cuſtodiendo vnquàm ceſſant. Secũda reſponſio eſt ſancti Bonau. in 2. di. 11. dicentis, quod reſpectu hominis duplex eſt angelorũ cuſtodia. Vna ex parte corporis quę in hoſtis repulſione conſiſtit ne ſ. corpora opprimat. Alia eſt ex parte ſpiritus ne illum ſpiritus malignus peruertat. Quantum ad primũm nunquam hominem vſq; ad finem vitę derelinquũt quoniam non patiũtur eum a dęmone opprimi, vel occidi, niſi aliter ſententia diuini iudicii expoſceret. Sicut de viris Saræ patet Thobię. 7. Quantũ vero ad cuſtodiam ſpiritus dicitur a quibuſdam, quod quando angeli cernũt hoĩes

obſtinationem ſubtrahunt ſe a cuſtodia eius, q̄m fru
ſtra eſſet illius illuminatio ab angelo. Sed q̄m hęc re
ſponſio videtur crudelis. Idcirco idē doctor dicit ibi-
dē, ꝙ angelorum cuſtodia aut eſt reſpectu boni cōſer-
uandi, acquirendi, vel augendi, vel reſpectu mali deſe-
rendi, euitandi, vel minuendi. Quātum aūt ad primos
actus bonos deſerunt angeli obſtinatos q̄m fruſtra eſ
ſet actus eorum. Sed non quantum ad actū malū quo
niam ſemper hominē ne labatur in peius retrahunt.
Quanto.n.quiſquam peior eſt, tanto ad malum pro-
nior, & quanto pronior, tanto magis indiget retrahē
te, & hāc cuſtodiam ſemper habēt quoniā adhuc ob-
ſtinatus dum aura potitur mortali conuerti poteſt, &
per conſequens, de eius ſalute non eſt totaliter diffi-
dendum, exemplo medicici qui neminem niſi decu-
ius totaliter ſalute deſperat, derelinquit, & per hæc pa-
tet reſponſio ad quęſitum. Ad motiuum autē in con-
trarium dicitur, ꝙ licet angelus interdū relinquat ho-
minem loco, cum ſcilicet in cęlo eſt localiter, nunquā
tamen relinquit eum quantum ad effectum cuſtodię,
quia etiam cum eſt in cœlo cognoſcit quid circa ho-
minem agatur. Nec etiam indiget mora temporis ad
motum localem, ſed ſtatim poteſt adeſſe. Hæc Th.1.
parte q.113.& 2.ſententiarum di.11.art.4. & Alex.2.
parte ſummæ.

QVAESTIO II. QVINTI CAP. II. DECADIS.

*Quod Angeli de ſalute eorum quos cuſtodiunt, acciden-
tale gaudium recipiunt.*

QVAERITVR, Si ex ſalute cuſtoditi cre-
ſcat gaudium angeli cuſtodientis? Ad quā
ſic reſpondetur, quod præmium angelo-
rum eſt duplex, ſcilicet eſſentiale, &
ac-

accidentale. Quantum ad præmium eſſentiale angelorum gaudium non creſcit ex ſalute cuſtoditi, non. n. fiunt beatiores vt. ſ. magis videant, ament, timeant Deum, ꝑꝑ ſalutē cuſtoditi. Cuius ratio eſt, quia cum angeli ſint beati, in beatitudine aut non poſſunt proficere. Creſcit tamen accidentaliter eorū gaudiū inquātum extenſi de pluribus gaudent, & plura bona ſunt adepti. Vnde formaliter ſolet dici, ꝙ non gaudent, ꝙ ſint maiora bona adepti, ſed quia plura, vt verbū illud maiora, referatur ad præmium eſſentiale, plura ad accidentale. Vnde ſuper illud Lu. 15. Gaudium erit corā angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente dicunt gloſæ merito angeli gaudere de ſalute cuſtoditi peccatoris, quia primo vident circa hominem ſuæ cuſtodiæ fructum, ſicut medicus circa infirmum quia ſecundo vident impleri numerum ſubſcellium relictorū eorum. Tertio quia vident tale habere cōſortiū in laudando Deum. Vnde ſuper illud Iob. 38. Vbi eras cum me laudarent ſimul aſtra matutina dicit glo. i. natura angelica, & iubilarent omnes filij Dei. Hæc ex Tho. & Bonauen.

QVAESTIO III. CAP. QVINTI, II. DECADIS.

Quod nullam triſtitiam habent de damnatione cuſtoditi.

QVAERITVR, Si angeli affligantur, & doleant de malis, & de damatione cuſtoditorum. Ad quam ſic reſpondetur, quòd angeli nec detrimentum gloriæ eorum, nec gemitum, aut triſtitiam ſumunt de malis, & de damnatione cuſtoditi. Quod probat triplici ratione. ſ. immunitatis, fœlicitatis, conformitatis. Primo rōne immunitatis a culpa ſic. Triſtitia quędam pęna eſt, pęna aūt non eſt, niſi eius cui ineſt, vel inſuit, vel ineſſe po

tuit peccatum. Sed in bonis angelis nō fuit, nec eſt nec eſſe poteſt peccatum, ergo in eis non poteſt eſſe triſtitia. Scđo hoc idem probatur rōne fœlicitatis in patria ſic. Angeli ſunt in perfecta fœlicitate, ſed perfecta fœlicitas (qualis eſt fœlicitas patriæ) non compatitur ſecū miſeriā aliquā, eo, ꝙ ſicut includit omne bonū, ita excludit omne malum. Sed omnis triſtitia ad miſeriam pertinet, & eſt fugienda, ſecūdum philoſophū. 2. ethi. ergo beati angeli triſtes eſſe non poſſunt. Tertio hoc idē probatur rōne conformitatis ad ſupremam regulā quæ eſt Deus, ſic. Voluntas beatorum eſt perfecte cōformis, & coniuncta voluntati diuinæ. Culpa aūt a diuina voluntate eſt permiſſiuè, & pœna effectiuè, ergo quicquid eſt, eſt volitū a Deo, & ſicut eſt volitū a Deo, ita eſt volitum ab angelis beatis. Vnde ſicut nihil eſt de quo doleat Deus, ita nihil eſt de quo doleant Angeli. Vnde neq; de peccatis hominum triſtātur, cum ſint volita a Deo indirecte. ſ. permiſſiuè, neq; de pęna dānatorum cum ſit volita a Deo directe. ſ. effectiuè. Sed vtrobiq; lætantur de iuſta permiſſione, & punitione, ꝑꝑ conformitatem quam habent cum diuina iuſtitia, propter quam cauſam dicimus ſanctos damnatis non compati, immo de pęnis eorum lætari. Et ſi diceretur. Gaudent de bonis cuſtoditi, ergo triſtantur de malis. Negatur conſequentia, quia gaudere ſequitur eorum naturam, triſtari autem non. Quod ſi etiam quandoq; reperiatur in ſcriptura quod triſtētur, & fleant ſicut in Iſa. 33. dicitur. Angeli pacis amare flebunt. Et in uitis patrū legitur de quodā angelo, qui ſequebatur quendam monachum peccato conſentientē comploſis manibus, & flens, & poſtea, cum eſſet conuerſus acceſſit ad eum ridens, & gaudens. Hęc omnia methaphoricè intelligēda ſunt, & accipienda ſm quandā operationū ſimilitudinem non ſecundum affectionum infirmitatem, hęc Tho. 1. par. q. 113. ar. 7. & Bonau. 2. ſent. d. 11. & Alex. 2. par. ſummę q. 42. ar. 2. & Richar. 2. d. 12. q. 3.

Sextum Caput principale ſecūdæ Decadis, De uigilantia, & ſollicitudine angelorū circa ſalutem hominū: Circa quod tres quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. SEXTI CAP. SECVNDE DECADIS.

Quod angeli magis pro hominum ſalute ſunt ſolliciti, quā Dæmones pro interitu.

QVAERITVR, Si angeli boni ſint magis ſolliciti pro homine, quam ſint contra eundem maligni ſpiritus? Ad quam primo uidetur reſpondendū, ꝙ nō ſint magis ſollicti boni angeli ad homines auxiliandos, quam dæmones ad nocendum. Nam communiter reperiuntur homines magis ardentes ad carnalia, quam ad ſpiritualia. Et plures reperiuntur homines arrepti ſuo modo & obſeſſi a dæmonibus ad malum, quàm arrepti, & obſeſſi a bonis angelis ad bonum, ergo. Reſpondeo, dicendum ꝙ angeli boni ſunt magis ſolliciti, & plus poſſunt pro homine, quā mali cōtra eundem. Quod probatur ratione, & auctoritate. Ratione vero tripli ci.ſ.ſuperioritatis, & diffuſionis, cōſecutionis. Primo, ratione ſuperioritatis. Nā angelus bonus qui eſt inferior ordine naturę præeſt dæmonibus etiam ſuperioribus ordine naturæ. Ratio eſt, quia virtus diuinę iuſtitię cui boni angeli inhærent, potior eſt quā virtus naturalis angelorum. Vnde & apud homines, ſpiritualis homo iudicat omnia, ut dicitur primæ Cor. 2. & philoſophus dicit in lib. Ethi. ꝙ virtuoſus eſt regula, & menſura omnium humanorū actuum. Thom. 1. parte. q. 190. artic. 4. ad tertium. Secundo ratione diffuſionis. Nam de ratione boni eſt diffuſio ſui ad ſimile

mile bonum, de ratione mali eſt diffuſio mali ad ſimi le malum. Sed potentior eſt habitus qui eſt bonum, quam priuatio, quæ eſt malum ergo. Tertio, ratione conſecutionis. Nam ſoillicitior eſt circa cuſtodiam, qui ex cuſtodia conſequitur bonum, quam qui ex cuſtodia conſequitur pœnam. Sed angeli boni ex cuſto dia bonorum conſequuntur quoddam gaudium acci dentale, & mali conſequuntur ex peccato malorum pœnam maiorem accidentalem, ergo. Propterea de bonis angelis dicit Pſalm. Benedicite domino omnes angeli eius potentes virtute, facientes ſiue exequentes verbum Dei circa omnem creaturam, & circa homines maximè, quorum principaliter eis ineſt cuſtodia. Ex quibus patet quòd potentius perfectius, & plenius ſpiritus boni poſſunt operari circa cuſtoditos in bonum, quàm mali contra bonos in malũ poteſt ſi qui dem ſpiritus malus quemcunque hominem arripere, & inſpirare, in eum qualitercunque illabi, vt per ipſum mirabilia operetur, & nunciet, ut eum occultà ſcire faciat, poteſt immutare corpus, & ſenſus interiores eius, & exteriores, ingerere inclinationes, paſſiones, cogitatus, inſtinctus, vt dicetur in tertia Decade. Sed multo longe perfectius potentius, & plenius poſſunt ſpiritus boni in bonos. Nam poſſunt ſpiritus boni in bonos illabi, eos excitare, & rapere, illuminare ad Dei ſecreta, inflammare mirabiliter ad Dei amorem quemadmodum patet in multis ſanctis uiris. Dominico, Franciſco, & poſſunt ſimiliter boni angeli circa corpora hominum eadem facere, quæ & mali facere conſueuerunt, & longe perfectius. Non enim poteſt diabolus ſic ardenter inflammare hominem ad vitiũ aliquod quin angelus bonus poſſit ardentius ad appetibilia virtutum accendere. Non poteſt diabolus facere aliquem ita ſuperbum, quin angelus Dei poſſit aliquem facere magis humilem. Et breuiter non poſſunt mali angeli homines ita fortiter ad mala impellere, quin fortius & perfectius boni angeli poſſint eo

dem ad cõtraria inducere. Ad motiuum autem in oppoſitum dicitur quòd ideo communiter plures inueniuntur carnales quam ſpirituales, quia plures ſequuntur ſenſualia quæ ſuadent dæmones, quàm ſpiritualia oſtenſa ab angelis bonis. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO II. CAP. SECVNDAE DECADIS.

Cur Angeli permittant homines a Dæmonibus uexari.

QVAERITVR, Quare angeli amiciores hominibus, & fortiores dæmonibus (ut nunc ſupra concluſum eſt) permittunt, & permiſerunt homines, & ſanctos uiros vexari quandoque, & ſuperari a dæmonibus, maximè cum perditio cuſtoditi aſcribatur negligentiæ cuſtodientis. Vnde dicitur cuidam. 3. Reg. 20. Cuſtodi uirum iſtum qui ſi lapſus fuerit erit anima tua, pro anima eius. Ad quam ſic reſpondetur quod angeli circa cuſtodiam hominũ non tantum agunt, quantum ſciunt, & poſſunt. Sed quantum permittitur eis a Deo primo cuſtode, ſecũdum ordinem prouidentiæ, & iuſtitiæ ſuæ, & quantum nos acquieſcimus eorum conſilijs. Vnde ſi eorum conſilia admitteremus, & permitteremus, adeo quòd ſecundum vltimum potentię ſuæ poſſent agere ad illuminationem, & iuſtificationem hominum, & repulſionẽ dæmonum. Poſſent utique, potuiſſent in paruo tempore quantumcunque peruerſos, & malos aduocare ad cognitionem veritatis, & accendere in amorem virtutis, non eſt ergo ex parte negligentiæ angelorum, nec eſt eis imputandum, quòd tot homines eorum curis commiſi, pereant, vel tententur, cum in angelis nulla cadat propriæ negligentia. Quinimo tanta eſt angelorum cura de hominibus, ut nec etiam quoſcunq; obſtinatiſſimos penitus relinquant

quos

quos ſi relinquerent maligni ſpūs ſtatim eos in mortem præcipitarent. Sed eſt primo, quia nos repellimus eos dum eorum conſiliis non acquieſcimus, cum non poſſint ſupra noſtram facultatē arbitrii. Et eſt ſecundo, quia circa nos tantum pro viribus agunt quãtum eis permiſſum eſt ex ordine iuſtitiæ. & prouidentiæ diuinæ. Et tertio eſt, quia cum angeli nō ſubſint ſtatui curren ti huius mundi, cum ſint confirmati in bonū, non poſſunt agere, & conari extremè pro viribus, pro uiatoribus, alterius ſtatus, naturæ. Ad motiuum autē in contrarium dicit Origenes ſuper illud Nume. 25. Initiatus eſt Iſrael Beelphegor, præeſt angelus bonus hominibus, qui pro delictis culpabitur, & in iudicium adducetur, & pro bene geſtis laudabitur. Sed hoc falſum eſt, quia angeli boni nullo modo culpabũtur, nec in iudicium adducentur, niſi fortè intelligatur, ꝙ ad iudicium adducentur, non ad eorum condemnationem propter aliquam negligentiam commiſſam circa homines, ſed ad manifeſtãdum ꝙ improbi damnati ſunt malitia ſua, & non ex culpa cuſtodum. Poſſet etiam dici Origenem intellexiſſe per angelos prælatos, & ſacerdotes, allegoricè, a quibus requirẽtur in iudicio animæ ſubditorum. Hæc Henr. de Aſſia ſuper Geneſ.

QVAESTIO III. SEXTI CAPI. SECVNDAE DECADIS.

Quod timor cadendi a Deo per peccatum non eſt neque in angelis, ne que in beatis.

QVAERITVR, Si boni angeli timeant cadere a Deo per peccatum? Ad quã ſic reſpondetur, quòd in angelis, & beatis, non cadit timor cadendi a beatitudine, ſiue a deo ſeparandi, quia in patria timor ſeruilis, ſiue timor pœnæ nullo mō erit ꝑꝑ ſecuritatē æternæ beatitudinis, bene tñ ibi erit timor filialis, q timor eſt de malo, qđ

eſt

eſt Deo non ſubijci, quod quidem naturaliter eſt homini poſſibile propter naturalem flexibilitatem liberi arbitrij eius. Sed fit ſibi impoſſibile propter gloriæ perfectionem. Vnde in via timor mali eſt omnino poſſibilis, in patria vero eſt poſſibilis ex parte naturæ, impoſſibilis ex parte gloriæ. Et cum arguitur in contrarium per illum Iob. 26. dicentis: Columnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius, canonizatum, de conſec. diſtin. 1. cap. Hi duo ſolummodo hymni. Reſpondetur quòd columnæ cœli, id eſt angeli pauent, aut timore filiali aut in contemplatione Dei incomprehenſibilis ab eis, & ſupra ſe exiſtentis. Hæc dominus Iob. Cardini ſancti Sixti, in d. c. Hi duo.

Septimum Caput principale ſecundæ Decadis: De potentia, & uirtute angelorum: Circa quod tres quæſtiunculę ſoluentur.

QVAESTIO PRIMA, VII. CAP. SECVNDAE DECADIS.

Quomodo Angeli poſſint potentias hominum interiones, & exteriores immutare.

QVAERITVR; Si angeli poſſunt immutare potentias interiores, & exteriores hominum? Ad quam ſic reſpondetur, quòd angeli propter potentiam eorum in materiam corporalem, & influentiam ipſorum in homines poſſunt immutare, & immutant quandoque eorum ſenſum, inclinant affectum, & illuminant intellectum. Primo poſſunt immutare utrunq; ſenſum, ſcilicet interiorem, & exteriorem hoc duobus modis. Primo aliquod ſenſibile, uel de nouo formando, uel a natura formatum ſenſui opponendo. Secundo ſpiritus, & humores intus commouendo.

uendo. Vnde legitur Gene. 19. quòd angeli qui ſubuerterunt Sodomam, & Gomoram percuſſerunt ſodomitas cecitate vel acriſia, vt oſtium domus intrare non poſſent. Et ſimile legitur. 4. lib. Reg. cap. 6. de ſyris quos Heliſæus duxit in Samariam hæc B. Tho. 1. parte. ſum. q. 111. ar. 4. Secundo angeli poſſunt immutare hominis rationalem appetitum, ſcilicet voluntatē. Vbi nota quòd voluntas hominis duobus modis mutari pōt, ſcilicet ab interiori, & ab exteriori. Primo ab interiori, & hoc modo ſolus Deus poteſt uoluntatem hominis mutare. Cuius ratio eſt, quia cum uelle ſit inclinare voluntatem in rem uolitam, ſicut inclinatio naturalis non eſt niſi a Deo qui dat naturam, ita inclinatio voluntaria non eſt niſi ab eo, qui voluntatem cauſat, ſcilicet a Deo. Vnde Prouer. 21. Cor. regis in manu domini, & quocunque uoluerit uertet illud. gloſſ. Cor. i. uoluntas regis eſt in manu, ideſt in poteſtate Dei non propria. Et quocunque uoluerit uertet illud, vel ad duritiam, vel ad manſuetudinem, ad bonum, vel ad malum. Secundo voluntas hominis mutari poteſt ab exteriori. Et ſic angelus uoluntatem poteſt mutare, ideſt allicere, vel inclinare duobus modis. Vno modo oſtendendo, uel præſentando exterius obiectū. Alio modo concitando interius appetitum ſenſitiuū ad aliquam paſſionem, puta ad iram, uel concupiſcentiam. Ex quibus duobus uolūtas hominis ad uolendū aliquid inclinatur, non tamen ex ijs duobus uoluntas hominis cogitur, uel neceſſitatur, quia uoluntas ſemper remanet libera ad conſentiēdum exteriori perſuaſioni, interiori affectioni. Hæc B. Thom. 1. parte. quæſt. 111. ar. in cor. q. Tertio angeli poſſunt illuminare hominis intellectum inquantum docent homines intelligibilē ueritatem, ſimilitudinibus ſenſibilium, ſecundum illud Dionyſi. 1. cap. cœleſtis hierar. dicentis, quòd impoſſibile eſt nobis, aliter lucere diuinum radium niſi uarietate ſacrorum uelaminum circumuelетur. Quod etiam probatur ſimilitudine ſpeculi. Dicit enim Dionyſi. in

lib.

lib.de diuinis nominibus, ꝙ angeli, & animæ ſunt ſpecula ſpiritualia. Vnde ſicut in ſpeculo materiali obiecto alii materiali ſpeculo ſpecies repreſentatæ in vno ſe gignunt, & repreſentant in alio. Ita poteſt eſſe, quòd ſpeculum ſpirituale, ſcilicet angelus obiicit ſe animæ; & ſic ſpecies quas de Deo recipit infundit animæ; & illuminat intellectum ad cognoſcendum diuina, & habendum cogitationes bonas. Hoc exemplum ponit Alex.2.parte ſum.q.39.Sed fortè, quæ res, & dices de quibus angelus illuminat hominis intellectum? Reſpondetur, ꝙ de quatuor, ſcilicet de cogitandis, cognoſcendis, credendis, & agendis, primo de cogitandis, nõ quidem immittendo aut faciendo bonas cogitationes principaliter, quia hoc modo attribuuntur bonæ cogitationes ſuperiori principio, ſcilicet Deo. Sed procurando, inquãtum bonæ cogitationes miniſterio angelorum procurantur, prout boni angeli illuminant, habilitant, vel excitant intellectum ad habendum bonas cogitationes, interius infundendo, vel firmãdo bona phantaſmata, vel remouendo impedimẽta omnia. Secundo boni angeli illuminant intellectum hominis de cognoſcendis. Nam per bonos angelos adiuuatur homo, & illuminatur, ut ex creaturis perfectius in cognitionem diuinam deueniat. Tertio boni angeli illuminant de credendis, inquantum per bonos angelos hominibus diuina principaliter reuelantur, & ſic cauſatur in eis fides. Quarto illuminant de agẽdis, ex quo enim de fide, & de credendis illuminant, ad operationem fidei operantur. Hæc B.Thom.1.par.q.111.ar.2.

QVAESTIO II. CAPI. VI. SECVNDAE DECADIS.

Vtrum Angeli poſſint conſecrare corpus Chriſti.

QVERITVR, Si angeli poſſunt conſecrare

corpus

corpus Chriſti. Ad quam reſpondetur negatiuè. Ratio eſt, quia officium conſecrandi hominis ſacerdotis eſt, & non angeli, ſecundum illud Lucæ.22. Accipite, & diuidite inter vos glo. ibi. Accipite vos homines ſacerdotes, & diuidite, & date, ergo &c. Sed quæritur quare non dedit Chriſtus angelis hanc poteſtatem? Reſpondetur, quia poteſtas diſpenſandi ſacramenta fluit a capite Chriſti in membra eiuſdem naturæ humanæ cum Chriſto. Angeli autem non ſunt membra humana cum Chriſto. Et cum dicitur a Grego. in homelia paſchali, & ponitur in c. quod ſit. de conſec. diſt. 2. ꝙ angeli adſunt in celebritate huius ſacramenti. Reſpondetur, ꝙ angeli dicuntur adeſſe miniſterio miſſæ, non conficiendo, ſed precantes, vt noſtra munera ſint Deo accepta: hęc dominus Alex. de Ales, & Ioan. de Tur. Cre. ubi ſupra.

QVAESTIO III. CAP. SEPTIMI SECVNDAE DECADIS.

Vtrum Angelus figura ſacerdotis aſſumpta poſſit baptizare, uel abſoluere.

QVAERITVR, Si angelus bonus, vel malus in figura hominis ſacerdotis apparens poſſit baptizare, aut abſoluere. Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ nec bono angelo, nec malo conuenit baptizare. Et probatur primo de bono angelo ſecundum illud ad Heb. 5. in iis, quæ ſunt ad Deũ conſtituitur pro hominibus pontifex ex hominibus aſſumptus. Sed angeli boni, aut mali, non ſunt homines; ergo nec miniſtri poſſunt eſſe ſacramentorum. Angelus etiam malus nullo modo poteſt baptizare. Ratio eſt, quia cum ſint peruerſiſſimi nullo modo intenderent procurare ſalutẽ baptizati, quæ eſt ſpiritualis regeneratio. Sed facerent intentione decipiendi, cum ſint ſpiritus mendacii. Requiritur autem per maxime

ximè ad efficaciam baptiſmi intentio. Vnde quia cum eccleſia non conueniret in intentione, licet immergeret, non tamen baptizaret, etiam ſi debitam formam verborum haberet. Similiter dico de abſolutione a peccatis, non enim eſſet abſolutus ſi angelus malus in forma hominis ſacerdotis appareret. Sicut patet in vitis Patrum. Ab angelis tamen bonis ſi conſtaret de bonitate ipſorum, baptizati non deberent rebaptizari. Ratio eſt, quia ſicut Deus non ita virtutem ſuam alligauit ſacramentis quin poſſit ſine ſacramentis effectum ſacramentorum conferre, ita etiam virtutem ſuam non ita alligauit miniſtris eccleſiæ, quin etiam angelis bonis poſſit tribuere poteſtatem miniſtrandi in ſacramentis. Et quia boni angeli ſunt nuncii veritatis, ideo ſi aliquod ſacramentum miniſtraretur ab eis ratum habendum eſſet, conſtaret enim quòd hoc fieret voluntate Dei. Sicut quædam templa dicuntur angelorum miniſterio conſecrata. Et cum arguitur, quia baptizare eſt actio Hierarchica ſecundum Diony. quę eſt purgatio quędam Sed angeli exercent in nobis actiones Hierarchicas, quia purgant, & illuminant, ergo etiam & baptizare poſſunt. Reſpondetur negando conſequentiam, quia angeli illas Hierarchicas operationes exequuntur inuiſibiliter non corporalibus inſtrumentis. Ideo non eſt ſimile. Hæc dominus Ioannes de Turre Cremata Cardinalis, ſuper cap. Romanus. de conſecratio. diſtin. 4.

OCTAVVM CAPVT PRINCIpale Secundæ Decadis, De angelorum uirtute reſpectu diſtantiæ localis, Circa quod quinque quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. OCTAVI CAPI. II. DECADIS.

Vtrum unus Angelus intelligat alium.

QVAERITVR, quomodo vnus angelus intelligat alium? Ad quam ſic reſpondetur, quòd vt dicit Aug. ſuper Gen. illa quæ in verbo Dei ab æterno extiterunt, fluxerunt ab eo dupliciter. Vno modo in intellectum angelicum. Alio modo, vt ſubſiſterent in ſeipſis, & in propriis naturis. Et in intellectum angelicum proceſſerunt rationes rerum per hoc, quòd Deus menti angelicæ impreſſit ſimilitudines rerum tam ſpiritualium, quàm corporaliũ, quas poſtea in eſſe naturali produxit. Cum ergo omnis cognitio ſit ſecundum ſimilitudines rerum cognitarum in cognoſcente, & quilibet angelus rerum omnium ſpiritualium, & corporalium ſimilitudines impreſſas habeat, tunc vnus angelus alium intelligere dicitur cum ſe conuertit ſuper ſimilitudinem quam habet impreſſam illius. Similiter, & tunc alias res intelligere dicuntur cum cognoſcunt illas in propria natura per ſpecies rerum eis innatas, & hęc vocatur in eis cognitio veſpertina, ad differentiam cognitionis in eis matutinę. Hæc ex theologicis.

ADDITIO.

Vide Thomam Aqui. 1. par. quęſt. 56. ar. 1. Richar. diſt. 9. quæſt. 3. lib. ſecundi.

QVAESTIO II. CAP. OCTAVI, SECVNDAE DECADIS.

De cognitione matutina, & ueſpertina in angelis.

QVAERITVR, quid eſt in angelis cognitio matutina, & ueſpertina? Ad quam ſic reſpondet Auguſtinus 3. ſuper Gen. & 11. de ciui. Dei ad Oroſium, quòd cognitio ueſpertina in angelis eſt cognitio rerum conditarum in genere proprio, & propriis naturis per ſpecies, & ſimilitudines ipſis angelis impreſſas, & innatas, & talis cognitio rerum creatarum in propriis naturis, & proprio eſſe, ideo vocatur in angelis ueſpertina, & à poſteriori, quia omnis creatura ad Deum comparata, qui eſt lux per eſſentiā, quaſi quædam veſpera, & tenebra eſt. Cognitio vero matutina eſt cognitio rerum conditarum ab angelis in verbo, ideſt in eſſentia diuina, dum cognoſcunt eas per rationes rerum, vel per Ideas, quæ ſunt in verbo tanquam in ſpeculo a priori, & tanquam in principio emanationis earum. Et quia cognitio rerum in verbo, perfectior eſt cognitione in propria natura, Idcirco prima cognitio angelorum dicitur matutina, ſecunda veſpertina. Exempli gratia ſecundum Auguſti. qui opera ſex dierum non exponit prout important ſucceſſiones temporum, ſed prout dicūt cognitionem angeli, cauſa relata ad ſex genera rerum per ordinem conditarum. Angeli inquantum nouerunt lucem productam, & a tenebris diuiſam in genere proprio, ideſt inſpiciendo intuitiuè lucem creatam in ſeipſa, & ſuo eſſe, dicitur cognitio angeli ueſpertina. Sed inquantum angeli eadem lucem in uerbo, & eſſentia diuina cognouerunt, dicitur cognitio angeli matutina, & hic vocatur ſecundum Auguſti. dies unus. Inquantum verò deinde cognouerunt firmamen-

cum, & diuiſiones aquarum ab inuicem intuitiuè in proprio genere, vocatur cognitio ueſpertina. Inquan tum autem cognouerunt firmamentum, & diuiſiones aquarum ab inuicem in verbo, dicitur eorum cognitio matutina, & vocatur ſecundum Augu. dies ſecundus, & ſic de ſingulis operibus ſex dierum ſucceſſiuè. Hæc ex Theolo.

QVAESTIO III. CAP. OCTAVI, SECVNDAE DECADIS.

De locutione angelorum inter ſe.

QVAERITVR, quomodo vnus angelus loquitur cum alio? Ad quam ſic reſpondetur, quòd locutio nihil aliud eſt, quàm manifeſtatio alicuius latentis in corde. Vnde proprie omnis locutio fit ratione communicationis latentium. Manifeſtum eſt autem, quòd intelligile tripliciter eſt in intellectu. Primo quidem habitualiter, ſiue in abſcondito memoriæ, ut dicit Auguſti. Secundo, ut in actu conſideratum, vel conceptum. Tertio, ut aliud relatum extra ſe, per imperium autem voluntatis, quando mens conuertit ſe ad actum conſiderandum, quod habet in habitu loquitur aliquis ſibijpſi, & tunc dicitur formare uerbum cordis. Cum uero conceptus mentis per imperium voluntatis ordinatur ad alterum puta, ad agendum aliquid, uel ad manifeſtandum alteri, tunc dicitur formare uerbum oris. In nobis autem interior mentis conceptus duplici obſtaculo clauditur primo ipſa voluntate, quæ conceptum intellectus poteſt retinere clauſum interius, & ſic nullus poteſt mentem alterius uidere, niſi ſolus Deus. Secundo clauditur mens hominis ab alio homine per groſſitiem corporis. Vnde cum etiam voluntas ordinat conceptum mentis ad manifeſtandum alteri non ſtatim cognoſcitur ab altero, ſed oportet per linguæ

ianuam egredi, & per illam quales ſumus intrinſecus, oſtendere extra. Angelus autem hoc ſecundum obſtaculum non habet, quia incorporeus, & ideo mens angelica quando conuertit ſe per imperium voluntatis ad conſiderandum in actu quod prius habebat in habitu, tunc dicitur loqui ſibiipſi, quando autem ordinat conceptum ſuum ad manifeſtandum alteri angelo, tunc loquitur illi, & ſic poteſtas ordinandi conceptus ſuos ad alterum manifeſtandum, dicitur lingua eius. Differt autem locutio ab illuminatione dupliciter. Primo, quia illuminatio propriè dicitur in angelis de iis, quę ſuperior angelus in lumine diuinæ eſſentię apprehendit, quę inferior angelus ex ſe non videt. Locutio autem eſt de motibus liberi arbitrii, quos in vno alius non videt. Secundo, quia illuminatio fit per hoc, quòd lumen intellectus inferioris angeli fortius per lumen ſuperioris angeli confortatur, ad aliquorum cognitionem. Sed locutio per hoc, quòd aliqua prius occulta opponuntur, vt cognoſcenda ſine confortatione luminis. Hæc ex Thom. & theologis.

QVAESTIO QVARTA, VIII. CAP. SECVNDAE DECADIS.

Quomodo ſpiritus poſſit hominem alloqui.

QVAERITVR, quot modis poteſt aliquis ſpiritus alloqui hominem? Ad quam ſic reſpondetur, quòd ſpiritus aliquis etiam intelligibiliter homini, vel angelo loqui poteſt quadrupliciter. Primo namque voce Idiomatica exteriori formata, vel per ſe in medio, vel in lingua corporis aſſumpti, ſeu corporis alicuius animalis cui taliter illapſus eſt, vt vſu organorum eius per ipſum loqui poſſit, & hoc modo locutus eſt dia-

bolus dominę Euæ,ut infra dicetur.Secundo per modum actuationis phantaſiæ tali,uel tali ordine,& hoc ſolum ſecundum phantaſticam dictionum uocalium, vel ſcripturarum dati Idiomatis. Tertio per modum actuationis phantaſiæ, ſecundum phantaſmata rerum ſenſibilium. Iſtis duobus modis poteſt actuari phantaſia per commotionem, & alterationem phantaſmatum, atque eorum variam obuiationem,& applicationem,reſpectu ſenſus interioris, quia ſpiritibus creatis bonis, & malis obediunt res corporales quantum ad motum localem.Ex iſtis duobus modis proxime dictis poteſt ſpiritus loqui homini etiam locutione interiori præter exteriorem. Quarto modo poteſt ſpiritus loqui homini per immediatum influxum ſpecierum,vel actuum in potẽtiam intellectiuam,vel ſenſitiuã.Et iſte quartus modus eſt ſolum ſpiritui increato poſſibilis de communi, & naturali curſu. Hæc Henricus ſuper Geneſim.

QVAESTIO V. CAP. OCTAVI, II. DECDIS.

Vtrum localis diſtantia impediat angelorum locutionem ad inuicem.

QVAERITVR, Si diſtantia localis impediat locutionem angelorum ad inuicem? Ad quam reſpondetur negatiuè, quia in omni eo, quod abſtractum eſt a loco, & tempore,& hic,& nunc nihil omnino facit,nec operatur loci diſtantia,nec diuerſitas temporis. Sed locutio angeli quę in intellectuali operatione conſiſtit,eſt abſtracta a loco, & tempore, & ab hinc, & nunc, ergo ad eam nihil facit diſtantia loci. Quod ſi arguatur in contrarium, quia Iſa. 6. dicitur, quòd clamabant angeli alter ad alterum, qui clamor, vt videtur erat propter diſtantiam localem impedientem? Reſpondetur,

detur, quòd angelus clamare dicitur inquantum conuertit ſe ſpeciem ad alium, ad oſtendendum, ut alius capiat eum, uel oſtendendum magnitudinem rei, quæ dicitur, uel magnitudinem effectus, ſecundum quod dicit Gre.2.mora. Tanto quiſquis minus clamat, quã to minus deſiderat. Hæc omnia Tho. pri.part.q.170. Et doctores.2.ſenten.

Nonum Caput Principale Secundę Decadis, De potentia, & ſagaci angelorum reſiſtentia, Circa quod tres quæſtiunculę ſoluentur.

QVAESTIO I. CAP. NONI, SECVNDAE DECADIS.

De triplici Angelorum pugna.

QVAERITVR, Quotuplex ſit prælium, & pugna angelorum? Ad quam reſpondetur, quòd inter angelos dicitur eſſe triplex pugna, uel reſiſtentia, quia angelus bonus dicitur reſiſtere malo, & malus dicitur reſiſtere bono, & angelus bonus dicitur reſiſtere bono. Primo enim bonus angelus reſiſtit malo, quando cohibet poteſtatem nocendi. Vnde dicitur Apoca.20. quòd bonus angelus ligauit diabolum, ideſt eius poteſtatem impediuit, ut nón tentaret quantum vult tentare, ideſt uſque ad caſum. Vbi nota, quòd poteſtas diaboli ligata eſt a Deo principaliter, & ab angelo, & ab homine inſtrumentaliter, inquantum angeli, & ſancti homines in uirtute Dei dæmonem arctauerunt, & expulerunt. Secundo malus angelus reſiſtit bono, quando illud, quod bonus angelus intendit facere, malus nititur impedire, ſed non ualet, vt dicitur Apoc. 12. Draco pugnabat cum Michaele, & angeli eius, &

non ualuerunt, neq; locus inuētus eſt eorum amplius in cœlo. Tertio angelus bonus dicitur reſiſtere bono, ſicut dicitur Danielis. 10. Vbi angelus Michael princeps Iudæorum, loquens de angelo alio principe Perſarum, ſic dicit. Princeps regni Perſarum reſtitit mihi uiginti, & uno diebus. Quæ verba Gregorius in Moralibus exponens dicit, quòd uterque angelus fuit bonus, & tamen pugnam, & diſcordiam ad inuicem habuerunt, quæ pugna unitati, & charitati, quę eſt inter bonos angelos non repugnat. Vnde hoc modo eſt intelligenda. Contingit enim, quòd in diuerſis gentibus diuerſa merita inueniantur, ſecundum quorum diuerſitatem videtur, quòd vna gens alteri ſubeſſe debeat, vel ab eius dominio liberari, ſicut tunc in iudęis erat, quia Danielis oratio, quantum in ſe erat, liberationē populi merebatur, ſed peccata populi, & etiam utilitas, quam Iudæi faciebant in regno Perſarum, dum per eos Dei notitia diffundebatur, in contrarium erat, pugna ergo quę inter tales bonos angelos erat, nihil aliud fuit, quam diuerſa relatio meritorum: ſuper quibus uterque angelus diuinam conſuluit uoluntatem. Allegabat enim angelus, qui iudæis præerat, pœnitentiam Iudæorum, & iniuſtitiam populi qui eum detinebat, & ideo liberationem eius petebat. Econtra vero angelus regis Perſarum dicebat diuinum cultum, & nomen Dei per Iudæos publicari, & ideo conueniens erat, vt in illa patria remaneret, & ſic quantum in ſe eſt allegabat, quòd populus Iudæorum liberari non deberet. Iſta ergo cōtraria allegatio meritorū erat pugna angelorum. Et quia non ſtatim angeli cognoſcebant quid ſuper agendis diuina voluntas ordinaret, ideo tanto tempore dicitur angelus vnus alteri reſtitiſſe quanto ipſe Deus diſtulit liberationem Iudæorum angelo qui eis præerat reuelare, vel quanto tempore Deus diſtulit Danieli liberationem, vel reuelationem huiuſmodi reuelare. Hæc Thom. 2. ſententiarum, diſt. 11. q. 2. arti. 5.

QVAE-

QVAESTIO II. CAP. NONI, SECVNDAE DECADIS.

Vtrum prælium Angelorum cum dracone fuerit reale, & corporale.

QVAERITVR, Si prælium angelorum de quo ſcribitur. Apoc. 12. quòd Michael prçliabatur cum dracone &c. fuerit reale & corporale, an intentionale, & mentale. Ad quam ſic reſpondetur, quòd reale fuit, non tamen corporale. Pro quo intelligendo, ſciendum eſt, quòd in nobis præter genera bellorum, quç pertinent ad potentiam executiuam exteriorem, experimur etiam aliqua genera bellorum pertinentium ad aliquas operationes immanentes, & interiores. Primum, ſcilicet inter appetitum ſenſitiuum, & intellectiuum, iſti enim duo appetitus inclinãtur ad oppoſita. Nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & econuerſo. Secundum prælium eſt inter intellectum, & uoluntatem, ſicut quando ratio iudicat aliquid faciendum, & uoluntas renuit. Tertium inter voluntatem, & voluntatem diuerſorum non unius ad ſe. Quartum inter intellectũ, & intellectum ex contrarijs opinionibus per rationes oppoſitas. Bellum igitur angelorum iuxta prçdicta triplex fuit iuxta tria, quç reperiuntur in natura eorum intellectuali. ſ. ratio, voluntas, & facultas. Per rationem enim electi, & reprobi contraria ſentiebant. Per uoluntatem ad contraria afficiçbantur. Per facultatem vero ad oppoſita nitebantur. Nam angeli electi de Deo, de gratia, & gloria eius ſentiebant ſublimiter, ad ea afficiebantur, & nitebantur. Et econuerſo mali angeli. Et ſic intelligendum eſt etiam de altercatione Michaelis cum diabolo de repertione corporis Moyſi, de qua ſcribitur Iudæ. 1. cap. & 24. quçſt. 3. cap.

Si igitur. Hæc Franciſcus de Maronis. 2. ſententiarum diſt. 6.

ADDITIO.

Si plura deſideras uide Raffaelem Maſſæum, in expoſitione Epiſtolæ Canonicæ Sancti Iudæ Apoſtoli.

QVAESTIO III. CAP. NONI SECVNDAE DECADIS.

De cauſa prælij Michaelis cum Dracone.

QVAERITVR, De quo, & qua materia fuit prælium Michaelis cum Dracone? Ad quã ſic reſpondetur, ꝙ lucifer qui cæteris ineſſe erat excellentior, ut patet in Daniele. Sub typo regum terræ ſuperbiſſimorum, incogitabili elatione ſuperbiæ, dicebat in corde ſuo. Deus ego ſum. In cathedra ſedeo. Ego a meipſo ſum, ſine initio, negando aliquem maiorem ſe, qui fecit eum, & conſequenter ſic ambiebat aſcendere in cœlum, ut cœli teneret imperium, ambiebat aſcendere ſuper altitudinem nubium, ut ab omnibus angelis adoraretur ut Deus, & habito in ſe conſilio dixit. Ego ſum plenus ſapientia, perſuadebo omnibus angelis, ita quod ſine contradictione credent mihi dicenti, Deus ego ſum, a meipſo ſum, prædicauitque eis ſine temporis mora, ut habetur in Dan. ubi dicit. Fines ſuos emiſit ad uniuerſa, ſigna regionis .i. effudit eloquia ſapiẽtiæ ſuę ad uniuerſas angelorum multitudines, ut ſibi obedirent. Sed dominus Deus, qui non permittit creaturam tentari ſupra id, quod poteſt, ſuſcitauit unum de archangelis, qui conſtanter diceret, non es tu Deus, ſed eſt alter excellentior, qui te, & omnes nos creauit, & ideo ille uocatus eſt Michael qui interpretatur, quis ſicut DEVS noſter, qui reſiſtendo lucifero dixiſſe perhibetur.

betur. Cur dicis, ergo ſum Deus? Quis enim poteſt eſſe Deus, ſicut Deus noſter, & ſimilia, & tunc factũ eſt prælium in cœlo, vt dicitur Apoca. 12. quòd Michael pugnabat cum dracone. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

Decimum Caput Secundæ Decadis, De aſſumptione hominum intra choros Angelorum, Circa quod quæ quæſtiunculæ nunc infra notatæ ſoluentur.

QVAESTIO I. CAP. DECIDIMI, SECVNDAE DECADIS.

Vtrum homines poſt eorum mortem ad collegium angelorum aſſumantur.

QVAERITVR, Si ad angelorum collegium homines poſt mortem aſſumantur. Ad quã primo videtur reſpondendum negatiuè. Ratio eſt, quia plus diſtat natura hominis a natura angelorũ, quã natura unius angeli a natura alterius. Sed angelus inferioris naturæ nõ poteſt pertingere ad ſuperioris ordinẽ, ergo videtur, nec homines ad ordines angelorum aſſumantur, nec aſſumi poſſint. In contrarium eſt. Matth. 22. vbi dicitur a Chriſto. Erunt ſicut angeli Dei in cœlo. Et eccleſia cantat. Gaudent chori angelorum conſortes, & conciues noſtri. Reſpondeo dicendum, quòd circa hoc triplex fuit opinio. Quidam enim cõmentator Grecus epiſcopus Euſtratius dicit in commentario ſuper ſexto Ethico. Ariſtotelis, quòd nemo tantum animæ ſuæ perfectum ſeparare poteſt ad operationem intellectuum ſeparatum, ſiue ſubſtantiarum intellectualium ſeparatarum cuiuſmodi ſunt angeli, pertingat. Et ſecundum hoc dicendum

dum eſt, quòd hominum, qui in gloriam aſſumũtur erit vnus ordo decimus inferior, nouem ordinibus angelorum. Sed hæc opinio eſt contraria dictis ſanctorum, & videtur etiam ſapere hæreſim. Cum etiam beata virgo ſit exaltata ſuper choros angelorum, vt habet eccleſia, & ponitur in c. prouinciandum de conſecra. diſt. 3. & Auguſtinus 11. & 22. cap. 1. de ciuit. Dei dicit, quòd non erunt duę ſocietates hominum, & angelorum, ſed vna. Alia opinio eſt, quòd quidam hominum aſſumentur ad ordines angelorum. Alii vero facient vnum ordinem decimum, vt expleatur ſimilitudo de decima drachma perdita quę ponitur Luc. 15. Sed hęc diuerſimodè aſſignantur. Quidam dicunt, quòd ſolum virgines ad ordines angelorum aſſumuntur eo, quòd cognata ſit angelis virginitas, vt dicit Hieronymus. Alii vero electi decimum ordinem conſtituunt. Sed hoc etiam non videtur verum, quia multi non virgines, vt Petrus, & Magdalena multis etiam virginibus eminentiores ſunt. Vnde alii dicunt, quòd perfecti aſſumuntur ad ordines angelorum, ſed illi, qui ſunt imperfectorum meritorum, decimum ordinem conſummabunt. Sed cum ex omnibus, & angelis futura ſit vna eccleſia, & hierarchia non eſt probabile, quòd numerus ordinum, qui cœleſti hierarchiæ cõpetit per tria terna diſtinctus, vt ipſe numerus ordinum exprimat trinitatis increatæ veſtigium, per homines augeatur. Et quando dicitur in c. 2. duo ſolummodo hymni de conſe. di. 1. quòd ſi decimus ordo eorum &c. Sic intelligendum eſt, quòd de hominibus reſtaurabitur, quòd in angelis lapſum eſt, de quibus tot corruerunt, vnde poſſet fieri decimus ordo. Similiter quando magiſter ſententiarum in 2. diſt. 9. teſtatur de ſcriptura (cuius maior eſt veritas, quàm omnis humani ingenii perſpicacitas, vt dicit Auguſt.) quæ dicit, quòd ex hominibus decimus ordo eſt reſtaurandus. Reſpondet Albertus, quòd ibi decimus ordo non eſt accipiendus ratione numeri, ſed ratione gradus in

gloria,

gloria, vel gratia. Eſt tertia poſitio quæ doctrinis ſanctorum magis conſona eſt, & quæ magis doctrinæ theologorum placet, & maximè ſancto Tho. Alberto Magno, domino Vlrico, quòd omnes electi aſſumentur ad ordines angelorum, quidam ſcilicet ad ſuperiores, quidam ad inferiores, quidam ad mediocres pro diuerſitate ſuorum meritorum, ſed beata Maria ſuper omnes. Hæc autem poſitio patet ex gloſſ. ſuper illud Pſal. Conſtitues eos principes &c. quæ dicit: elegit pauperes, ut exaltet ad ordines cœli; qui ſunt ex hominibus, & angelis. Item gloſſ. ſuper illud Deuteronom. 11. Omnis locus quem calcauerit pes veſter &c. Dicit ibi gloſſ. Si diabolum uincere potero, ſi meruero, vt Deus conterat eum ſub pedibus meis, conſequenter locum in cœlo eius habebo. Item Dionyſi. ..cap. 1. de diuinis hominibus dicit. Homines angelorum gloriam ſortientur. Item Gregorius in homelia de centum ouibus, de quibus Lucæ decimoquinto dicit, quòd homines ſecundum diuerſitatem meritorum ad diuerſos ordines transferentur angelorum. Et in homelia de angelorum diſtinctione dicit Grego. Diſtinctæ conuerſationes hominum ſingulorum hominibus congruunt, & in eorum ſortem, vel ordinem per conuerſationis ſimilitudinem deputantur. Nam ſunt pleriq; qui parua capiunt, &c. Si autem quæritur utrum aſſumātur tot de hominibus quot angeli ceciderunt, vel remanſerunt, vel plures, uel pauciores. Reſpondeo, & dico, quòd ille hoc ſolus ſcit cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna fœlicitate locādus, & hic eſt Deus. Ad rationem autem in oppoſitum, & ad auctoritatem Euſtratij reſpondetur, quòd homines aſſumi ad ordines angelorum poteſt intelligi tribus modis. Vel ex parte naturæ, uel gratiæ, vel efficaciæ. Primo ex parte naturæ, & ſic nullus aſſumi poteſt ad ordines angelorum, tum quia in homine naturalis actio nunquam poteſt pertingere ad equalitatem

tem angelorum. nullus enim intellectus humanus ſecundum formam poteſt pertingere ad cognoſcendum Deum, vt angeli, tum quia ſemper remanebunt diſtinctæ naturæ, ſcilicet angelica, & humana. Secundo modo aſſumi ad ordines angelorum poteſt intelligi ex parte gratiæ, & tunc dico, quòd non ſolum ad ordines, ſed ſupra ordines angelorum aſſumi poteſt, vt patet de beata virgine quæ ex eo, quòd habuit plus de gratia, ſuper omnes choros angelorũ eſt exaltata. Tertiò modo poteſt intelligi aſſumi ad ordines angelorum ex parte efficaciæ, & tunc dico, ꝙ quamuis angelus inferior non poſſit mereri, vt ad gloriam angeli ſuperioris perueniat, tamen homo ſic. Eò quòd meritum hominis eſt efficacius, quàm meritum angelorum. Quod probatur quatuor rationibus. Prima eſt propter Dei liberalitatem quæ non obſtante humanæ naturę infirmitate homini tantum vult dare quantum angelo. Secunda ratio eſt, propter difficultatem quæ eſt occaſio maioris conatus, & per conſequens meriti. Tertia ratio eſt, propter temporis diuturnitatem ex qua homo poteſt de uirtute in uirtutem proficere, & de bono in melius, cum diutius ſit viator, quam angelus. Quarta ratio eſt, propter gratiæ, & meriti Chriſti infinitatem, ex qua noſtra merita efficaciam habent, & ideo magis poſſunt homines uirtute meriti Chriſti, quod eſt infinitum transferri in gradum altioris naturæ, quàm etiam angelus. Thom. in 2. ſententiarum diſtinctio. 9. & de conſecratio. diſtinctio. 1. capit. 2. duo hymni. dominus Ioannes de Turre Cremata.

QVAE-

QVAESTIO II. CAP. DECIMI, SECVNDAE DECADIS

Vtrum Beata Virgo, fuit aſſumpta ſuper Choros Angelorum.

QVAERITVR, Si Virgo Maria fuit aſſumpta ſuper Choros angelorum? Ad quam videtur primo reſpondendum negatiuè. Ratio eſt, quia ſuper choros, & thronos angelorum non eſt niſi thronus Sanctiſſimę Trinitatis, quę eſt ipſa deitas, vel Deus. Sed in throno illo nō fuit collocata, quia ſic fuiſſet æqualis in deitate, & gloria trium perſonarum. Ad hanc quęſtionem dicūt aliqui, quòd virgo Maria, ideo dicitur exaltata ſuper choros angelorū, quia collocata fuit in primo loco poſtremi ſuperioris chori Seraphinorum. vnde lucifer cęcidit, ſed hoc non valet, quia ſi ſic nō diceretur exaltata ſuper choros agnelorum, ſed intra eorum thronos poſita. Ideo dicendum eſt, quòd ſupra oēs choros aſſumpta fuerit, & collocata. Quod probatur rationibus, auctoritatibus, & figuris. Prima ratio eſt, ſancti Tho. in opuſculis, opuſculo. 8. dicentis. Maria virgo exceſſit omnes angelos in tribus, ſcilicet in plenitudine gratiæ, in Dei familiaritate, & puritate, ergo etiam eos loco debuit excedere. Item Albertus ſuper miſſus eſt, idem ſic probat. Plus diſtat beata virgo a Seraphin in dignitate, & gloria, quàm Seraphin a Cherubin. Sed propter excellentiam dignitatis Seraphin ordinatur ſuper Cherubin vno ordine, ergo beata virgo erit ſuꝑ Seraphin ad minus vno ordine. Item plus diſtat domina a ſeruo, quàm ſeruus a ſeruo. Sed Seraphin ſeruus, ſic ſe habet ad Cherubin ſeruum, quòd vno ordine ſuperat illum, ergo, & regina, & domina eos ſeruos, & per conſequēs omnes angelorum choros. Item Ioannes de Biblia Bononien-

quolibeto.19.ſic probat propoſitum, gratia, & gloria commenſurantur, nam ſecundum menſuram gratiæ eſt menſura gloriæ; ſed beata Maria omnem creaturam intellectualem antecedit in gratia, ergo omnib. præfertur in gloria, ei quippe dictum eſt. Aue gratia plena. Item meritũ, & prẽmiũ ſibi per æquiparantiam correſpondent. Meritum autem conſiſtit in charitate, ſed ipſa pluſquam aliquis angelus dilexit Deum, ergo &c. Idem habetur de conſe. diſtinct. 3. c. pronunciandum, & ibi archidiaconus. Probatur etiam idem auctoritatibus, & primo eccleſiæ cantantis; Exaltata es ſancta Dei genitrix ſuper choros angelorum ad cœleſtia regna. Item Pſal. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate, gl. Aſtitit, ideſt ſuper choros angelorum propinquius ſtetit. Regina vero à dextris tuis, ideſt prope deitatem tuam. In veſtitu deaurato, ideſt ſapientiæ ad aduocandum pro hominibus. Circundata varietate, meritorum, ſcilicet, & virtutum. Idem Augu. Sed de te, o virgo quid dicam pauper ingenio cum quicquid dixero minus ſit laude tua. Si cœlum te vocem, maior es &c. Et concludit, ſi dominam angelorum vocem per omnia etiam comprobaris. Si ergo domina eorum, ergo ſuper eos. Et Hieronymus. Hæc eſt dies præclara in qua meruit exaltari ſuper choros angelorum, & peruenire vltra quàm noſtræ humanitatis naturæ licitum ſit, vbi non ſubſtãtia tollitur, ſed gloriæ magnitudo monſtratur. Vbi Chriſtus pro nobis introiuit pontifex in æternum cœli palatium &c. Probatur tertio figuris, & primo 3. Reg. 2. Vbi ponitur, quòd thronus Berſabẽ matris Salomonis poſitus eſt iuxta thronũ regis, & ſedit mater ad dexteram filii. Item 3. Reg. 2. dixit dominus per Ahiam profetam ad Ieroboam. Te aſſumam, regnabis ſuper omnia, quæ deſiderat anima tua eriſq; rex ſuper Iſrael. Et ſic patet veritas huius quẽſtionis. Ad argumentũ aũt in contrarium eſt dicendum, quòd non ideo dicitur Virgo Maria exaltata ſuper choros ange-

lorum quaſi fuerit æqualis in deitate tribus perſonis: Sed quia citra perſonas diuinas nulla pura creatura plus beata virgine participat domini gratiam, gloriã, & prꝫmium eſſentiale diuinum. Clamemus ergo ad eam gementes in hac lachrymarum valle,& flentes,dicendo, trahe nos poſt te intra choros angelorum, & adiuua, vt in odorem vnguentorum tuorum curramus o virgo aduocata noſtra.

ADDITIO.

Chaldæorum ſententia erat, naturam humanam nullam habere formam, nec imaginem determinatam, Ideo nunc in beſtiam, nunc in diabolum, nunc in Angelum tranſibat. Sed melius Diuus Paulus ſecundo Corinth. tertio, ſcriptum reliquit: Quod poteſt humana natura in Deum tranſire. In eadem enim imagine transformamur, a claritate, in claritatem. Ob hanc cauſam Beata Virgo in eam ſortem tranſcendit, vt meritò ſuper omnes angelos conſcendere potuerit, ex dono gratiæ, qua prę cæteris repleta fuit. Si enim Chriſtus filius ipſius, etiam quo ad humanitatem, ſortitus eſt principatum, & regnum, nedum ſuper homines, ſed etiam ſuper Angelos, & creaturas omnes (vt dicit Paulus, ad Heb. capitu. primo.) Quod mirum ſi, & mater eius conſcendit? Immo credendum eſt, cum corpore aſcendiſſe, fortaſſe incorruptionem, ac immortalitatem induto, & in ſortem ſpiritualem pœnitus immutato, vnde ſicut Petrus de CHRISTO loquens, ait: Quod DEVS eum ſolutis doloribus inferni ſuſcitauit, quia impoſſibile erat ipſum detineri ab illo, cum eſſet immaculatus. Sic quoque de eius matre pura, & immaculata dicere iure poſſumus, & debemus, neque credendum eſt, fuiſſe Virgini denegatum, quod multis conceſſum,

Aſſumpta igitur eſt in cœlum ſuper choros Angelorum conſtituta omnium peccatorum aduocata, concors cum filio, qui venit vocare, & ſaluare peccatores, & vitam æternam omnibus procurans.

Finis Secundæ Decadis.

SPECV-

SPECVLVM PEREGRINARVM QVAESTIONVM, TERTIAE DECADIS.

CAPVT PRIMVM, SEX Quæſtiones continens, De veritate, & exiſtentia malorum Angelorum.

QVAESTIO I. CAPI. PRIMI, TERTIAE DECADIS.

An mali Angeli, qui Kacodæmones dicuntur ſint uerè in rerum natura.

QVAERITVR, Si Kacodęmones, ideſt mali angeli ſecundum rei veritatem reperiãtur, an ſit cõmentum fidelium Theologorũ, & Chriſtianorum? Ad quam primo videtur reſpondendum negatiuè, quia ſi eſſent reperirentur a Deo in libro Geneſis creati, ſed ibi nulla fit mentio de angelis malis, nec bonis, ergo non ſunt creati, nec per conſequens exiſtunt in mundo, nec in inferno, aut in aere hoc noſtro caliginoſo. Item Ariſto. & peripatetici poſuerunt non eſſe dęmones, & ea quæ nos attribuimus dæmonibus dicebant prouenire virtute cœleſtium corporum, & aliquarum rerum naturalium, ſcilicet lapidum, & herbarum: Præterea nos videmus,

ꝙ luna ſecundum certā augmenta eius vexat homines, & lunatici dicuntur. Mat. 10. & 17. Necromantici etiam obſeruant conſtellationes ad opera eorum cū fingūt ſe inuocare dæmones, ergo nō ex dęmonibus, prout dicitur, ſed ex corporibus cœleſtibus illa proueniunt. Reſpondeo dicendum ꝙ circa veritatem, & exiſtentiam dæmonum triplex fuit opinio. Prima Ariſtotelis, & eum ſequentium peripateticorum qui non poſuerunt dæmones eſſe, ſed ea quæ attribuere ſolemus dæmonibus dicebant prouenire ex virtute cœleſtium corporum, planetarum, & quarundam aliarum rerum. Vnde Aug. 10. de ciui. dei dicit. Porphyrio egyptiaco peripatetico, & necromantico uiſum fuit, quòd quibuſdam herbis, lapidibus, animantibus ſonis ac certis quibuſdam vocibus figurationibus ac figmentis quibuſdam etiam obſeruatis motibus ſyderum in conuerſione cœli fabricantur in terrā ab hominibus poteſtates ſyderum idoneas varijs effectibus exequendas. Sed hoc apparet manifeſtè falſum, dicit Augu. ex hoc quia inueniuntur aliquæ operationes dęmonum, quę nullo modo poſſunt procedere ex aliqua naturali cauſa, puta, quòd aliquis arreptus a dæmone loquatur linguam ignotam, recitet uerſus, & auctoritates quas nunquam ſciuit. Multaque alia inueniuntur opera dæmonum, tam in arrepticijs, quàm in artibus necromanticis, puta ſtatuarum locutio, earum motio, quæ nullo modo poſſunt procedere niſi ex aliquo intellectu, propter quod quidam alij philoſophi coacti ſunt ponere dæmones eſſe, ſed non quos nos dicimus; ſed eſſe animas hominum vt dixit Plotinus, & adduxit Aug. 9. de ci. Dei, & ex huiuſmodi hominum animabus fieri dæmones lares, ideſt domeſticos, ſi fuerunt animæ boni meriti. Si uero fuerunt animæ mali meriti, fiunt laruæ, ideſt turpes, & terrefacientes. Si autem ſit incertum eas bonorum fuiſſe an malorum meritorum, efficiuntur dij manes, quod credētes multi aruſpicum occiderūt pueros, ut haberēt animas eo

rum in ſuis operibus cooperantes, & adiuuantes. Sed hoc pernicioſum dogma Chriſoſtomus ſuper illud Mat. Dæmones exibant de monumentis: reicit dicens, non hēt rōnem, vnam virtutem incorporeā poſſe in aliam tranſmutari ſubſtantiam. ſ. animam in ſubſtantiā dęmonis. Neç etiam rōnabile eſt animam a corpore ſeparatā hic oberrare. Iuſtorū.n. aīæ in manu Dei ſunt, quę aūt ſunt peccatorum confeſtim hic adducuntur. Fuerunt tertii qui propter erroneam hanc nūc ſuperpoſitam opinionē poſuerunt, vt adducit Aug. 8. de ci. Dei. ꝙ omnium animalium in quibus eſt anima rōnalis tripartita diuiſio eſt, in Deos, homines, & dęmones. Deos autem dicebant habere corpora cœleſtia, dęmones aerea, homines verò terrena. Vnde & Plato ſub ſubſtantiis intellectualibus omnino a corpore ſeparatis hos tres ordines ſubſtantiarū corporibus vnitarū ponebat. Et ii tertii licet verum dixerint, ꝙ homines terrena corpora habeant, vt experimur, & falſum ſenſerint de animatione corporum cœleſtium. Cum Ariſtoteles neget corpora cœleſtia eſſe animata, vt dicit Boetius. Cogente tamen veritate verū dixerunt, ponendo dæmones eſſe, licet non ſint naturaliter corporis aerei, vt ponebant, & in ſequenti dubio probabitur. hęc omnia Tho. in qōnibus diſputatis de dęmonibus. q. 1. ponit ēt dn̄s Gulielmus Pariſienſis lib. de vniuerſo, par. 4. q. ꝙ inter Kacodemones ſunt ēt aliq̄ delyri quaſi fatui qui exigente hoc in pœnam qualitate peccatorum, ex intrinſecis paſſionibus vitiorum. ſ. iræ, odii, ſuperbiæ, timoris, doloris, & huiuſmodi, qui poſſunt tantum excreſcere in ſpiritu aliquo ꝙ incipiat furere, & delyrus fieri. Ita ꝙ tam ſtultè, & ridiculosè iudicet de rebus ſicut vnus fatuus homo qui circa virtutem rōn atiuā ita peruerti turbari, & alienari pōt, ꝙ errabit circa ſecūdā, & tertiā opationē intellectus. Et ſimiliter pōt accidere in dæmonib. & aīab. dānatis. hæc ille formaliter. Sed præter hæc quæ nūc ſupradicta ſūt, cōſtare pōt exiſtētia, & veritas malorū ſpūum ſiue dęmonū

primo, ſcripturarum, & gentilium auctoritatibus. Secundo inductionibus. Tertio exemplo. Primo auctoritate ueteris teſtamenti, & noui: Nam Gen. 3. dicitur, ꝙ tempore quo Adã, & Eua erãt nudi in paradiſo, erat quædam alterius ſpeciei rationalis creatura præter hominem. Vnde dicitur. Sed & ſerpens erat callidior cunctis animãtibus terræ, quæ fecerat dominus Deus quinta, & ſexta diebus. Qui quidem ſerpens non propria natura, ſed quadam intellectuali natura ſerpenti aduenticia loquebatur Euæ. Hanc autem rationalem creaturam præter hominem dicitur diabolum fuiſſe. Iob quoque c. 20 dicitur. Vadent, & uenient ſuper eum horribiles, omnes dæmones tenebræ abſconditę ſunt in oculis eius. Et c. 16. dicitur. Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis. Et Sap. 11. c. dicitur. Quod quidam errantes colebant multos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas, immiſiſti illis multitudinem multorum animalium inìuindictam, ut ſcirent quia per quæ quis peccat, per hæc, & torquetur. Et Matth. 25. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius, & Iob 41. metaphoricè formam dæmonis deſcribens dicit. Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius, vt palpebræ diluculi, de ore eius lampades procedunt, ſicut tædæ ignis accenſæ, de naribus eius procedit fumus ſicut ollę ſuccenſæ, atq; feruentis, halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur, in collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius pręcedet egeſtas, &c. Vide totum capitulum. Refert etiam Auguſt. li. 8. de ciu. Dei, quòd Apuleius Platonicus ſcribit in li. de Deo Socratis, Socratem dæmonẽ quendam habuiſſe familiarem, qui ſollicitus erat circa ipſum, ut deſiſteret ab agendo, quando illud quod agere volebat improſpere fuerat euenturum. Item poſuit, quòd dæmones ſunt medij inter homines, & Deos, præces hominum ad Deos deferentes,

rentes, atque impetrata beneficia hominibus reportã tes. Et Plato in Thimeo dicit. Inuiſibilium diuinarum poteſtatum quę dæmones nuncupantur, præſtare rationem opus maius eſt, quàm ferre valeat hominis ingeniũ. Et Xenophon. li. 1. de morte Socratis ad Athenienſes inquit. Enimuero iam bis mihi defenſionem paranti dęmonium aduerſatur. Et Lactan. li. 2. Inſtitutionum, & Augu. li. 10. c. 24. de ciu. Dei multa de eorũ exiſtentia ſcribunt. Sed præter ea etiam quæ dicta sũt de ſcripturarum teſtimonijs, eſſe quaſdam rationales ſubſtantias malas, & peruerſas præter hominem, & in hoc mundo uagari, patere, & conſtare poteſt ex quinque inductionibus. Primo ex reuelationibus, ſeu inſpirationibus occultorum quas ſæpe fieri hominibus, & factas etiam certiſſima relatione didicimus, quę ſaluari nõ poterant ex ordine, & influxu corporalium cauſarum ſuperiorum, & inferiorum. Secundo ex reſponſis, ſeu oraculis, & alijs miris effectibus qui apparuerunt circa Idola quibus dæmones perſuaſerunt hominibus ſe collendos etiam magnis, & ſapientibus uiris vt Romanis &c. qui etiam effectus rationabiliter reduci non poſſunt, aut in cauſas ſuperiores, vel inferiores curſus naturalis. Tertio ex operibus, ſeu effectibus artium magicarum quarum ſunt quidam effectus mirandi, qui fiunt mediantibus verbis non ex intrinſeca uirtute uerborum, aut caracterum, nec ex propria virtute intellectus hominis, verba proferentis, vt clare, & faciliter ex principijs rectę philoſophiæ, & liberalium artium conuinci poteſt. Relinquitur ergo, quòd fiant tales effectus ex operatione alicuius intellectus, uel naturæ intellectualis, ad quam referuntur verba intelligibilia, & necromanticorum, & ad quam formantur ſigna characteres, ſeu ſigilla firmitatis dominij. Quarto ex actibus obſeſſorum, & reuelationibus occultorum. Quinto ex ſubitis transmutationibus rerum, vt virgarum in ſerpentes, & huiuſmodi quæ fecerunt magi Pharaonis. Hæc omnia Henricus de Aſ

ſia ſuper Gene. Tertio idem ſuadebitur exemplo. Retulit enim mihi R. dominus Abbas regius Salernitanus, integræ uitæ, magnique iudicij uir, atque Ferdinandi regis fideliſſimus a ſecretis ambaſciator, quòd ea tempeſtate, qua Veneti grauiſſimum bellum Duci Ferrariæ intulerunt: Cum Alfonſus Aragonius Calabriæ Dux inuictus tunc eſſet Mediolani ibique inter illuſtres viros de ſpiritibus ſermo haberetur, in quo cœtu tunc fortè aderat is Abbas, uarieque de ea re ſentirent, aſſeueraſſe ducem ait. Non vanum eſſe quod de illis, diceretur, neque commentitium. Siquidem cum apud Cotronum Calabriæ ciuitatem degeret, & poſt regias cura aliquid quæreret laxamenti, nunciatum eſt mulierem ibi a ſpiritibus malè mulctari. Iuſſit illam ad ſe duci. Quam alloqui dux cum cępiſſet eam velut foret exanimis nihil reſpondere, nihilque moueri. Quod ille cum animaduertiſſet, loculos (qui crepundia appellantur) in quibus lignum crucis, agnus Dei, & cęrea quædam crux, a diuo fratre Io. de Capiſtrano ordinis minorũ ſacrata latebant è ſinu ſuo exemit, eiusque mulieris clam brachio impoſuit. Tunc illam vehementer exclamaſſe, mirisque modis, os atque oculos diſtorquere cępiſſe. Dux verò imperat fari quid ita clamitaret, reſpondit, vt id auferret, quòd ei iniecerat, tum duci quidnam eſſet quòd auferri iuberet interroganti reſpondit, ijs loculis quos ipſe clandeſtine impoſuerat in eſſe lignum crucis, agnum Dei, & cęream crucem ab infeſtiſſimo eius hoſte ſacratam, quæ cum dux abſtuliſſet rurſus eſt fit exanimis. Hic cum Venetorum conſul ſuperueniſſet de rebus ſerijs cum Duce locuturus, ideo ea iuſſu ducis educitur. Mox ſequentibus tenebris cum ſe cubitum dux recepiſſet repente omnia obſtrepere uiſa ſunt, vt aliquos ad ſe dux timore correptus aduocari iuſſerit, quibus cum peruigil uſque ad lucem pernoctauit. Hanc iterum die poſtero imperat accerſiri, quæ ducem vbi eadem quæ pridie fecerat, moliẽtem

aduertit.

aduertit. Interrogat an nocte præterita pertimuerit? Quam cū dux increpuiſſet tanquā tartareū ſpm̄ mortalibus infeſtum, ſimulq; ſciſcitaretur an ea fuerit quę per cubiculū obſtrepuerit ſomnosq; turbarit, illa ſubridens annuit. Vbi latuiſſet interroganti, in ſummo inquit conopeo quod lecto tuo adiacet, quòd niſi me ſacra, quæ loculis geſtas abdita prohibuiſſent, illico te noſtris manibus euectum, præcipitem, electo deturbaſſem. Quin noſtin me captaſſe quodcunque verborum tibi heri fuerit cum Venetorum conſule? Dux uero tanquam id fieri nequaquam potuiſſet, amotis arbitris, fare inquit. Illa non ſecus ac ſi interfuiſſet, rem omnem, vt erat, ne mutato quidem verbo ordine ediſſerit. Admirabundus dux, tanto poſt hęc firmius credidit malignos ſpiritus circumferri quantum vnquam antea hęſitarat. Nunc ad rationes reſpondeamus in oppoſitum, & primo ad primum dicendum eſt, ꝙ Augu. dixit. 11. de ci. dei ꝙ angeli cōiter non ſunt prætermiſſi in illa prima rerū creatione, ſed ſignificantur nomine cęli, aut noīe ēt lucis lō aūt, vel prętermiſſi sūt, vel noībus rerum corporaliū, figurati, quia Moſes rudi populo loquebatur, quæ nondū capere poterat incorporeā naturā, & ſi eis fuiſſet expreſſum aliquas res eſſe ſuper omnē naturam corporeā, fuiſſet eis occaſio idolatriæ, ad quam proni erant, & a qua Moſes eos præcipuè reuocare intendebat. Ad ſecundum cum reuerentia declinamus Ariſtotelem, & vbi contra fidem tenet, pęnitus eum negamus, & dicimus, quòd licet corpus lunare in augmento, vel decremēto poſſit fortaſſe aliqualiter homines vexare, non tamen tanta vexatione quanta nos q̄ſiq; videmus in arrepticijs, ſed illam tam vehementē cauſant dæmones, & id faciūt maximè in augmēto, vel decremēto lunę, duplici rōne. Primo q̄dē ad hoc, vt creaturā dei. ſ. lunam infament, vt dicit Hierony. & Chriſoſt. Secūdo q̄a cū non poſſint operari niſi mediantibus virtutibus naturalibus, vt declarabitur, conſiderant ipſi dæmones in ſuis

operibus aptitudines corporum ad effectus intentos. Manifeſtum eſt autem, quòd cerebrum omnium partium corporis humidiſſimum eſt, ut dicit Ariſtoteles, & ideò maximè ſubijcitur operationi lunæ, quę ex ſua proprietate habet mouere humorem. In cerebro autem perficiuntur uires animales, & ideo dęmones ſecūdū certa augmenta lunę perturbant hominis phantaſiam, quando conſiderant cerebrum ad hoc diſpoſitum. Ad tertium dicendum, quòd necromantici uerè, & non fictè inuocant dæmones in certis conſtellationibus, & dęmones reſpondent, & ueniūt propter duo. Primo quidem, ut homines in hunc errorem inducāt, quòd credant aliquod numen eſſe in ſtellis. Secundo, quia conſiderant ſecundum aliquas certas conſtellationes naturam corporalem magis eſſe diſpoſitam ad effectus pro quibus aduocantur. Quod etiam alliciantur, & aduocentur aliquibus herbis lapidibus &c. vt adducit Augu. de mente Prophirij, non tamen illius qui prædicabilia edidit. Ad hoc reſpondet Aug. 21. de ci. Dei, quòd dæmones alliciuntur huiuſmodi, non vt animalia cibis, ſcilicet vt ouis ramo uiridi, ſed vt ſpiritus ſignis, inquantum ſcilicet eis hęc exhibent in ſignum diuini honoris, cuius ipſi ſunt cupidiſſimi. Hęc omnia Tho. ubi ſupra, & pri. par. q. 115. & Henricus ſuper Geneſim.

QVAESTIO II. CAP. PRIMI, TERTIAE DECADIS.

Quid ſint Dæmones.

QVAERITVR, quid ſunt quos nos uocamus dæmones? Ad quam reſpondet Auguſtinus ſuper Gen. recitatiuè de mente Platonicorum, & ponitur in decretis in c. ſciendum 26. q. 3. ſic deſcribens angelos malos. Dæmones ſunt genere animalia natura pulcherrima, mente rationalia,

tionalia, animo paſſiua, corpore aerea, duratione æter-na. Dicit genere naturę, & prędicamenti ſubſtantiæ. Natura pulcherrima. Nam quantum ad ſubſtantiam ſuę naturę non ſunt bonis angelis tui piores. Animo paſſiua, paſſionibus ſecundum platonicos appetitus ſenſualitatis concupiſcibilis, ſcilicet, & iraſcibilis. Corpore aerea, inquantum ſunt creati de materia ſubtiliori, ut dicit glo. decreti, ubi ſupra, ut intelligantur ſubtilius, & uelocius intelligere, quàm homines: Duratione æterna ſcilicet gratia, & non natura. Item Auguſti. de ciuita. Dei, ſic eos etiam deſcribit. Dæmones ſunt, ſpiritus nocendi cupidiſſimi, a iuſtitia pœnitus alieni. ſuperbia tumidi, inuidia liuidi, fallacia callidi, qui in hoc quidem aere habitant, quia de ſublimitate cœli ſuperioris electi, merito irregreſſibiliter in ſibi congruo uelut carcere damnati ſunt. Et dicuntur mali angeli diaboli, a dia quod eſt duo, & bolus quod eſt morſellus, quaſi duos morſellos cupientes, animarum, & corporum, ut dicitur in glo. ordinaria in c firmiter extra de ſumm. Tri. Dicitur etiam diabolus hebraicè, quaſi deorſum fluens. Græcè dicitur criminator. Latinè angelus malus, ut dicit Iſido. 8. ethimo. Dicitur etiam ſathanas, quaſi aduerſarius. Et dęmon quaſi peritus rerum. Hęc ex ſupradictis.

ADDITIO.

Dicit Dęmones eſſe genere animalia. Quoniam Mercurius Triſmegiſtus, Academici omnes, & multi ex antiquioribus doctoribus noſtris aſſerunt Angelos eſſe corporeos, & animales. Inquit enim D. Baſilius. Angeli corpora habent ueluti ſpiritus quoſdam tenues, aereos, atque puros. Certè moueri non poſſet angelus de loco, ad locum, niſi corpus haberet, cum ſolius corporis ſit motus localis. Quātum uerò ad quęſtionis titulum attinet, habemus a Porphyrio. & Proculo, quod duplex eſt malorum dęmonum genus, Al-

terum

terum enim eſt animarum, aut ſubſtantialium, & intellectualium dæmonum, alterum verò eſt materialium potentiarum, vt ſunt appetitus animales, ſemper ſpiritui aduerſantes. At Michael Pſellus de mente Platonis, Porphirii, & Proculi, eos ad quatuor præcipua genera reducit: Terreum videlicet, aqueum, aereum, & igneum. Terrei enim nobis aduerſantur per carnem, aquei per ſanguinem, pituitæ admixtum, aerei per ſpiritum ſuperbiæ. Ignei per inflammatam iram.

QVAESTIO III. PRIMI CAP. TERTIAE DECADIS.

Vtrum caſus Dæmonum fuerit poſſibilis.

QVAERITVR, Si caſus, & lapſus angelorũ a mundi principio, (vt dicunt Chriſtiani) fuit poſſibilis? Ad quam ſic reſpondetur, quòd quidam hæretici, & philoſophi impugnare ſolent doctrinam Chriſtianam in hoc puncto de caſu angelorum dicentes, quòd lapſus originalis a principio mundi angelorum in eſſentialibus, & accidentalibus perfectorum non fuerit poſſibilis. Nã dicunt primo, quòd ipſi angeli a principio habuerunt de Deo, & de habitudine legitima omnis creaturæ ad Deum clariſſimam cognitionem, citra vltimam beatificam, ſcientes indubię Deum plus ſe diligendum eſſe, & ſibi ſoli obediendum, regratiandum, & cultum latriæ exhibendum, ergo malum culpę in eis eſſe non potuit. Item ſecundo arguunt ſic. Nulla exiſtente in angelis cauſa auerſionis a rectitudine ſtatus primarij, nullus in eis potuit accidere lapſus, aut peccatum, ſed nihil dubietatis aut obſcuritatis, vel difficultatis in iis quæ agere, quæ omittere, quæ habere debuerunt, potuit in tanta fœlicitate eis accidere, nec aliquid erroris in vniuerſali, aut in particulari, vel aliquod impe-

dimentum, vel retractiuum, quod angelos à recta, & debita habitudine ad ſuum creatorem educeret, ibi poſuit eſſe. Quinimmo totum, quòd intus, & extra angelos erat inclinabat, & impellebat rationalem angelorum appetitum erga Deum, ergo peccare non potuerunt. Item tertio ſic. Voluntas cum ſit potentia de ſe mota oportet neceſſario omnem actum electum eius eſſe conformem alicui iudicio rationis: Igitur vbi ratio, vel intellectuale iudicium ſemper eſt inobliquabile ſicut in angelis erat, ibi potentia volitiua obliquari, & peccare non poterat, ergo. Item quarto ſic. Si lucifer peccauit, oportuit actum quo primo peccauit eſſe libera voluntatis electione, ideo illud fuit conforme alicui iudicio rationis, quòd ſi fuit rectum, non peccauit, quia non poteſt arbor bona malos fructus facere. Si uero erroneum, tunc error intellectus præceſſit culpam voluntatis, quòd omnes refugiunt admittere. Item 5. ſic, dicit B. Augu. 11. de ciuit. Dei. c. 12. Omnes angeli ab initio fuerunt æqualis fœlicitatis, & ita ſteterunt, donec iſti, qui nunc mali ſunt caderent: igitur erant æquales in virtutibus, igitur ſi vnus habuit perſeuerantiam, ergo & omnes, quia aliàs non fuiſſent æqualiter fœlices. Item 6. Voluntas nihil poteſt attingere, nec exequi ſine rationis adminiculo, & directorio. Ratio autem non conſentit malo, immo ſemper recalcitrando malo remurmurando, dicente philoſopho. 1. ethi. ꝙ ratio ſemper ad optima depreca tur, quō ergo peccare potuerunt, & tā mali fieri, quō angeli tam perfectæ, atq; nobilis rationalis naturę tātæq; virtutis, ſapientiæ, & ſcientiæ, ab initio fęlices, & beati appellati, cadere, & labi potuerunt, ergo. Sed contra, Iob 4. dicitur. In angelis ſuis reperit prauitatē. Ad hanc dubitationē reſpondendo quatuor primo notanda ſunt, & deinde argumentis reſpondebitur. Primum notabile eſt, ꝙ tā angelus, ꝗ quæcunq; creatura rationalis ſi in ſola natura conſideretur poteſt peccare, & ſi alicui creaturæ conuenit, ut peccare non poſſit, hoc

habet ex dono gratiæ non ex conditione naturæ. Cuius ratio eſt, quia peccare nihil eſt aliud, quàm declinare a rectitudine actus quem debet habere, ſiue deficere in agendo, ſiue accipiatur peccatum in naturalibus, ſiue in artificialibus, ſiue in moralibus, ſolum autem illum actum a rectitudine declinare non contingit, cuius regula eſt ipſa virtus agentis. Si enim manus artificis eſſet ipſa regula inciſionis, nūquam poſſet artifex niſi recte lignum incidere, ſed ſi rectitudo inciſionis eſt ab alia regula, contingit inciſionem eſſe rectā, & non rectam, diuina autem voluntas ſola eſt regula ſui actus, quia ad ſuperiorem finem non ordinatur. Omnis autem voluntas cuiuſlibet creaturæ rectitudinem in ſuo actu non habet: niſi ſecundum, quòd regulatur a voluntate diuina, ad quam pertinet vltimus finis, ſicut quælibet voluntas inferioris debet regulari ſecundum voluntatem ſuperioris, vt voluntas militis ſecundum voluntatem ducis exercitus, ſic igitur in ſola voluntate diuina peccatum eſſe non poteſt, in qualibet autem voluntate creaturæ poteſt peccatum eſſe ſecundum conditionem naturæ ſuę. Thom. 1. par. q. 63. ar. 1. in corpore. Secundum notabile eſt. Non eſt, nec eſſe poteſt aliqua intellectualis creatura Dei capax contradictoriè libera ſimpliciter impeccabilis, id eſt quæ nullo modo poſſit peccare, patet faciliter, quia Deus omni tali poteſt obligatoriè præcipere aliquid, quod in eius poteſtate implere eſſet, vel non implere ſtante obligatione ad contrarium, quia nulla creatura rationalis eſſe poteſt de cuius ratione eſſentiali ſit eſſe beatum, ergo omnis talis poteſt in ſtatu viæ poni, & dimitti ſuo libero arbitrio ſub communi influentia, ergo omnis talis poteſt peccare. Tertium notabile eſt, quod non poteſt eſſe aliqua creatura rationalis eſſentialiter, ſeu naturaliter mala, vel peruerſa, quòd probatur ſic. Sit A. talis creatura rationalis, quę eſſentialiter ſit mala, tunc quæro ſi A. ſit apta nata agere, vel ſe habere conformiter conditioni ſuę naturę, vel non.

Si

Si primum, tunc bene, & recte ſe habere poteſt, & per conſequens non eſt eſſentiale peruerſum eſſe. Si verò dicatur, quòd ſemper agit, & appetit difformiter rationi, & conditioni naturæ ſuæ, ſequitur, quòd violenter ſe habeat, & ſic tunc poteſt ſe naturaliter habere, ideſt conformiter conditioni naturæ ſuæ, & ita poteſt iterum bene, & recte ſe habere, & male, & peruerſè. Ex quibus duobus, ſcilicet ſecundo, & tertio notabilibilibus ſequitur, quod omnis natura rationalis contingenter, & per accidens, ideſt ex propria poteſtate, & libero arbitrio mala facta eſt. Nam vt dictū eſt, nulla naturaliter eſt mala. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim. Quartum notabile eſt, quòd malum culpæ, ſiue peccatum mortale in actu liberi arbitrii conuenit eſſe dupliciter. Vno modo ex hoc, quòd aliquod malum eligitur, ſicut homo peccat eligendo adulterium, quod ſecūdum ſe eſt malum, & tale peccatum ſemper procedit ex aliqua ignorantia, vel errore, alioquin id quod eſt malum non eligeretur, vt bonum. Errat quidem adulter in particulari eligens hanc delectationem inordinati actus quaſi aliquod bonum ad nunc agendum própter inclinationem paſſionis aut habitus, etiam ſi in vniuerſali non erret, ſed veram de hoc ſententiam teneat. Hoc aūt modo in angelo peccatum eſſe non potuit, quia in angelis nec ignorantia eſt, nec in eis ſunt paſſiones, quibus ratio, aut intellectus ligetur. Alio modo conuenit peccare per liberum arbitrium eligendo aliquid quod ſecundum ſe eſt bonum, ſed non cum ordine debitæ menſuræ, aut regulæ, ita quòd defectus inducens peccatum ſit ſolum ex parte electionis, quæ non habet debitum ordinem niſi ex parte rei electæ, ſicut ſi aliquis eligeret orare non attendens ad ordinem ab eccleſia inſtitutum, & huius peccatum non præexigit ignorantiam, ſed abſentiam ſolum conſiderationis eorum, quę cōſiderari debent, & hoc modo angelus peccauit conuertendo ſe per liberum arbitrium ad proprium bonum abſq; or-

dine

dine ad regulam diuinæ voluntatis, hęc Thom. vbi ſupra ad quartum argum. Ad argumenta autem in oppoſitum, ad duo prima patet reſpōſio ex notabilibus. Ad tertium dicitur, quòd voluntas poteſt electiuè actuari, vel electiuè appetere aliquod ſine hoc, quod intellectus præiudicauerit aſſenſiuè tale, vel taliter appetere, tum quia alias oporteret omnem actum quo voluntas peccat præcedere errorem intellectus, quod eſt falſum, & pro erroneo habitum. Nam ſecundum omnes doctores theologos in angelis, & ſimiliter primis hominibus malum intellectus ſecutum eſt malū voluntatis, & non econuerſo. Ad quartum dicitur, ꝙ actus electiuus quo primò angelus peccauit, præceſſit ex prius bona voluntate, non per hoc, quòd præcedēs rectitudo, vel iuſtitia voluntatis ad illam mouerit, ſed ex hoc, quòd arbitrii libertas a rectitudine ab initio collata abutendo ſua poteſtate exorbitauit: & ad illud quod allegatur ad hoc, quòd non poteſt arbor bona &c. Reſpondetur, quòd intelligitur in ſenſu compoſito, ideſt non ſtant ſimul, ꝙ voluntas ſit bona, & faciat actus malos, cum quo bene ſtat volūtas bona, & iuſta poſſit malè, & perurſè eligere. Ad quintum argumentum neganda eſt conſequentia, quia quando Aug. Dicit omnes angelos fuiſſe ęqualis fœlicitatis, intelligitur quantum ad præſentem iuſtitiam, ſeu quantum ad eas perfectiones quas præſentialiter habebant de habitibus ſcientiæ, & virtutis. Ad ſextum dicitur ſicut, & ad tertium. Clarum ergo eſt ex omnibus, quòd quęrētes primam radicem, ſeu cognitionem occaſionis peccati angelorum, non inuenient ignorantiā eorū quaſi peccauerint in filium, nec impotentiam virium, quaſi peccauerint in patrem, ſed inueniet in vtrumque potentem, ſcilicet bonum, & malum, liberi arbitrii poteſtatem, quam per abſentiam ſolum cōſiderationis eorum quæ conſiderare debuiſſent potius flectendo in malum peccauerunt irremiſſibiliter in ſpiritumſanctum: Hæc Henricus de Aliaca ſuper Geneſim.

QVAE-

QVAESTIO IIII. PRIMI CAP. TERTIAE DECADIS.

De mora inter creationem, & lapſum Angelorum.

QVERITVR, Quanto tempore poſt eorum creationem dęmones ceciderunt? Ad quã ſic reſpondetur, quòd de mora inter creationem, & lapſum angelorum diuerſi diuerſa Senſere. Nam dominus Henricus de Aſſia ſuper Gene. recitatiuè ſequens Orig. ponit tria de mora caſus angelorũ. Prima eſt, quòd non omnes angeli facti ſunt mali ante peccatum hominis licet aliquis angelus ante hominem peccauerit. Secundum eſt, quòd licet quilibet angelus in inſtanti peccauerit, non tamen omnes in eodem inſtanti, peccauerunt, ſed ſucceſſiuè. Tertium eſt quòd dæmones antequam caderent aliquanto tempore fuerunt iuſti, & boni laudantes Deum, ſecundum illud Eze. 26. Ambulaſti perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te. Ambulatio autem eſt motus continuus aliquam moram requirens, hoc aũt videtur innuere Iob. 38. dicens. Vbi eras cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filii Dei, ideſt angeli boni & mali. Facit ad hoc quòd dicit Origenes ſuper GeneC. quòd ſerpens antiquus non ſtatim ſupra pectus, & ventrem ſuum ambulauit. Eſt alia ſecunda opinio, de mora caſus angelorum domini Landulfi in ſecundo ſententiarum, diſtin. quarta ponentis a creatione ad caſum angelorum quatuor moras. Prima in qua angeli fuerunt creati perfecti in naturalibus, iuſtitia originali abſque gratia gratum faciente, in qua mora in vſum liberi arbitrii exire non potuerunt. Secunda in ora in qua boni conuerterunt ſe ad Deum, & mali ad propria naturalia, ſe ardentiſſimè diligendo,

ideo in iſtā mora boni gratiā receperūt. Mali vero poſuerunt obicem, & impedimentum conuertentes ſe ad bona naturalia, & ideo gratiam non receperunt. Tertia mora eſt in qua mali operati ſunt varia peccata tentantes bonos, & in hac mora fuit prælium in cœlo. Apoc. 12. de quo dictum eſt ſupra in ſecunda Decade, & boni bona multa fecerunt, & viriliter reſtiterunt. Quarta mora eſt, in qua boni præmia optima receperunt, & mali pœnas. Et iſte dominus Landulfus ponit inter creationem, & caſum angelorum aliquam moram, quia imaginatur dæmones, in prima mora fuiſſe bonos cum cæteris angelis, iuxta illud Geneſ. primo. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. In ſecunda mora poſuerunt obicem gratiam gratum facientem impedimentum. In tertia reſilientes a Deo, peccauerunt, & ceciderunt. Quarta mora eſt in qua boni præmiati ſunt, & mali puniti. Et has quatuor moras diſtinguit ipſe Landulfus per coexiſtentias paruas temporis, & ex diſtinctione ſtatuum, & operationum, ſeu variationum ipſorum angelorum. Et huius opinionis eſt dominus Bonauen. & dominus Ioan. Scotus ibidem. Eſt, & tertia opinio ſancti Thom. probabilior, & ſanctorum dictis magis conſonans dicentis, quòd ſtatim poſt primum inſtans ſuæ creationis angelus peccauit. Nam ſicut boni angeli in ſecundo inſtanti eorū creationis confirmati fuerunt in gratia. Ita, & mali in ſecundo inſtanti eorum creationis ceciderunt obſtinati in culpa. Et ſicut boni angeli in ſecundo inſtanti per vnum actum meritorium inhæſionis Deo confirmati fuerunt in gratia, & meruerunt beatitudinem. Ita & mali in ſecundo inſtanti, per vnum actum de meritorium inadhæſionis Deo, meruerunt pœnam æternam, confirmati in culpa. Quod ſi dicatur a Scoto contra Thomam. Inter quælibet duo inſtantia cadit tempus medium. 6. phyſic. Sed tu ponis aliud inſtans in quo diabolus peccauit ab inſtanti in quo creatus

fuit

fuit ergo aliqua mora fuit inter creationem angeli, & eius lapſum, ut Landulfus ſuprà tenet. Ad hoc reſpondet Thom. pri. par. quæſt. 63. art. 6. ad 4. dicens, quòd inter quælibet duo inſtantia eſſe tempus medium habet veritatem inquantum tempus eſt continuum, vt probatur. 6. phyſic. Sed in angelis qui non ſunt ſubiecti cœleſti motui, tempus accipitur pro ipſa ſucceſſione operationum intellectus, vel etiam effectus. Primo ergo modo inter duo inſtantia cadit mediū. Secundo vero modo minime. hęc ex Tho. & Hērico intra quæſtiunculam adductis.

QVAESTIO V. CAP. TERTERTIAE DECADIS.

Vtrum mali angeli in infernum ceciderint.

QVAERITVR, In quo loco angeli lapſi ceciderunt? Ad quam ſic reſpondetur, quòd in dæmonibus poſſumus tria conſiderare, ſcilicet naturam intellectualem, culpā mortalem, noſtram utilitatem. Primo enim conſiderando in dæmonibus naturam intellectualem, cum in eis lux naturalis, ideſt virtus intellectualis remanſerit, eorum operationi, ideſt contemplationi conuenit cœlum, & ideo tam boni, quam mali, in cœlo empyreo ſunt creati, quod eſt contemplationi congruum, vt patuit ſupra. Secundo in dæmonibus conſiderando culpam mortalem, cum eorum natura per culpam ſit deordinata, & obtenebrata, tunc debetur eis pro pœna, & ꝓ tenebra infernus, qui eſt locus tenebroſus pœnalis, & afflictiuus. Tertio conſiderando noſtram vtilitatem, ſic debetur dęmonibus aer, nō quò ad ſupremam, nec quò ad infirmam, ſed quò ad mediam ſui partem. Cuius ratio eſt, quia aer, qui eſt in media regione, tres habet conditiones propter quas aer medius competit eis. Eſt enim aer lucidus, vel ſplendidus, tene-

broſus,& nobis propinquus. Primo aer lucidus eſt, & ideo per naturam lucis,ſic competit eorum naturæ intellectuali. Secundo aer eſt tenebroſus, & ſic competit eorum culpæ mortali. Tertio aer eſt nobis propinquus,& ſic competit noſtræ vtilitati,nam ex ordine diuinæ ſapientiæ eſt, quòd ex malis eorum noſtrum bonum elicitur,ſcilicet noſtri exercitij,& per conſequens meriti dum reſiſtimus eorum tentationibus. Hæc ex theologis,& Raineryo.

ADDITIO.

Puto.n.quod licet angeli non ceciderint in infernalem locum, habeant tamen infernale ſupplicium quãuis non completum,uid.Ric.in 2.d.6.q.1.

QVAESTIO VI. PRIMI CAP. TERTIAE DECADIS.

Quot fuerint Angeli de cælo cadentes.

QVAERITVR, Quot fuerunt angeli qui de cœlo ceciderunt? Ad quam reſpondetur, quòd pauciores fuerunt cadentes,quàm remanentes hoc probatur ratione,& auctoritatibus, & primo ratione. Nam peccatum eſt contra naturalem inclinationem. Ea vero, quæ contra naturam fiunt, vt in paucioribus accidunt. Natura vero conſequitur ſuum effectum, uel ſemper, uel in pluribus. Secundo probatur auctoritatibus, & primo auctoritate Hæliſei. 4. Reg. 6. dicentis miniſtro ſuo, plures nobiſcum ſunt quam cum illis, quòd exponitur de angelis bonis, & malis. Et Apoc.12. dicitur, quòd draco traxit ſecum tertiam partem ſtellarum, hoc eſt tertiam partem ex nouem choris angelorum. Dicunt tamen aliqui quod tot corruerunt ex quibus potuiſſet fieri decimus ordo. Si quis autem curioſus de

terminatum numerum bonorum, & malorum angelorum ex legionibus eorum ſcire velit, quærat acutos arithmeticos, & abachiſtas. Hęc Thom.q.73. ar. 9. primæ partis.

Secundum Caput principale huius tertiæ Decadis, De ſimplicitate dæmonum. Circa quod quinque quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. SECVNDI CAP. TERTIAE DECADS

Vtrum Dæmones habeant corpora naturaliter ſibi vnita, ut forma materiæ.

QVAERTVR, Si dæmones habeant corpora ſibi naturaliter vnita, vt forma materię. Ad quam diuerſimodè a multis reſpondetur. Nam quidam primò dicunt quod dominus Deus in pœnam, & confuſionem angelorum peccantium inferiorauit, & inclinauit naturas ipſorum, & fecit eos formas ſubſtantiales alicuius corporis deformis, vt ranarum, vel ſerpentium &c. & ſic tempore primorum hominum potuerunt eſſe quidam dæmones corporei, & compoſiti ex partibus ęſſentialibus. Et ſic fuiſſent pars formalis, vel eſſentialis alicuius corporis, ſicque habuiſſent corpora naturaliter ſibi vnita. Sed ſi hoc fuit factum, fuit abſolute ex omnipotentia Dei, & ex obedientiali potentia angelorum malorum, non naturaliter. Nam naturaliter loquẽdo natura incorporea intellectualis vniri non poteſt naturæ corporeæ per modum formæ, vel animę viuificantis, quia natura cuiuſlibet dæmonis eſt ſubſtantia rõnalis perſonaliter in ſe ſubſiſtens, non habens aptitudinẽ naturalem, vel propinquam adhærendi alteri,

vel conſtituendi cum altero, licet habeat potentiam obedientialem, vt dictum eſt. Fuerunt alij ſecundi qui dixerunt, quod angeli boni, & mali, licet non habeant corpora ſibi vnita naturaliter ex oſſibus, & neruis, & carne compacta ſicut communiter perfecta animalia habere videmus: Nam Chriſtus dixit quòd ſpiritus carnem, & oſſa nō habet, habent tamen corpora uni ta eis aerea naturaliter. Et probant hoc tribus rationibus, Primo per Auguſtinum. 2. ſuper Gen. dicentē, in ſpiritum rationalis creaturę, bonum eſt hoc, quod viuit, & quod viuificat corpus ſiue aereum, ſicut ipſius diaboli, vel dæmonum ſpiritus, ſiue terrenum ſicut hominis anima, ſed corpus, quod viuificatur eſt naturaliter vnitum ſpiritui viuificanti, ergo. Item in c. ſciendum 26 q 3. dicitur, quòd dæmones ſunt genere animalia, animo paſſiua, corpore aerea, duratione ęterna, vt dictum eſt, nunc ſupra. Item Aug. 21. de ciu. dei dicit. Sūnt quædā etiā ſua dæmonibus corpora ſi cut doctis hominibus uiſum eſt, ex iſto aere craſſo atque humido cuius impulſus flante vento ſentitur, ergo. Sed quod hoc eſſe non poſſit, probatur, quia cū aer ſit corpus hōgeneū, & ſimile in toto, & in partib. neceſſe eſt ꝙ ſi aliquæ partes aeris animatæ ponantur ꝙ totus aer ſimiliter ſit animatus qđ patet eſſe fal ſum, quo nulla operatio vitæ, nec per motum, nec ꝑ aliquid aliud deprehenditur in toto aere, & ideo dicimus dęmones non habere corpora aerea naturaliter ſibi vnita, vt fiat ex eis vnum ſimpliciter, & per ſe, non enim tale corpus aereum coniunctum dæmoni viueret, cū ab eo non viuificaretur formaliter. Nec dęmon tali corpori coniungeretur, vt pars formalis, cum dæmon, vt dictum eſt in ſe integram ſpeciei naturam habeat. Et cōfirmatur hoc, quia angeli, & dæmones ſimplicioris naturæ ſunt, & eſſentiæ ꝙ̄ anima, ſed aīa eſt ſimplex nō cōpoſita ex materia, & forma, licet ex actu & potentia, vel ex quo eſt, & quod eſt, ergo multo minus angeli, ſimplicioris naturæ, & ſubtilioris. Ad argumenta

menta aũt tria dicitur ꝙ Aug.ibi loquitur ſ:n opinionẽ Apulei, & platonicorũ quorũ ipſe fuit imitator,& adducit illa recitando nõ aſſerẽdo. Fuerunt alij tertij qui dicerent angelos,& dæmones nec habere corpora naturaliter eis unita, nec ea poſſe etiam aſſumere, vel aſſumpſiſſe. Sed oĩa, quæ in diuinis ſcripturis legũtur de apparitionibus angelorum, contigiſſe in uiſione prophetiæ, hoc eſt ſecundum imaginationem. Sed hoc manifeſtè apparet falſum,& intẽtioni ſcripturę repugnat. Nam ſcriptura introducit interdum angelos apparentes, vt communiter ab hominibus videantur, ſicut angeli qui ab Abraham videbantur, & ab omni familia eius. Et à Loth, & ciuibus Sodomorum. Similiter angelus qui apparuit Thobię,ab omnibus uidebatur, tali autem uiſione non uidetur, niſi corpus quod poſitum eſt extra uidentem, illa uero, quæ videtur uiſione imaginaria uidentur ſolum in ſola imaginatione uidentis. Cum igitur appareant angeli, & dæmones, & corporei non ſunt, nec habent corpora naturaliter eis unita. Sequitur, quòd ſit aliquis alius modus quo angeli boni, & mali, dicantur corporei, & corporibus uniantur. Dicendum eſt ergo quarto, ſecundum theologos, quòd angeli aſſumunt corpora, & uniuntur ipſis corporibus,[d] non quidem, ut forma materiæ, quia ſic facerent unum per ſe, & corpus ſic aſſumptum uiueret. Nec uniuntur corporibus, ut motor mobili, ſicut intelligentiæ cœlis, & orbibus, uel ut nauta naui, quia orbes non repreſentant proprietates intelligentiarum ſiue angelorum mouentium eos, nec nauis docet proprietates nautę. Sed dicuntur coniungi, & uniri angeli corporibus aſſumptis, tanquam mobilibus diuina uirtute ab angeli ſic formatis, ut congruant ad repreſentandum intelligibiles proprietates angelorum, ut puta, aſſumunt corpus humanum cum manibus, ut repreſentent, quòd poſſunt, & ſciant operari, cum ore, quia poſſunt manifeſtare conceptus cum oculis,

quia uident in verbo, vel in ſeipſis naturas rerum &c. & aſſumunt corpora non propter ipſorum indigentiam, ſed propter nos. Et boni quidem angeli, vt familiariter cum hominibus conuerſando demonſtrent intelligibilem ſocietatem quam expectant cum eis habendam in futura uita, atque ut diuerſimodè homines in bonum promoueant. Dæmones vero, vt in corporibus aſſumptis appareant hominibus diuerſimodè eos tentãdo, & multipliciter impedimenta pręſtando hæc Thom. in quæſtionibus diſputatis, de dæmonibus, & dominus Bonauent. in 2. ſententiarum, diſt. 8. & dominus Ioann. de Tur. Cre. Car. ſuper decretum, ubi ſupra. Vide Rich. in 2. diſt. 8. q. 2. 3. & 4.

QVAESTIO II. SECVNDI CAP. TERTIAE DECADIS.

Vtrũ in dæmonibus ſit generatio per ſemen, ut in hominibus, & animalibus perfectis.

QVAERITVR, Si in dæmonibus ſit generatio ex ſexu maſculino, & fęminino per ſemen, ut in hominibus, & animalibus perfectis. Ad quam primo videtur reſpondendum affirmatiuè. Nam dicitur Gene. 3. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ſed ex ſemine fit generatio, ergo. Item Ieſus dixit phariſeis; Ioan. 8. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius, ſed alterius nemo eſt pater carne niſi per uerum ſemen, ergo. Reſpondeo dicendum ꝙ Auicenna. 9. ſuæ metaph. poſuit quòd a primo principio, ideſt a Deo non proceſſit immediatè niſi unum numero, id eſt una intelligentia prima ſeu angelus ſupremus. Et ab iſta prima intelligentia proceſſit ſecunda, & a ſecunda, tertia, & ſic uſque ad infimam a qua poſuit animas produci, uel productas eſſet. Et uidetur pro iſta opinio-

opinione qualitercunque etiam, quòd ſicut Deus inſti tuit totũ genus humanum rationalis creaturæ, quod ab uno Adam omnes haberent originem, ut inter ho mines eſſet maior connexio amoris, & maior unio atque reſpectus fortior ad unũ ſimpliciter primũ, a quo proceſſerunt omnia. Item a principio eadem ratione uiderentur potius ab uno angelo primo, ſcilicet Lucife ro originem omnes habuiſſe: itaque angeli ab angelis fuerint producti. Sed hoc reprobant theologi negantes creaturam poſſe creare, nec fuiſſe ſimilis cauſa productionis angelorum ab uno primo qualis fuit om nium hominum ab uno Adam, tum quia angeli nõ ſic manent in ſtatu uię ſicut homines, tum quia non potuiſſet cognatio contrahi inter eos cum inter ipſos ſubſtantialis communicatio eſſe nõ poſſit qualis eſt in generatione hominis, tum quia angeli non debuerunt conuerſatione mereri beatitudinem ſicut homines. Ariſtoteles etiam negaret illud, quòd una intelligẽtia ſeparata poſſit producere aliam intellectu, & uolunta te, quod tamen caballiſtæ concedunt, & ſtultè ſine fun damentũ. Alij autem aliter ſunt imaginati de generatione dæmonum dicentes, ꝙ quia dæmones ſunt ani malia aerea, vt dicũt. Ideo ẽt affirmant, ꝙ inter illa eſt ſuo modo ſexus maſculinus, & fœmininus, ſicut inter homines. & animalia perfecta dicentes, quòd dæmo nes generant dæmones iuuenes ſicut homines filios, pro quo facit, quod olim decepta Gentilitas coluit nõ ſolum Deos, ſed Deas plurimas, quarum quædam appellatæ ſunt matres Deorum, & Dearum, ut Cibeles, & Samia. De nuptijs etiam, & coniugijs Deorum, & Dearum, de ſtupris, & adulterijs eorum multa fabulati ſunt poetæ, ſicut patet ex eorum libris. Sed ad hæc reſpondendum eſt, quòd nullo iſtorum modorum ille lucifer ſupremus dæmo num ſemen aliquod, ſeu generationem habuit; aut habere potuit. Et dicitur concluſiuè, quòd dæmon ꝑ aſſumptioné cuiuſcunq; corporis nõ poſſet generare

ex fœmina hominẽ,ita vere eſſet filius,quia ſic oportet dęmonem per ſe, & vere animal eſſe corporeũ,de cuius ſubſtãtia fieret ſeminalis deciſio , cum huiuſmo di ſubſtãtia ſpiritus fieri non poſſit,igitur. Et dico notanter ſic,quòd filius eſſet,quia vt fertur quandoque dæmon procurauit generationem hominis ex fœmi na ſine cõcurſu viri conſueto, ſicut de quodã Merlino in Anglia nato dicunt,Vnde & Aug li.15.de ci.Dei.c. 23.dicit ita.Et quoniam creberrima fama eſt multiq; ſe expertos, vel ab eis qui experti eſſent de quorum fi de dubitandũ nõ eſt,audiſſe confirmant,Siluanos, & Faunos quos vulgò incubos vocãt, im ꝓbos ſęſe fuiſſe mulieribus , & earum appetiſſe,& peregiſſe concu bitum,& interpoſitis quibuſdam ſubiungit. Non hic aliquid temere audeo diffinire vtrũ aliqui ſpiritus elemento aereo corporati ſunt. Nam hoc elementum ẽt cum agitatur flabello ſenſu corporis tactuq; ſentitur, poſſint etiam hanc pati libidinem, vt quomodo poſſunt ſentientibus fœminis miſceantur. hęc ille. Hoc modo dicunt aliqui fuiſſe gigantes natos.Quomodocunque ergo dicatur tenẽdum eſt, quòd nunquam ex fœmina, & dæmone naturales filij nati ſint, aut naſci potuerint. Ad argumentum autem Gen.dicitur,quòd ſemẽ accipitur tribus modis.Vno modo materialiter, & literaliter, & ſic nõ intelligitur litera Gen.Alio mo do pro illis qui occaſione ſui cęciderunt , & facti ſunt dęmones.Tertio modo pro fomite peccati originalis in quem ſeminauit omnibus naſcituris , & primo in natura hominis primò lapſi,quem fomitem, & zizaniam inimicus homo ſuperſeminauit in agro Dei , id eſt in natura hominis lapſi. Ad ſecundum dicitur , ꝙ Manichæi ex verbo illo ſaluatoris occaſionem ſumpſerunt ponendi generationem dęmonum per ſemẽ , & male , nam relatiuum illud non refert dęmonem , ſed mendacium.q.d.Ieſus,quòd diabolus mendax ſit, & pater eius ideſt mendacij, ut exponit Thom.ſuper Ioann.

ADDITIO.

Licet Dæmon poſſit fieri incubus,& ſuccubus, ſemen virilem accipere in matricem mulieris transfundere,& puerũ in muliere generari.rationi tamen conſentaneũ eſt,hoc magis debere poni ſub dubio,quàm aliqua pars aſſeri,nam & D. Augu. ſub dubio videtur loqui. tamen ſi plura deſideras videto Malleum Maleficarum.

QVAESTIO III. SECVNDI, CAP. TERTIAE DECADIS.

Quod Dæmones aſſumunt corpora de natura elementi.

QVAERITVR, quare dęmones cum aſſumunt corpora non aſſumunt niſi aerea? Ad quam ſic reſpondetur,quòd angeli ideo non aſſumunt corpora de terra , vel aqua, quia nõ ſubito diſparerent,neq; iterum de igne, quia tacta vel cõtigua combureret. Sed aſſumunt corpora ex aere illum virtute diuina condenſando quãtum neceſſe eſt ad corporis aſſumendi formationem.Et licet aer in ſua raritate manens non retineat figuram , nec colorem, quando tamen condenſatur figurari poteſt, & colorari,ſicut patet in nnbibus.Hęc Tho.pri.part. q.5 1.art.2.Rich.in 2.d.8.q.3.

QVAESTIO III. CAP. TERTII, TERTIAE DECADIS.

Quæ opera uitæ Dæmon in corpore aſſumpto exerceat.

QVAERITVR,Si dęmones in aſſumptis corporibus exerceant vere opera uitę?Ad quã ſic reſpondetur, quòd operationes illę quę cõpetunt

tunt corpori viuo, vt viuum eſt, ideſt animato per formam quæ eſt pars compoſiti, non competunt angelis bonis, nec malis in corporibus ab eis aſſumptis. Nam vt diximus corpora aſſumpta ab eis, non viuunt, cum ipſi ſpiritus non vniantur corporibus talibus, vt formæ. Cum igitur videre, ſentire, comedere, audire, generare, & huiuſmodi competunt corpori inquantum viuens, ideo non propriè competunt angelis in corporibus ab eis aſſumptis, niſi ſimilitudinariè. Vnde per oculos non vident, ſed per oculos ſignificatur virtus cognitiua eorum. Nec comedere proprie dicuntur, quia comeſtio proprie importat ſumptionem cibi conuertibilis in ſubſtantiam comedentis per digeſtionem cibi deſcendentis ad ſtomachum, quod corpori ab angelo aſſumpto non competit, cum non ſit talis naturæ in quā poſſit alimentū conuerti. Propterea Thob. 12. dicebat angelus ei. Cum eſſem vobiſcum videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere: ſed ego cibo inuiſibili, & potu qui ab hominibus videri non poteſt vtor. Et ſic dicendum eſt de aliis operibus, & virtutibus aliorum ſenſuum, & potentiarum aſſumptorum corporum ab angelis. Similiter nec generare competit eis, vt quaſi ex coitu, & proprio ſemine naſcatur aliquis ex eis. Poteſt tamen per actum ſolius mali angeli compleri generatio inquantum poſſent fieri ſuccubi ad virum, & ſemen recipere, & incubi ad mulierem, & ſic in loco conuenienti ſemen humanum apponere, & ſic complere generationē, ſicut de gigātibus factū fuiſſe legimus ante, & poſt diluuiū, & Aug. adducit 15. de ci. Dei, c. 23. Filii tamen ſic nati non dicentur filii dæmonū, ſed eorū a quibus ſemen fuiſſet elicitum. Et ſi dicatur, ꝙ angeli loquantur, ſicut patet in locis multis ſacræ ſcripturæ. Locutio vero ſic opus viuentis, cū fiat per vocem quæ eſt ſonus ab ore animalis prolatus. 2. de anima. Reſpōdetur, ꝙ angeli per corpora aſſumpta non loquuntur, ſed efficiunt aliquid ſimile locutioni, inquantum formāt ſonos in aere ſimiles vocib. humanis,

nis,ſicut patet in Siniphe, & zenzana. Si etiã dicatur, ꝙ moueantur,& ambulent quæ ſunt opera vitæ.2.de anima,vt patet, quãdo ibant cum Thobiolo, & Abraham,dicitur, ꝙ non mouebantur proprie. Nã motus ille non erat coniunctus motori angelo, ut formę: ſed dicebantur moueri per accidens ad motum corporũ,ſicut mouentur motores in mobilibus, puta nauta ad motum nauis.Operationes vero illę, quæ competunt corpori mobili inquãtum mobile, vt ſunt mouere,impellere,diuidere,& huiuſmodi,competunt eis per ſe cũ natura corporalis obediat eis ad nutum, quantum ad motum corporalem,vt dicetur infra. Hæc omnia doctores in 2.ſent.& Tho.in pri.par.q.51.

QVAESTIO. V. SECVNDI CAP. TERTIAE DECADI.

Quod Dæmon in Angelum transfiguratus non poteſt adorari ſine peccato,etiam ab ignorante.

QVAERITVR, Si diabolus transfigurans ſe n angelum lucis, uel in ſpecie Chriſti apparens, poſſit adorari pro angelo, vel pro Chriſto abſque peccato. Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam ignorantia facti adhibita diligentia, a peccato excuſat, cum autem iſte ignorat, quod factum eſt, & adhibeat diligentiam, videtur,quòd non peccet adorando diabolum ſicut Chriſtum. Reſpõdeo dicendum, ꝙ ſathanas in angelum lucis transfiguratus, vel in ſpecie Chriſti apparens, non eſt credendus eſſe Chriſtus, nec poteſt adorari ſine peccato,& ideo nullo modo eſt adorandus,& ſi quis ignoraret,ignorantia eum non excuſaret a peccato. Cuius ratio eſt triplex. Prima eſt, quia quilibet eſt præmunitus per ſacram ſcripturam, quòd angelus tenebrarum transfigurat ſe in angelum lucis, vt dicitur ſecundo Corinthio. vndecimo, & Matth. 24. Multi

uenient in nomine meo &c. Et ideo tenentur diſcutere, & ſtatim non adorare. Secunda ratio eſt, quia habet remedium orationis. Vnde ſi oraret Deum toto corde, vt reuelaret ei veritatem, Deus non dimitteret eum decipi. In hoc enim caſu intelligitur illud Ioan. 15. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, hoc eſt, quicquid petieritis, pertinens ad ſalutem, vt B. Auguſt. exponit, dabit vobis. Patet ergo ex hoc, quòd qui adorat non adhibet omnem diligentiam quam debet. Tertia ratio eſt, quia facile poſſet uitare periculum apponendo conditionem hoc modo. Adoro te, ſi tu es Chriſtus. Hæc Alex. 3. parte ſumm: q. 16. art. 4.

Tertium Caput Principale, De potentia dęmonum, Circa quod ſex quæſtiunculæ liquefient.

QVAESTIO III. CAP. PRIMI, TERTIAE DECADIS.

An Dæmones poſſint ingredi corpora hominum, & animalium.

QVAERITVR, Si dæmones ingredi poſſunt corpora hominum, & aliorum animalium? Ad quam videtur primo reſpondendum negatiuè. Nam duo ſpiritus creati non poſſunt eſſe in vno, & eodem loco, & adæquate in eodem ſpacio, coexiſterent enim in eodem ſitu quod eſt contra philoſophiam. Sed anima eſt in qualibet parte corporis cum ſit tota in toto, & tota in qualibet parte ſecundum argu. ergo. Præterea ſi dęmones ingredi poſſent corpora animalium, vel hominum unirentur eis per modum formæ viuificantis. Sed probatum eſt ſupra, quòd natura intellectualis incorporea perſonaliter

naliter in ſe ſubſiſtens naturæ corporeę per modum formæ vniri non poteſt, ergo. Ad hanc quęſtionem reſpondetur, quòd angeli boni, & mali poſſunt ingredi, & mouere corpora animalium, & exercere ibi actus rationalis, vel irrationalis animę, quia natura corporalis obedit angelis bonis, & malis ad nutum quantũ ad motum localem. Nam vt dicit Dionyſius. 7. c. de diuinis nominibus. Diuina ſapientia coniunxit fines primorum principiis ſecundorum. Ex quo patet, quod natura inferior in ſui ſupremo attingitur a natura ſuperiori. Natura autem corporalis eſt infra naturam ſpiritualem, & ideo in ſui ſupremo coniungitur naturæ ſuperiori ſpirituali. Inter autem omnes motus corporeos, motus localis eſt ſuperior, & perfectior, vt probatur 8. phyſicorum. Ratio eſt, quia per ipſum motũ localem mobile non eſt in potentia ad aliquid intrinſecum rei, & ideo quæcunque natura corporalis nata eſt moueri, & attingi immediate a natura intellectuali, quantum ad motum localem, quaſi ab eo mota. Vnde, & philoſophi poſuerunt ſuprema corpora moueri localiter a ſpiritualibus ſubſtantiis. Vnde videmus, quod anima mouet corpus, primo, & principaliter locali motu. Et quia angelus bonus, & malus ibi operatur vbi eſt, ideo intra corpora naturalia poſſunt eſſe, & per conſequens intra corpora hominum inquantum illabuntur in ipſis, & mouent ea. Ad argumentum autem primum dicendum eſt, quòd non eſt inconueniẽs duos ſpiritus creatos eſſe in eodem corpore ſi vnus ſit ibi non vt in loco, ſed vt forma in materia, ſicut anima in corpore, alter autem ſit ibidem, tanquam in loco diffinitiuè, non circumſcriptiuè, vt dicemus de angelis bonis, vel malis in corporibus illapſis. Ad ſecundum autem argumentum reſpondetur, quòd natura ſpiritualis (quantum ad propoſitum ſpectat) imaginabilis eſt illabi, & vniri naturæ corporali dupliciter. Vno modo per modum formæ, vel animæ viuificantis, & ſic nec angelus bonus, nec dæmon poſſunt illabi,

 vel

vel vniri, ſiue ingredi intra corpora naturalia animalia, ſiue rationalia. Ratio eſt, vt diximus, quia natura cuiuſlibet angeli eſt ſubſtantia rationalis perſonaliter, & completè in ſeipſa ſubſiſtens, & per conſequens perſona, in cuius poteſtate non eſt ſe deperſonare, ideò non poteſt eſſe pars compoſiti. Secundo modo poteſt ſpiritus creatus illabi, & vniri corpori naturali animali, ſiue rationali non formaliter, ſed coexiſtenter, tali modo, quòd vires omnes eius corporales ad motum localem pertinentes exerceat in tali corpore, intantũ, quòd etiam organa animalis rationalis, vel irrationalis moueat ad actus exteriores ſimiles actibus rationalis animæ, vel irrationalis, & ſic quilibet angelus bonus, & malus poteſt, vt patet de bono angelo in locutione aſinæ Balaam. Numeri 22. & in malo angelo in locutione ſerpentis dominæ Euę. Geneſis. 3. Et de vtriſque in multis aliis ſacræ ſcripturæ locis. Hæc ex ſancto Thoma, & Henrico de Aſſia.

QVAESTIO II. TERTII, CAP. TERTIAE DECADIS.

An dæmon poſſit illabi toti corpori, aut alicui parti.

QVAERITVR, Si dæmones cum ingrediuntur corpora, illabantur toti corpori, vel alicui parti corporis, vt puta digito, aut muſculis? Ad quam quæſtiunculam, propter ea quę dicta ſunt, nunc ſupra ad primum argumentũ, dicunt aliqui, quòd cum Deo permittente dęmon intrat corpora hominum ea obſidendo, nõ illabitur corpori animalis, aut alicui parti eius, puta digito, vel muſculo, quia ſic duo ſpiritus creati eſſent in eodem loco, quod de communi curſu (vt dicunt, & bene) eſſe non poteſt, nam neque duo boni angeli, nec duo mali, nec ſpiritus humanus, & diabolus poſſunt coexiſte-

re adequatè in eodem ſpatio, aut ſitu. Sed dæmon dicitur illabi alicui humori inanimato in homine, vel in alio animali, vel ſanguini, vel choleræ, aut vrinę, vel fęcibus viſcerũ. Quod ſi dicatur contra iſtos quo ſpiritus aliquis nõ coexiſtens corpori, aut organis, ſeu muſculis animalis poſſit ſupplere, ſiue exercere motus locales organorũ, ſiue partium in corpore? Reſpondetur, ꝙ duobus modis imaginabile eſt aliquem ſpiritũ mouere poſſe corpus, cui nõ vnitur informatiuè. Vno modo ad motum per ſe, & in ſe ipſius ſpiritus coniuncti, ſeu adhærentis corporeo mobili firmiter aliqua ſpecie vnionis, ſicut verbi gratia, ſi ſpiritus humanus, ſeu anima ſtante vnione eius ad corpus per ſe mouere tur, corpus etiam ſequi oporteret, & hoc rõne vnionis animæ ad corpus informatiuè, qualiter fortaſſis erit in motibus corporũ glorificatorum. Secundus aũt modus imaginandi, quo ſpiritus mouet corpus, eſt ad motum localem ad ſui intrinſecam actionem per appręhenſionem ex imperio voluntatis. Quemadmodum ergo ſpiritus humanus immediatè, & per ſe aliquas partes corporis mouet localiter, ad ſui intrinſecam actionem per appręhenſionem, &c. conſequentem liberam voluntatem ex imperio voluntatis. Ita etiam, & ipſi ſpiritus boni, & mali mouere poſſunt ad imperium voluntatis eorum corpus, & partes eius immediatè, vt ibi coexiſtat localiter, vt faciunt quando illabuntur alicui humori in homine, vt dictum eſt ſupra. Quicquid tamen ſit de pluribus ſpiritibus malis, vel pluribus bonis, aut de bono, & malo in eodem corpore animali, ſiue rationali, dubium tamen eſſe non debet, quin multi ſpiritus mali illabi poſſint in vno corpore hominis ſimul, vt patet Marci quinto de dæmone, qui vocabatur Legio, & de ſpiritu maligno cum ſpiritu brutali in ſerpente, de quo dicit ſcriptura Geneſis tertio. Sed, & ſerpens erat calidior &c. et de ſpiritu bono, cum ſpiritu etiam bru-

tali, vt patet in aſina Balaam. Hæc ex Henrico de Aſſia ſuper Geneſim:

QVAESTIO III. TERTII, CAP. TERTIAE DECADIS.

An dæmon per ſolum uoluntatis imperium poſſit corpora mouere.

QVAERITVR, Si dęmones poſſunt mouere corpora abſque approximatione per ſolum imperium voluntatis? Ad quam ſic reſpondetur, quòd cum natura corporalis, vt dictum eſt, ſe habet obedientialiter de communi influentia Dei, præcipue vt dicit Auguſtinus, quò ad motum localem, reſpectu imperii liberæ voluntatis angelorum, dubium non eſt quin ſpiritus angelici boni, vel mali, corpus, organa, & muſculos mouere poſſint, quibus per eſſentiam coexiſtenter vniuntur. Vnde philoſophi imaginantur, quòd niſi intelligentia realiter coexiſteret orbi, aut patri eius, non poſſet mouere ipſum. Sed in hoc dubitatio eſt, ſi angeli boni, & mali mouere poſſint corpora per intellectum, & per imperium voluntatis ſine tali approximatione? Quia ſi ſic ſequitur, quòd dæmon exiſtens longe extra corpus humanum poſſet, & eius partes pro libito localiter mouere, immo in inferno manens poteſt æquè ſuo imperio perturbare, vel mouere ſpiritus animales in phantaſia humana, quod nequaquam videtur conceſſum ſpiritibus angelicis, bonis, vel malis. Ad hoc reſpondetur, quòd licet corporalis natura obediat imperiò ſpirituum, quantum ad motum localem, hoc vtique tamen oportet eſſe, cum limitatione ad certam vnionem, vel præſentiam ipſorum ſpirituum ad corpora, quæ mouere volunt. Et vltra hoc concedere oportet eos habere poteſtatem influendi immediate alteratiuas qualitates, videlicet

licet caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ſiccitatem. Similiter etiam qualitates localiter motiuas, vt ſunt impetus, impulſus, & aliæ motiuæ qualitates, & ſic ſaluantur conuenienter in ipſis omnes effectus ſpirituum, quos faciunt, & fecerunt in tranſmutationibus rerum corporalium. Quomodo enim aliter tempeſtates ſic ſubito ſuſcitarent, vt habetur Iob. 1. Quomodo mirabiles apparitiones, mirabiles rerum tranſmutationes agerent, quomodo proijcerent diſtanter lapidem niſi imperio uoluntatis cauſando in lapide motum, per impetum, vel impulſum, vt patet in lapide ſilicis miræ orbicularis formæ quem ſuper caput Patris Sancti Dominici orantis in ſancta Sabina in urbe diabolus proiecit, ſed uetante Deo ſanctum non tetigit, lapis autem ibidem pendet in monumentum. Quomodo poſſet vniri alicui corpori, ita, quòd illud corpus moueretur per accidens ad uelociſſimum motum angeli. Ad dubium ergo dicitur, quòd dæmon poteſt mouere corpora, & animas non ſimpliciter, ſed cum limitatione ad certam ſcilicet unionem, vel ipſorum præſentiam, ut dictum eſt. Hæc omnia Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO IIII. CAP. TERTII, TERTIAE DECADIS.

Quod dæmon non poteſt illabi animæ.

QVAERITVR, Si dæmones ingredi poſſunt animas hominum? Ad quam videtur primo reſpondendum affirmatiuè, per illud Lucæ. 21. Vbi habetur, quòd poſt bucellam panis a Chriſto porrectam Iudæ, intrauit in eum ſathanas. Et Ioannis. 13. Diabolus miſit in cor, ut traderet Chriſtum Iudas. Reſpondeo, dicendum, quòd ſathanam intrare Iudam, ſiue alium ho-

minem, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo in cor pore hominis, ſicut in ijs qui corporaliter uexantur à dæmone, & hoc modo, ut paulo ante diximus eſt con cluſio, quod dæmon eſſentialiter poteſt intrare in hominem, nam dæmon propter ſubtilitatem naturæ poteſt penetrare corpora, ſine ullo obſtaculo, inſuper illa moleſtare, & perturbare, (ut clarè patet in euangelijs de ijs quos Chriſtus fugauit a corporibus. Matth. 9. & Luc. 8. Alio modo poteſt intelligi, ſcilicet, quòd diabolus intret in mentem ita, quòd menti diabolus eſſentialiter illabatur, & hoc modo eſt concluſio, quòd diabolus non poteſt intrare in mentem hominis, ſed niſi ſolus Deus. Et ratio eſt, quia cū anima rationalis ſit ſimplex, & incorporea nō habet dimenſiones quātitatis, ut aliquid in ea eſſe dicatur quaſi infra dimenſiones eius cōtentum, & ideò nihil poteſt in ea eſſe niſi illud, quod ei dat eſſe, quod in ea eſt per uirtutē ſuā. Dico ergo, quòd ſolus Deus, qui animam in eſſe produxit, eſt in anima per ſuā uirtutem. Vbi autem eſt uirtus Dei, ibi eſt eſſentia Dei cum in Deo eadem ſit uirtus, & eſſentia Solus ergo Deus eſſentialiter in anima, & ſolus in eam ſe trāsfert per gratiā. Ad argumētum dicitur, ꝙ diabolus dicitur, intraſſe cor, uel mētē Iudæ, uel hominis per affectum, uel effectum malitiæ inquantum, ſcilicet homo ab eo ſeductus ſequitur eū ad perpetrandum malū quod ſuggerit, & hoc modo dicitur intraſſe cor Iudę. Vnde dicit Nicolaus de Lyra ſuper illud, Luc. 22. Intrauit ſathanas in Iudam, ideſt, in animam non per illapſum, quia hoc eſt Deo proprium, ſed per effectum, ſcilicet uenditionem Chriſti ei ſuggerendo. Et Albertus ſuper Lucam dicit. Poſt bucellam intrauit in Iudam ſathanas, ideſt ad plenius poſſidendum, non tamen, quòd menti eius, uel animæ illaberetur, ſed quia ſuggerendo, in eo inuenit locum malitiæ ſuæ. Hæc Thom. in quolibetis, & ſuper Ioannem, & in capitu. ſicut. Iudas. de conſecratio. diſtinctio. ſecunda, & dominus Ioann.

de

de Turre Cremata Cardinalis in expoſitione euangeliorum.

ADDITIO.

Licet Dæmones, poſſint intrare corpora humana, niſi prohibeantur à Deo, immediate tantum, vel etiã mediantibus Angelis illabi, tamen non poſſunt animabus, neq; ſupremum, aut intimum ipſius animæ penetrare, ita ſcribit D. Aug. De eccleſiaſticis dogmatibus cap. 50. Et Beda ſuper illud Act. cap. 5. Anania cur tentauit ſathanas cor tuum, dicit, Non quidem ingrediens in eum, & intenſum eius, neque introiens aditũ cordis, ſiquidem poteſtas hæc ſolius Dei eſt. Sed tantum eius cor mouens.

QVAESTIO V. TERTII CAP. TERTIAE DECADIS.

An ſpiritus hominis damnati ingredi poſſit corpus alterius hominis.

QVAERITVR, Si ſpiritus hominis damnati illabi poſſit in corpore alterius hominis? Ad quam ſimpliciter reſpondetur negatiuè. Tum primo, quia ſi eis hoc eſſet conceſſum, profectò obſeruarent embriones in vteris matris, vt ſe illis conſtitutiuè vnirent ad habendum ſaltem ſenſuales conſolationes, & delectationes. Tum ſecundo, quia animalium rationalium eſt, informare corpora, & perficere quadam delectatione naturali, non vexare. Tum tertio, quia de lege, & ordine naturæ animæ a locis in earum tranſitu eis deputatis non recedunt. Eſt enim anima ſpiritus vadens, & non rediens, vt in Pſalm. 77. Qui autem aliter tenent, accuſandi ſunt, immo damnandi in hoc cum Pythagora, qui cunctis animalibus abſtinuit, cre-

dens in aliquibus animas hominum eſſe, ut dictum eſt, ſup-a prima Decade. Hęc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO VI. CAP. TERTII, TERTIAE DECADIS.

Quod non eſt credendum obſeſſo dicenti ſe eſſe ſpiritum alicuius defuncti.

QVAERITVR, Si alicui obſeſſo credendum ſit cũ dicit ſe eſſe animam, vel ſpiritum alicius defuncti? Ad quam reſpondetur, quòd nullo modo obſeſſis, ſe eſſe animas mortuorum dicentibus, eſt credendum, ut ſæpius accidit Romæ in ſancto Petro in columna Salomonis Ferrata. Nam tales uerè dæmones ſunt, qui frequenter ſimulant ſe eſſe animas mortuorum ad confirmandum gentilium errorem, qui hoc credebant, ut de Hermete adducit Aug. 10. de ciui. Dei, & Chriſo. ſuper Matthæum, hæc Thom. pri. par. q. 117. arti. 4. ad ſecundum. Quod ſi quandoque aliqua uera dicant, quòd animæ illæ damnatæ quas ſe eſſe dicunt, fecerunt in uita, non eſt eis præſtanda fides, quia tales non ſunt animæ illorum, ſed dæmones, & forte illi quos animæ habuerũt in uita incenſores, & in exercitium, in aere ſuperiori caliginoſo habitantes. Nam de lege communi tales corpora hominum uexare ſolent. Vel ſunt alij dæmones, qui ea quę reuelant didicerunt a dæmonibus, qui illas in uita tentauerunt, & uicerunt. Hæc ex Theologis, & ex ſupra adductis.

ADDITIO.

Fortè ſpiritus obſeſſo dicentes, ſe alicuius hominis, uel mulieris animam eſſe, ſunt (ut etiam auctor dicit) aut ſpiritus, qui eos olim tentare ſolebant, uel

uel cum illis malis ſpiritibus tentantibus, adeò mixti, ut unum,& idem ſint effecti,ſicut de Iudę anima Chriſtus innuit. dum ait, Vnus ex uobis diabolus eſt, per quandam uelut unionem ex cauſa peccati, quia ſicut Chriſtus ſibi uniuit eccleſiam per fidem,& ſacramenta,in unitate myſtica, ita diabolus unit ſibi malos per peccatum,non tranſmigrant igitur animę de corporibus in corpora,(ut Plotinus ſentire uidetur.) Sed hęc ſunt mera gentilium,& poetarum figmenta. De quibus etiam Euſebius de pręparatione euangelica lib.4. cap. 11.aliqua dicit.

Quartum Caput Principale, De potētia dęmonum reſpectu effectuum naturaliū, Circa quod tres queſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO PRIMA, CAP. IIII, TERTIAE DECADIS.

An dæmon poſſit effectum naturalem abſque ſemine producere.

QVAERITVR, Si dęmones propria uirtute abſque ſeminibus poſſint producere effectum aliquem naturalem puta formam uermis, aut ſerpētis in materia immediate, Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam quandocunq; ſunt aliquę cauſæ ad inuicem ordinat, ſecundum prius,& poſterius. prima cā plus influit in cauſatum, q̃ ſecūda,& amota influentia cauſæ ſecundę,adhunc remanet influentia cauſæ primę. Sed uirtus agentiū naturalium inferiorum,motus cœli, influentia intelligentię ſeu ſubſtantię ſeparatę ſubordinatè ſe habent, ita ꝙ uirtute influentię ſeparatę mouetur cœlum, uirtute aūt celi aguht iſta inferiora agentia,ergo amota operātione cęli, & actione horū

inferiorum agentium naturaliũ adhuc põt forma induci in materiam a ſubſtantia & intelligentia ſeparata,& ſic abſq; rationibus ſeminalibus poterunt dęmones,& angeli producere uerum effectum. Reſpondeo dicendum,ꝙ circa hoc duplex error inuenitur : fuerũt enim quidẽ Gẽtiles,ꝗ credebant dęmones eſſe Deos, & ipſos per modum creationis in iſtis inferiorib.operari.Sed hunc errorem magiſter in 2. ſent.d.7.refellit. Alius fuit Auicẽnę qui poſuit oẽs formas,quæ in materiam inducunt procedere a datrice intelligentia. Ità quod agentia naturalia non faciebant aliud niſi diſponere materiam ad intelligentiam, & ponebant exemplum de anima rationali informante corpus, nam ad animę cõceptionem immediatè corpus mouetur, uel ad libidinem ad appræhenſionem mulieris amatæ, uel ad caſum ex imaginatione exterioris caſus. Ergo multo plus poterunt,& immediatius dæmones, & angeli producere effectus naturales abſque ſeminibus. Sed iſta opinio ſicut & præcedens eſt erronea. Ratio eſt, quia cum fieri ſit uia in eſſe, eius propriè eſt fieri cuius eſt eſſe,ergo ab illo erit inducere formam in materia a quo totum compoſitum habet eſſe, & creari. Totum autem compoſitum immediate nõn creatur niſi a Deo, mediate autem non introducitur forma in materia niſi a ſuo ſimili per motum, & tranſmutationem, quia omne agens agit ſibi ſimile, ꝙ eſt agens naturale compoſitum ex materia, & forma; ergo nec dæmones, nec angeli boni uirtute propria immediate producere poſſunt formam ſubſtantialem, uel accidentalem. Ad argumentum autem primum dicendum, quòd licet agens principale plus influat in effectum,quàm agens ſecundarium,non tamen ſequitur, quòd ſemper poſſit ſine inſtrumento producere effectum principalem,ſicut artifex ſine ſecuri non poteſt producere archam. Cum ergo iſti effectus, & formę ſubſtantiales natæ ſint produci ab agente naturali per motum,uel per creationem, ut a Deo. Ideo non

poteſt eos producere immediate ſubſtantia ſeparata, uel dæmon. Nec ualet exemplum de anima quod ponit Auicenna, quia illa non eſt tantum motor, ſed etiam forma, & etiam motus appetitus ſenſitiui ſubditur imperio rationis. Hæc Thom. elicitiuè in 2. ſententiarum, & ibi commentatores.

QVAESTIO II. CAP. IIII. TERTIAE DECADIS.

De miraculis magorum Pharaonis, & Necromanticorum.

QVAERITVR, Si dæmones non poſſunt propria uirtute (ut ſupra dictum eſt immediatè) uerum effectum naturalem producere, quo modo magi coram Pharaone ranas, & necromantici animalia muta uirtute dæmonum produxerunt? Ad quam Aug. 3. de trin. reſpondet dicens, ꝙ cum natura corporalis obediat angelis bonis, & malis ad nutum quantum ad motum corporalem, ut ſuperius dictum eſt, ideo omnes tranſmutationes corporalium rerum quæ poſſunt fieri per aliquas uirtutes naturales, etiam dæmones facere poſſunt. Cum ergo ſerpentes, ranę, pediculi, pulices, & huiuſmodi effectus per tranſmutationes corporalium, & motum produci poſſunt, ut uidemus, quia per putrefactionem, & per ſudorem fieri poſſunt, dæmones cum ſint ſapientiſſimi, & doctiſſimi adhibitis ſeminibus, quæ ſemina ipſi cognoſcunt eſſe in elementis mundi, aut in plantis, & animalibus &c. operantur tales effectus aliquos naturales. Sciunt. n. ad determinata paſſiua cõiungere determinata actiua, ex qua coniunctione ſequitur aliquis effectus naturalis ſicut in generatione alicuius hominis per ſucubum, & incubum factum eſt, ut eſt

dictum,& dicetur infra.) Vnde cum dęmones,& magi,uel negromantici uidentur operari uirtute propria immediatè aliquos effectus, non eſt uerum ; ſed omnia producunt mediantibus rationibus ſeminalibus, & uirtutibus actiuis,& paſſiuis, & cum dæmones ſint agentes uelociſſimi, idcirco uidentur nobis quaſi miracula,ut dicetur. Quod ſi contra arguatur,quòd etiã abſque ſeminibus dæmones producunt multos effectus puta coniunctiones lapidum,& diuiſiones,ut patet in idolis. Reſpondetur, quod tria ſunt genera effectuum. Quidam enim eſt effectus nouus ſine alicuius formæ introductione,ſed uel per diuiſionem partium a toto; ſicut fit idolum per ſculpturam ; uel per coniunctionem aliorum ad inuicem ſicut per coniunctionem lapidum fit paries, & talis effectus poteſt fieri per dęmonem. Alius eſt qui non fit ſine formæ introductione,ſicut leo,& uermis,& iſtum effectum nõ poteſt formare dæmon uirtute propria immediatè,niſi applicando debita actiuis debitis paſſiuis. Alius eſt effectus qui non fit ſine formæ ſubſtantialis introductione tamen ſuper ipſum non poteſt agens naturale, ſicut tranſmutatio materiæ, de forma in formam,ita quòd corpus humanum mutetur in corpus beſtiale, aut ſuſcitatio mortui, & in hos nõ poteſt angelus bonus,uel malus niſi quadam illuſione,ut dicetur. Hæc Thom.in quæſtionibus,de dæmonibus,& Ioan.de Blibia Bononienſis in quolibetis.

ADDITIO.

Poteſt Dæmon tranſmutare res materiales ſecundum locum, uel ad formam artificialem non tamen ad naturalem immediatè. Vnde Cõment. ſuper 7. Meth.ait,impoſſibile eſt,quòd formæ ſeparatæ tranſmutent materiam. Quare ſi quę magicis artibus admiranda fiunt (applicando cauſas actiuas paſſiuis. Scientes Magi conſtellationes ſyderum ; & uires cor-

porum

porum inferiorum) ſigna mendacia omnia ſunt. Sed miranda uidentur, quia breuiſſimo tempore, & modo inconſueto fiunt quæ natura in prolixiori, & modo uſitatiori fieri conſueuit. Vide Aug.3.de trin.cap. 8.Ad quod etiã facit quòd in fine.4. Metheoro. Ariſ. oſtendit, dicens Alchimiſtas ſpecies metallorum uere permutare non poſſe.

QVAESTIO III. CAP. IIII. TERTIAE DECADIS.

An ex Dæmonum doctrina poſſit homo uerum corpus humanum formare ſola naturalium uirium operatione.

QVAERITVR, Cũ dæmones poſſint applicando actiua paſſiuis, formare corpus humanum ſimile Embrioni (ut ſupra dictum eſt.) Quæritur ſi hanc artem, & potentiam coagulandi corpora humana poſſint docere necromãticos homines eis deuotos, ut de Alberto Magno, & Virgilio a quibuſdam affirmatur? Ad quam ſimpliciter reſpondetur negatiuè, ſcilicet, ꝙ homo ex doctrina dæmonum acquirere non poteſt artem uerum corpus humanum formandi ſola naturalium uirium operatione abſque cooperatione eorum, ita ut de nouo corpus iuuenis, uel pueri faceret, ut referunt Vergilium attentaſſe deceptum a diabolo. Quomodo enim homo per artem faceret corpus etherogeneum, & tã tenerum quale requirit anima rationabilis, qui facere non poteſt per artem groſſum, & reſpectu hominis ignobile corpus homogeneum, puta aurum, uel argentum. Quod ſi dicatur Albertum Magnnm, caput formaſſe hominis loquentis arte, & ſola naturalium uirium operatione, illud negatur, & dicitur ꝙ fuerit (ſi tamen fuit) latenti operatione dæmonum, & idcirco Thomas, tunc eius diſcipulus illud fregit, ut fertur. Hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

Quin-

Quintum Caput: De impugnationibus hominum a dęmonibus: Circa quod quatuor quæſtiunculę ſoluentur.

QVAESTIO I. CAPI. V. TERTIAE DECADIS.

Vtrum dæmones homines impugnent;.

QVAERITVR, Si verum eſt quòd dæmones homines impugnent? Ad quam videtur primo reſpondendũ negatiuè. Nam dęmones nihil agunt niſi permiſſi a Deo. Sed deus cum ſit auctor iuſtitiæ, non debet permittere pugnam inter quos eſt inequalis conditio aliter eſſet iniuſtus, aut cauſam damni homini daret. Sed homo & dæmon ſunt conditionis inequalis cũ ij ſint infirmi & ignari, dęmones autem potentes, & aſtuti, ergo. Ad hãc quæſtionẽ reſpondẽtur, quòd homines quatuor modis a dæmonibus impugnãtur. Primo ab extra per obiecti extrinſecus propoſitionem, vel perſuaſionem. Secundo ab intra per paſſionum ſenſitiuarum excitationem. Tertio per phantaſiæ, vel imaginatiuę, immutationem. Quarto per cognitiuè virtutis indirectã cõcitationem. Primo dæmones impugnant ab extra homines per obiecti extrinſecus propoſitionem. Cognoſcens enim callidiſſimus ad decipiẽdum, potentiſſimus ad nocẽdum, tortuoſus humani generis inimicus cũ ſuis ſatellitibus lucifer, quòd voluntatem hominis nec immutare, nec mouere, neque in eam immittere cogitationes poteſt directè & intrinſecè niſi ſolus deus qui eſt cauſa eius. Sciẽs etiam quòd hominum animę inclinantur ſecundum diſpoſitiones corporum. Item quòd actuatio virium interiorum ſpiritualiũ animæ, ſcilicet intelligentiæ, memoriæ, & voluntatis, fit ſecundũ immutatio-

mutationem ſenſuum exteriorum, & item cum nouerit nihil boni, vel mali, in ſpiritum hominis intus habitantem, ab extra uenire poſſe, niſi per quinque ſenſus exteriores, qui ſunt quaſi quinque feneſtrę tabernaculi animæ, Idcirco diſponit occulto modo quantū ſibi a deo permittitur opponere exterius obiectibiliter quinque ſenſibus hominum quibus inſidiatur aliquod ſenſibile, aut a natura formatum, uel aliquod de nouo formandū, ſicut facit quando corpus aſſumit, vel perſuadendo oblatum obiectum, ut fecit cum domina Eua circa pomum. Diſponit etiam, ut occurrant ab extra aliquę rerum habitudines turpes, horribiles, blandæ proſperæ, uel aduerſæ, quarum præcipiti appręhēſione, & immutatione homo ſic, aut ſic moueatur, aut paſſionętur. Flectit etiam quandoq; permittēte Deo oculos hominum ad huiuſmodi obiecta, figit aures hominum uaniloquiis turpiloquiis, & tenacius atque memoratius facit illis intendere, ut ſic homines poſtea talium memoriis a diuinis diſtrahantur. Serpit etiam diabolus, ut dixit Auguſt. in lib. 83. quæſtionum. Hoc malum per omnes aditus ſenſibiles, nam dat ſe figuris, accommodat ſe coloribus, odoribus ſe ſubiicit, infundit ſe ſaporibus, nam quandoque diabolus facit, ut homines in obiectis ſenſuum plus delectentur quam delectatio naturalis eorum habeat. Quandoq; uero facit, ut homines in illis inordinatē ſe oblectent, ſ. pluſquam oportet, uel non ad bonum, & debitum finem. Operatur etiam diabolus in illis obiectis intendendo, & ampliando naturalem uirtutē eorum ad efficacius. ſ. imprimendum, inflāmādū intuentem, nam queadmodū pōt in præſtigiis malignus ſpiritus facere, ut uirga appareat ſerpens, ita pōt facere, ut liquor inſipidus appareat ſapidiſſimus, & facies turpiſſima mulieris poteſt facere inſipienti amanti, ut appareat gratiſſima, ita ut uerè dici poſſit, ſub hac rei ſpecie latet diabolus. Operatur etiam quandoque diabolus, ut homines afficiantur, & delectentur

ctetur aliquibus auibus, canibus, cattis, aut modo prę-dicto, vel per illapſum, & ingreſſum ipſorum dæmonum in ipſis animalibus, vt ſic ſe hominibus magis intimè iungant, & finaliter ꝑdant, ſicut dicitur in Auſtria hominem habuiſſe coruum dęmone plenum mirabilia facientem, & loquentē, & ſicut forte eſt in equis mirabilia facientibus iſtorum pręſtigiantium, vacantium per mundum. Secundo homines impugnantur a dæmonibus ab intra per paſſionum partis ſenſitiuæ, ſcilicet concupiſcibilis, & iraſcibilis excitationem, & maximè mediantibus paſſionibus illis, quæ ſunt uehementiores, & facilius excitabiles, vt amor, ira, luxuria, gula, nam hæc peccata quatuor ſunt media potiſſima, & conuenientiſſima ad inducendam cecitatem mentis, grauitatem corporis, uirium omnium pigritiam, inſipiditatem, ſpiritualium ſomnolentiam, tędium, negligentiam, accidiam, deſidiam diuinorum, quas ob res potiſſimè homines tentant. Quomodo autem excitet paſſiones, & maximè quatuor prædicta peccata ſic declaratur. Nam cum dictū ſit ſupra naturam corporalem bonis, & malis angelis eſſe obedientem quo ad motum localem, ſequitur ꝙ illa quæ ex motu locali aliquorum corporum poſſunt cauſari, ſubijciantur naturali virtuti bonorum, & malorum angelorum, poſſunt ergo mouere omnia corporalia, & ea alterare niſi diuinitus prohibeantur, mouēdo ergo dum volunt alterando, incendēdo illos humores ex quibus materialiter amor laſciuus, ira, gula, luxuria, cauſantur, ut puta choleram, ſanguinem, carnis pruritum &c. ſic excitabunt paſſiones, & peccata illa ſicut etiam alterando ad intra aliquos humores melancholiam, & huiuſmodi immutabunt actum potentiæ nutritiuæ appetitiuę, ut homo ſic eſuriat, vel non fameſcat. De ijs omnibus patent exempla in vitis patrum. Tertio impugnantur ab intra a dæmonibus homines per phātaſię, vel imaginatiuè immutationem ex motione locali ſpirituum, & humorum corporalium. Quod probatur dupliciter,

citer, ratione, & declaratione. Primo ratione. Nam teſte philoſopho libro de ſomno, & vigilia, ſicut deſcendente plurimo ſanguine ad principium ſenſitiuum, id eſt ad cerebrum, vel cor animalis dormientis, deſcendunt etiam motus, ideſt impreſſiones, phantaſmata, & ſpecies relictæ ex motionibus ſenſibilium, quæ conſeruantur in ſenſualibus ſpiritibus, & cum mouent principium ſenſitiuum, ideſt cor, vel cerebrum, cauſantur tũc ſomnia, viſiones, apparitiones imaginariç dormientibus, & quando eſt fortis motio talium ſpirituum etiam vigilantibus cauſant aliquas apparitiones, vt patet in phreneticis, ſic etiam virtute angelorum bonorum, & malorum, quibus, vt dictum eſt humores ſanguinis, & omnia corporalia eis obediũt ad motum localem, poſſunt impreſſiones, & phantaſmata, & ſpecies relictæ ex motionibus ſenſibiliũ in phantaſia, vel imaginatiua moueri, vt tangant principium ſenſitiuum, ideſt cor, vel cerebrum, & fient tunc apparitiones imaginariç, vel phantaſticç quandoque cum alienatione a corporeis ſenſibus in ſomniis, quandoque vero abſque tali alienatione, ergo. Secundo hoc idem probatur declaratione. Nam intellectus noſter habet ſe ad phantaſiam ſiue ad phantaſmata ſicut oculus corporis ad literas libri, in libro autem ſecundum. ꝙ literæ componuntur ſimul, ita oculo repreſentantur diuerſi ſenſus. Sic in propoſito in libro phantaſiæ ſunt literç, & ſimilitudines quaruncumque rerum mundi, quç apprehenſæ ſunt per ſenſum, nam ex quo videt aliquam rem, iam habet ſpeciem, ſeu ſimilitudinem illius in phantaſia, & ſecundum quòd iſtæ componuntur ſimul in phantaſia, ita capiuntur ab intellectu, ſicut patet in libro, in quo ſunt omnes literæ alphabeti ſi componantur ſimul hæ literç d.e.u.ſ. oculus leget Deus, volens ergo verſutus hoſtis diabolus nos ad diuerſas cogitationes inducere, puta, vult tentare te de luxuria, quid faciet? excitabit in phantaſia tua ſimilitudinem mulieris quam aliquando vidiſti,

excita-

excitabit ſimilitudinem alicuius mēbri impudici, vel mulieris nudę &c.& ſe turpiter commiſcentis, intellectus autem non poteſt effugere quin huiuſmodi ſimilitudines videat,quia eſt ſicut ſpeculum lucidum in quo non poteſt fieri quin reluceant illa quę ſunt ibi præſentia,& hoc ſepę contingit dum homo orat aut vacat diuinis.Quantumcunque tamen hę imagines nobis arte dæmonum prę ſentantur, non imputantur tamen nobis ad peccatum niſi conſentiamus.Nam ſicut dubitatio in fide, quæ habet pertinacem animi deliberationem & complacentiam hæreticum facit, & dubitatio in fide quæ procedit a ſcrupulo conſcientiæ quæ potius eſt pœnā quàm culpa,cum frequenter accidat cōtra voluntatē, (vt dicit Ioan.An.in nouella ſuper verbo dubius in fide eſt infidelis,extrà de hęreti.c.1.) non cauſat infidelem, nec hæreticum facit, ita iis tribus extrinſecis modis diabolicis impugnationibus dictis peccatum non committitur niſi voluntate conſentiente.

Quarto diabolus tentat homines per cognitiuę virtutis indirectam concitationem.Nam dæmones nō poſſunt immittere cogitationes malas in voluntate interius eas cauſando eo quòd vſus cognitiuę virtutis non ſubiacet dæmoni,ſed Deo & voluntati.Dicitur tamen dæmon incenſor malarum cogitationum,de pe.di.2.c.ſi enim inquantum incitat ad cogitandum mala, vel ad appetendū cogitata & hoc duobus modis, vel per modū perſuadentis,vel per modum paſſionē agitātis, & iis duobus modis intelligit Damaſce.in li.2. dicens, ꝙ omnis malitia & immundæ paſſiones ex dæmonibus ex cogitatæ ſunt & inuentæ,hæc Henricus de Aſſia ſuper Gen.& in decretis 26.q.5.c.epiſcopi.& c. nec mirū & Tho.pri.par.q.li. & q.3. Ad argumentū autē in fronte quæſtiunculę factum dicitur, quòd licet conditio hominis,& dęmonis in paleſtra, & pugna ſit inæqualis,ſit tamen ex parte hominis recompenſatio,primo per auxilium diuinæ gratiæ, Nam fidelis Deus, vt dicit apoſtolus non patitur nos tētari ſupra id qđ poſſumus.

ſumus. Secundo per auxilium bonorum angelorum, de quo dicitur in Pſal. Scuto circundabit te, vſq; angelis ſuis mandauit de te. Hæc ex theologis, & Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO II. CAP. QVINTI, TERTIAE DECADIS

Quomodo, & quot modis Dæmon hominis ſenſus deludat.

QVAERITVR, Quomodo, & quot modis dęmones deludunt ſenſus humanos? Ad quam reſpondet dominus Bonauentu. in ſecundo ſententiarum diſt. 8. dicens, quòd tribus modis dęmones illudunt ſenſus humanos. Primò oſtendendo præſens eſſe, quod non eſt. Secundò oſtendēdo rē aliter, quàm eſt. Tertio abſcondendo illud, quod præſens eſt. Primum faciunt ſpecies offerendo. Secundum faciunt, ſenſum, vel obiectum variando. Tertium vero faciunt impedimentum præſtando. Primum poteſt ſic intelligi quando phantaſmata exiſtentia interius forti oblatione offeruntur ipſi virtuti interiori, vel virtus interior fortiter illis intendit, tunc ſimilitudo rei videtur eſſe veritas, hoc manifeſtum eſt, per naturam. Nam phrenetico per aſcenſam fumoſitatem ad cerebrum ex modica occaſione exteriori, videtur ei, quòd videat, vel audiat multa quæ non ſunt ſibi pręſentia. Similiter per fortem conuerſionem intentionis phantaſma videtur veritas, ſicut exemplificat Auguſt. li. de trinita. quòd quidam tanta conuerſione cogitabat cuiuſdam mulieris imaginem, quòd ei carnaliter commiſceri videbatur etiam vigilando, & per hunc modum poteſt dęmon diuerſa homini facere apparere. Secundo poſſunt dęmones deludere, ſen-

ſus, oſtendendo rem aliter, quam eſt, nam naturaliter poteſt contingere hoc propter variationem aliquam ex parte organi, ſicut quando humor ſanguinis, vel vapor igneus deſcendit ad oculos, videtur homini, quòd ea quæ exterius ſunt ſint rubea, vel propter variationem aliquam ex parte obiecti ſicut contingit aliquando quòd expoſitione candelæ vel diſpoſitione palearum operatione naturali videntur eſſe ſerpentes. Simile eſt in aliquibus virtutibus quarundam rerum mineralium, vt patet in ſpeculo de chalibe & concauo. Et quia iſte modus non latet dæmones, & ſunt miniſtri veloces, ideo, & talia poſſunt illudendo facere. Tertio modo poſſunt dæmones deludere ſenſus, abſcondēdo illud quòd præſens eſt. Nam res quæ pręſens eſt dupliciter poteſt latere ſenſum noſtrum, at quia impeditur virtus ſenſus & potentiæ ne perueniat ad ſenſibile, aut quia impeditur ſpecies ſenſibilis ne perueniat ad ſenſum. Et vtroque modo poteſt fieri virtute dęmonis, vt ſenſus non percipiat quòd ſibi eſt præſto, & per hanc virtutem dicitur dęmonem poſſe facere, vt hominem reddat inuiſibilem, quod tamen certum eſt non eſſe. Et ſic reſpondetur ad gloſam Rabani. Exod. 7. ſuper illud: Fecerunt magi Pharaonis &c. magi diabolicis figmentis ſpectantium oculos illudebant, vt res in ſua ſpecie remanentes, aliæ viderentur. Et ad illud quod habetur in itinerario Clementis de Nicheta ad Petrū narrante præſtigia Simonis. Vidimus canes cātare, & imagines ambulare. Et de ſociis Vlyſſis conuerſis in beſtias per magnam illam famoſiſſimam Circem; & de ſociis Diomedis conuerſis in volucres, de quibus habetur 18. de ciui. dei. c. 16. Et de adducta ad patrem ſanctum Macharium quæ videbatur a viro & adducētibus equa, à Machario autem mulier. Dicitur ergo quod omnia iſta facta ſunt arte dæmonum, qui cum hæc faciunt, appetere de nouo ſpeciem non dant nec de nouo auferunt, ſed illam quæ erat in phātaſia tam viuaciter & velociter obiiciunt virtuti interiori phantaſiæ,

taſię,& imaginatiuę, ut credat homo ſe intueri rē exteriorem veram ſenſibilem. Quod ſi dicatur ex philoſopho quòd ſenſus particularis circa proprium obiectū non errat. Reſpōdetur, quòd uerum eſt de natura ſua (ſaluis tamen medijs, ſcilicet diſpoſitione organi, medij & obiecti) Hæc omnia ille qui ſupra: & dominus Ioann. de Turre Cremata, ſuper capitu. epiſcopi 25. quæſtio. 5.

QVAESTIO III. QVINTI CAP. TERTIAE DECADIS.

De multis modis, quibus dæmon homines decipit.

QVAERITVR, Si alijs modis præter dictos dæmones homines fallant? Ad quam reſpondetur, quòd diabolus præter modos ſuperius adductos etiam duobus aliis modis nititur homines decipere. Primò per apparentis veri, uel boni deceptionem. Secundo per ſomniorum illuſionem. Primo quidem per apparentis ueri, vel boni deceptionem. Nam licet dæmones mendaciſſimi ſint, conſulentibus tamen mentiri refugiunt, vt ſic dicentes virtutem palliatam, occultent eorum iniquitatem, & opinionem generent, quòd quaſi dij non mentiantur, & grauius opprimant in ultimo credentes. Nam ipſi cum ſint optimi logici per omnes tredecim fallacias philoſophi ſciunt optimi peralogizando homines fallere. Decepit enim dęmon primam mulierum ſyllogizando per fallaciam æquiuocationis huius nominis moriemini. Nam Deus dixerat, in quacunque die comederitis, moriemini, ſcilicet morte ſpirituali, & æterna. Et dæmon dicit. Nequaquam moriemini, ſcilicet morte temporali pro tunc. Hoc modo fallaciter quidam dęmon incluſus decepit regem Manfredum in Apulia, qui cum ſe diſpone-

ret ad bellum contra regem Carolum Franciæ,conſuluit dæmonem incluſum ſuum, quid de bello ſuo ſibi eſſet futurum? Et reſpondit dæmon. Non non ſuperabit gallus apulum. Nam modus eſt etiam nunc, quòd quando aliquis vult efficaciter negare aliquid, bis negationem replicat. Ideo. Manfredus ſe victurum credens acceſſit ad bellum, & ſuperatus eſt a Carolo. Nam duæ negationes faciunt unam affirmationem. Sic etiam alium decepit conſulentem de aduentu inimicorum ſuorum, quos ſecundum reſponſionem dęmonis credebat uenturos ad ſe pacificè ad tractandum de pace. Dixerat enim ſibi dæmon. Inimici enim tui venient ad te ſuauiter, in quo decepit per fallaciam etiam æquiuocationis, cum ipſe acceperit ſuauiter pro benigne, & diabolus pro feſtinanter. Alius etiam conſulens Apollinem, vt dicit Valerius. Si vadens ad inimicos caperetur, vel rediret? Reſpondit. Ibis redibis non morieris in bello, & fuit deceptus per fallaciam compoſitionis, quia dæmon facit punctum ad non. conſulens ad redibis. Vnde quandoque oportet verba diaboli interpretari per contrarium, ſicut accepi a Reueren. domino meo Gundiſſaluo Ferrandis hæredio Taraconenſi archipontifice nunc Vrbis Gubernatore, uiro ſanguine illuſtri, animique prudentia, & vita exploratiſſimo, factum fuiſſe dexteritate, & mira ingenij hominis promptitudine. Anno Chriſti M.cccclxxiij. 16. Kalen. Octobris a domino Magiſtro Franciſco de Toleto, poſtea Sixti Pōtifi. Maxi. datario exin. epiſcopo. Couricenſi. Is enim directus a Duce Mediolani ad Ianuenſes orator, rebus interea in Martem uerſis detentus, & iuſſus eſt, ne quicquam non exploratum prius ab eis, ſcriberet duci. Ipſe uero ſolertia qua pollebat oculatiſſima, ad utranque partem, quę contingere poterant conſpicatus, cum duce prius conuenerat, ut eius literę, pręponere ab eodem, & ordine Hebræo legerentur obten-

ta ergo ſcribendi licentia, oſtenſiſque ſenatui literis, miſit hanc infra epiſtolam, quę retrogradæ ſi legatur, ſpiritum, & rem Ianuenſium omnem duci oſtendit. Poſtergatis aſſertionibus aſſerentium aliter. Iſtos alit bonitas, atque fides, nec inuidia inflammat, eoſdem, quidam ordinatis tramitibus ſe gubernant, nec ſeparant voluntates eorum. Nempe præteritę quæſtionis, memoria cumulata non diffidunt, ſed confidunt ad inuicem. Nulla fortuna aduerſari debet eis; ſed diu nec pauco tempore durare debent, quod clariſſimè conſtat auditu profecto ſuſceperunt beneuolo voto legationem meam, nec nomen domini mei mittentis oderunt, quieta amęnitate non cupida ſub rapina viuere delectatos. Vnde viderunt me viſibus claris, & placidis non facto aliquo tumultu omnium terrigenarum, & forenſium eſſet præſentata cauſa requiſitionis meæ pariter, & aduentus &c. Similis eſt ille verſus qui Abel conuenit recte, Cain vero obliquę prolatus.

Sacrum pingue dabo, nec macrum ſacrificabo.

Dæmones ergo non in aperto fallunt, nec pallam mentiuntur.

Sed ſub clamyde veritatis, & bonitatis decipiunt, aut per fallacias ſyllogiſticas, aut per obiecta extrinſeca propoſita, aut per varias falſas apparitiones, prophetias, reuelationes, phantaſticas allocutiones, aut falſigraphas perſuaſiones immutando, vt diximus virtutem phantaſticam, aut imaginariam. Propter ergo multiplices modos deceptionum fallatiarum, & potentiarum ipſorum malignorum ſpirituum dicit ſcriptura. Geneſis tertio. Sed, & ſerpens erat callidior, ideſt ſecundum aliam tranſlationem ſapięntior cunctis animantibus terrę, quæ creauerat DEVS, & CHRISTVS vocat diabolum fortem armatum. Lucæ vndecimo. Et Iob quadrageſimoprimo. Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei, & 16. quæſt. 2. cap. viſis,

Diabolus habet mille nocēdi modos,& artes. Et Paulus ad Ephe.6.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,& ſanguinem,ſed aduerſus principes, & poteſtates,aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. Et Apo.12.Ve terræ, & mari,quia deſcendit diabolus ad uos habens iram magnam,ideſt poteſtatem.Secundo decipit etiam per ſomniorum illuſionem.Nam quandoque operatione dæmonum aliquę phantaſię dormientibus apparent,in quibus aliquę eis reuelāt quandoque quidem quædam uera,ſiue de ſpiritualibus, ſicut Aug.refert.18.de ci.Dei,ꝙ quidā philoſophus quędam platonica dogmata cuidam in ſomnijs expoſuit, qđ per operationem dæmonum. Aug.factum dicit.Siue decorporalibus pręſentibus, uel futuris præcipue ijs cum quibus dæmones habent aliqua pacta illicita, quibus quandoque reuelat ea quorum ipſi cauſa ſunt, quandoque quædam quorum ſigna prænoſcunt,quę tamen hominibus ſunt occulta,quandoque immittūt ſomnia falſa,& deceptoria,ſicut patet per Gregorium 4.dialo.c.50.ubi dicit, quòd cum quidam ſomnia uehementer attenderet, diabolus ei per ſomnium longa ſpacia uitę promiſit, cumque indirectè multas pecunias collegiſſet ad ſtipendia longæ uitæ, deceptus a dęmone repente defunctus eſt, intactas relinquens male partas pecunias. Similiter etiam patet in illo de quo in uitis Patrum legitur, quòd cum audiret miracula Moyſi cœpit eum pręferre Chriſto,& de nocte diabolo apparente uidit Chriſtum per ſomnium in choro hominum in ueſtibus nigris,& Moyſen in choro angelorum in ueſtibus albis, propter quod ſomnium ille a fide receſſit, ſed poſtea illuminatus intellexit fallaciam, & ad Chriſtum reuerſus eſt. Tales igitur omnes reuelationes ſomniorum, & reſponſiones non appetendæ, ſed execrandę, & non credendæ ſunt. Primo, quòd frequenter falſa reuelant, quia ipſe diabolus mendax eſt, & pater mendacij. Secundo,quia dato,quòd aliquando uera reuelet,tamen

ſemper intendit perditionem hominum, & ideo pluries uera dicit, ut homines aſſuefaciat ad hoc, ut ei credatur, & ſic intendit perducere ad aliquid humanæ ſaluti nociuum. Hæc ex Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

ADDITIO.

Quia natura peruerſus eſt Dęmon, aſtutus, & iniquus ideo aſtutia ſemper in nos abutitur, quam explicare nequimus, cum mille nocendi artes habeat quas quidem aſtutias Leo Papa in Ser. colligens, ait; Non deſinit antiquus hoſtis &c.

QVAESTO IIII. CAP. QVINTI, TERTIAE DECADIS.

Cur permittat Deus hominum genus a Dæmonibus tentari.

QVAERITVR, Quare permittit Deus, ut homines a dæmonibus inſidientur? Ad quam ſic reſpondetur, quòd cum diuina prouidentia ordinare nouerit mala in bonum, & bonum inferiorum per ſuperiora procuret, & ipſi angeli medij inter Deum, & homines, bonum hominum per angelos procuratur, & hoc dupliciter. Directe inquãtum homo reducitur ad bonum, & retrahitur a malo, & hoc fit per angelos bonos. Alio modo indirecte dũ aliquis per impugnationẽ a cõtrario retrahitur a malo, & promouetur ad bonũ, & hanc procurationem habent facere mali angeli dati hominibus ad exercitium Deo permittente. Hæc Thom. in quæſtionibus de dęmonibus, & in prima par. quęſt. 115.

ADDITIO.

Permittit itaque Deus homines perſequi, & impurgnari, ut diligentes ipſum manifeſti fiant, & dediti uoluptatibus reprobentur. Nullo enim ſe opponentè aduerſario, non probarentur regis ingenui mi li tes.

Sextum Caput, De tentatione hominum a dæmonibus: Circa quod ſex quſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. CAP. SEXTI, TERTIAE DECADIS.

Vtrum Dæmonum officium ſit homines tentare.

QVAERITVR, Si tentare homines ſit proprium officium dæmonum? Ad quam primo uidetur reſpondendum negatiuè. Nam Gen. 22. ſcribitur, quòd Deus tentauit Abraham de immolatione filij, ergo. Item mūdus caro, & homo tentat Deum hominem atque ſeipſum ergo non eſt proprium officium dęmonu m tentare? Ad hanc quæſtionem reſpondetur, quòd tentationis duplex eſt finis. Primus proximus, ſcilicet ſcientia ſiue experientia de aliquo quem tentamus. Nam cuiuſlibet tentantis intentio propri e eſt, uelle ſcire aliquid de tentato. Et ulterior, & alius finis bonus, uel malus, qui quandoque quæritur ex percepta ſcientia. Bonus quidem cum aliquis tentat, aliquid ſcire de ſcientia uel uirtute alterius, ut eum promoueat ad dignitates. Malus quando tentat de aliquo ſcire aliquid, ut eum decipiat, uel ſubuertat, & hoc proprie dicitur quando

quando cupimus de aliquo aliquid ſcire, vt cum deci piamus, vel ſubueniamus. Et q̃a hoc eſt propriũ diaboli qui tentat, ut nos decipiat, ideo per quandã anthonomaſiam diabolus dicitur, tẽtator ſᵐ illud. 1. Theſ. 3. Ne fortè tentauerit uos is qui tentat glo. i. diabolus, cuius eſt officium tentare. Quantum uerò ad finem bonum, ut quis alteri bene faciat ſic Deus, angelus bonus, & ueri amici tentant. Si autem loquimur quantũ ad proximum finem tentationes. ſ. uelle ſcire de aliquo aliquid, hoc eſt dupliciter, uel uult ſcire aliis, & ſic Deus tentare dicitur, ut ſciat; ideſt ut faciat alios ſcire, ſicut dicitur Deuter. 13. Tentat uos dominus Deus ueſter, ut palam fiat, utrum diligatis eum. Quomodo tentauit Abraham, ut mundo oſtenderet obedientiam eius. Et Thobiam, & Iob, ut oſtenderet eorum patientiam, & Philippum, ut oſtenderet eius fidei paruitatem. Ioan. 6. Vel tentat, ut ſciat ſibi, & ſic quandoque homo tentat Deum cupiens quaſi incertus experiri Dei uirtutem, poteſtatem, ueritatem, & bonitatem, ſicut Iudas machabeus cum paucis iniens bellum contra Bachidem copiis multis munitum tentauit poteſtatem diuinam, & occiſus eſt. 1. Machab. 9. Et Henricus Imperator tentauit Dei ſapientiam cum ſuſpectam haberet uxorem, uirginem, & ſanctam de adulterio, & coegit eam nudis plantis ſuper ferrum ignitum incedere, & illa innocens illæſa euaſit, ut patet in cronicis. Tentant alii Dei clementiam qui petunt ſibi peccata dimitti iniurias aliis retinentes, & ſic tentantes Deum maximè peccant, cum agant cõtra uirtutem religionis, cuius eſt de excellentia Dei optimè, & certè ſentire. Et ſic patet accipi quomodo tentare, diuerſis diuerſimodè attribuatur. Nam tentat Deus, ut ſcire faciat, tentat homo, ut cognoſcat, & promoueat, tentat diabolus, ut ſciat, & decipiat, tentat homo malus, ut diaboli cooperator exiſtat, tentat mundus, & caro materiam diabolo miniſtrantes. Quia tamen tentare propriè eſt de aliquo experimen-

experimentum,& ſcientiam accipere ad decipiendum, quod proprijſſimum eſt, diaboli & cooperantium ei. Idcirco dicitur, quòd tentare per quandam excellentiam angelis malis conuenit, & cooperatoribus eorum. Et per hæc patet ad dubium ſolutio. Hæc Tho. 1. par. q. 113. Et ſecunda ſecundæ. q. 97.

QVAESTIO II. CAP. VI. TERTIAE DECADIS.

Quare Dæmones homines tentant.

QVAERITVR, Ad quid prætendit tentatio dæmonum? Ad quam reſpondetur, ꝙ tentatio dæmonum, ſiue calliditas contra hominem circá quinque laborat. Primo, ad corrumpendum fidem ſalutarem erroribus ſuperſtitionibuſque. Secundo, ad conſeruandum hominem in illis. Tertio, ad inducendum uiam contrariam uirtutibus. Quarto ad confirmandum hominem in ſuis iniquitatibus, ut ſic finaliter, pereat, & damnetur. Quinto, ut homo patiatur ęgritudinem, & afflictionē, ut ſic iraſcatur, & Deum offendat, ut habetur in glo. c. poteſt fieri, de pœn. diſt. 1. hæc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO III. CAP. VI. TERTIAE DECADIS.

Quot, & quæ ſunt hominum tentatores.

QVERITVR, Quot, & quæ ſunt tentantes, & inſidiantes hominibus? Ad quam ſic reſpondetur, quòd ad perfectam rationem tentatoris tria requiruntur. Primum, ꝙ per tentationem dubium aliquod ignorantibus mani-

nife-

niſeſtetur. Secundum, quòd ſit intentum hoc ab eo qui tentat. Tertium, ut tentator cognitionem huius rei uelit accipere quaſi ab eo ignotam. Ratione primarum duarum conditionem competit tentare Deo ſicut patet in Abraham. Nã per immolationem filij manifeſtabatur obedientia,& fides Abrahæ, & hanc manifeſtationem Deus intendebat. Tertium tamẽ ibi defuit, quia per tentationem illam non accepit Deus cognitionem quam prius nõ habuit. Alia eſt tentatio in qua ſaluatur unum prædictorum tantum, ſcilicet manifeſtatio tentati, & hoc modo dicitur tentare caro, mundus,& diabolus, quia in ijs manifeſtè cognoſcitur uirtus, uel infirmitas eius qui tentatur, ſicut in bello cognoſcitur uirtus militis. Vnde impugnatio ipſius uirtutis mentis a quocunque ſit, dicitur tentatio. Et hęc impugnatio habet fieri dupliciter. Vno modo a principio intrinſeco,& ſic tentat caro. Alio modo a principio extrinſeco, & hoc dupliciter. Quia exterius principium, uel impugnat per modum obiecti, & ſic eſt impugnatio a mundo cuius rebus corda alliciuntur ad peccandum. Vel illud principium impugnat ꝑ modum agentis trahentis ad peccandum, uel perſuadendo, terrendo, uel blandiendo, & hoc modo dicitur eſſe tentatio a diabolo, & a membris ſuis hominibus malis,& ſic patet quomodo diuerſimodè tentare conuenit Deo, carni, mundo & diabolo, & malis hominibus. Hæc ex theologis.

QVAESTIO IIII. CAP. VI. TERTIAE DECADIS.

Vtrum tentationes ſint appetendæ.

QVAERITVR, Si tentari a diabolo, & ab aliis dictis tentatoribus ſit appetendum? Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam Iacobi primo dicitur. Omne

ne gaudium exiſtimate fratres mei cũ in tentationes varias incideritis. Item illud in quo virtus alicuius manifeſtatur eſt appetendum, ſed tentationibus manifeſtatur virtus hoĩs, & ibi quodammodo virtus refloret, ergo. Sed in contrariũ eſt Chriſtus qui nos docet: oremus à nobis tentatio amoueatur in oratione dominica, dicentes. Et ne nos inducas in tentationem. Item Mat. 26. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Et 1. Corinth. 10. tentatio vos non apprehendat niſi humana, id eſt venialis, quia ſine hac vita humana non agitur. Ad hoc reſpondetur, quòd cum per ſe nihil appetatur niſi illud quod non habet rationem boni, & finis, cum tentatio habeat rationem boni; & finis propriè, propriè & per ſe appeti non debet. Quia vero tentatio ordinabilis eſt in finẽ, & hoc poteſt habere rationem boni. Ordinatur autem aliquid ad finem dupliciter. Vno modo per ſe, illud, ſcilicet, quod de ſe habet ducere in finem, ſicut medicina bene confecta, & ſubiecto bene diſpoſito applicata ſecundum ſe in ſanitatem habet ducere per ſe. Alio modo per accidens, illud ſcilicet, quod de ſe habet ducere in alium finem quam in finem illum, tamen per aliam cauſam concurrentem habet ducere in finem intentum, ſicut ſiquis comederet venenum, vt moreretur; & inde contingat eum ſanari. Cum igitur tentatio per ſe ordinetur ad perditionem hominis, & ad ſalutem non ordinetur niſi per accidens per hoc, ſcilicet, quod vincitur per auxilium gratiæ diuinæ. Ideo ſimpliciter tentari non eſt appetendum, ſed eſt appetendum per accidens, ſcilicet tentari, & ſimul cum auxilio diuino vincere. Veruntamen quia propter fragilitatem humanam victoria eſt nimis dubia, tentatio ſecurius, & melius fugitur, quam quæratur. Ad argumentũ dicitur quòd Iacobus non hortabatur ad gaudium de tentationibus, ſed ad patientiam per quam vincuntur tentationes. Nec patientia relucet niſi præſuppoſita victoria. Ad ſecundum

patet

patet reſponſio in corpore quæſtionis. Hæc ex theologis.

ADDITIO.

Mulierem potius Dæmon tentauit, quia mulier facilior eſt ad conſentiendum. Cum ſit debilioris uirtutis, ideo facilius uictoriam obtinuit. In ſpeciem ſerpentis aggreditur, non ſolum quia inter animalia Dæmoniaca, ſerpēs eſt accommodatiſſimum ipſi diabolo; uerum etiam ut ſciremus quòd ſicut a ſerpente nihil boni ſperare poſſumus. Sic a Diabolo nihil, niſi fæditatem, & exitium animę, multigenumque malum ſuſcipere. Quod autem, non aliud animal Deus ei permiſerit, niſi ſerpentem, ideo factum eſt, ut homo dedignaretur tam deformi animali plus credere quā Deo, & ut poſt caſum maiorem haberet occaſionem ſeipſum arguendi, quòd tam uili, & abiecto animalculo contra apertiſſimum uerbum Dei credidiſſet. Cęterum, ut uel ſic eius natura nobis innoteſceret. Vocali uerò locutione tentauit. Quia (ut Diuus Hieronymus in prolog. ait) habet, neſcio quid latentis energię uiuę vocis actus. Et ſicut Dęmon utitur Dęmoniacis, & eorum lingua mouendo, eos loqui facit, ut hoc uel illud dicant, quod ipſimet tamen ignorant, ſic uſus eſt ſerpente, ut organo, eius linguam ducendo. Et ipſum loqui faciendo, quod cum D. Augu. concordat. ij. ſuper Gene. Cum ait. Quod ſerpens non irrationali anima ſua, ſed alieno iam ſpiritu, idest diabolico, poſſet ſapientiſſimus dici omnium beſtiarum.

QVAESTIO V. CAP. VI. TERTIAE DECADIS.

Cur Dæmon mulierem Euam aggreſſus, in ſerpentis ſpecie, & uocali locutione tentauit.

QVAE-

QVAERITVR, Quare dæmon dominam Euam non tentauit interiori ſuggeſtione, ſed vocali locutione, & quare magis in ſpecie ſerpentis, quam cæterorum reptilium, uel animalium? Ad quam ſic reſpondetur, ꝙ cũ permittente Deo diabolus hominem tentare potuiſſet interiori ſuggeſtione,& phantaſtica perſuaſione permiſit tamen niſi, vt tentaret perſuaſione,& apparentia extériori uocalis locutionis,ut ſic latentem ſuę malitiæ conditionem per linguam proderet, & ſe manifeſtè,& conuenienter primis parentibus exhiberet. Et in ſpecie ſerpentis magis quam cęterorum reptilium, uel animalium apparere, & loqui uoluit, quia inter omnia genera ſerpentium uirulentorum,ut dicit Albertus lib.21.animalium.Serpens eſt calidior, & aſtutior, dicente etiam ſcriptura. Sed & ſerpens erat calidior, ideſt prudẽtior cęteris animantibus terræ.Addebat etiam ad prudentiam,& malitiam ſerpentis, quia ut dicit Auguſt.11. ſuper Gene. Diabolus ſerpentem illum impleuit, & ei ſpiritum ſuum commiſcuit. Hęc ex Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO VI. CAP. VI. TERTIAE DECADIS.

Quod uox hæbrea ſit primum,& poſt iudicium erit ultimum Idioma.

QVAERITVR, Quo idiomatæ dęmon primos parentes eſt allocutus, & quod fuit primum idioma, & quòd erit ultimum in beatis, & damnatis poſt iudicium, & quo idiomate Deus in paradiſo terreſtri cum primis parentibus loquebatur? Ad quam reſpondetur, quòd dæmon voce idiomatica hæbrea exteriori, formata lingua corporis animalis ſerpentis locutus eſt primis parentibus. Quod idioma hæbreum primis parentibus

ſus Deus gratuitè primo donauit, & illud angelis bonis, & malis qui in ſtatu innocentiæ locuturi,& inſtructuri erant,& homines cum eis familiariter conuerſaturi a principio impreſſit. Quo idiomatè Adam nomina animalibus impoſuit. Nam conſtat, vt dicit Hieronymus quòd omnia nomina,quæ in Geneſi leguntur a principio vſque ad diuiſionem linguarum eſſe nomina hębraica, & hac lingua etiam Deus in paradiſo in ſubiecta creatura ambulans primos parentes allocutus eſt,& ipſi exteriori lingua ibidem cum Deo, & diabolo loquebantur, quo vtentur etiam beati, & damnati poſt iudicium, quamuis beati poterunt adinuicem linguis omnibus loqui, non autem damnati. Dicunt etiam Hieronymus cum Origene quòd experientia probatum fuit, infantem clauſum, & a nutrice lege poſita, non edoctum prorupiſſe in primum verbum idiomate hæbreo. Lehem,ideſt panem, & yain, ideſt vinum. Hærodotus tamen libro ſecundo quòd infans Troianus mox natus,& clauſus a nulloque inſtructus,ex ſe primum verbum prorupit lingua troiana, artos, ideſt panem, ynos, ideſt vinum hęc Henricus, & ſupra adducti.

Septimum Caput: De potentia,& conditione ipſorum dęmonum: Circa quod quatuor quæſtiunculæ enucleabuntur.

QVAESTIO PRIMA, CAP. VII, TERTIAE DECADIS.

Vtrum dæmones futura cognoſcant.

QVAERITVR, Si dęmones cognoſcunt futura? Ad quam ſic reſpondetur, quòd futurorum triplex eſt genus. Quædam habent cauſam determinatam, & infallibilem,

lem, vt ſunt illa, quæ attenduntur circa motum corporeum ſuperiorum in quibus eſt determinatio, & omnis impedimenti remotio, & de talibus eſt concluſio prima, quòd dæmones cognoſcant talia futura in ſuis cauſis, cuiuſmodi ſunt ea, quæ circa motum cœli accidunt, vt ortus, & occaſus, eclipſes, coniunctiones luminarium, quæ omnia multo melius cognoſcunt per ſpecies cauſarum innatas, quam aſtronomi per artem. Secundum genus futurorum eſt, quæ habent cauſam determinatam, ſed tamen fallibilem aliquando, vt ſunt illa, quæ ſunt ſecūdum inferiorem naturam, quę ideo habuit cauſam determinatam, quia naturæ intentio mouet determinatè ad vnum. Ideo vero fallibilem, quia multiplex poteſt occurrere impedimentum; vtpotè ager ſeminatus ſi terra pinguis eſt, & bona diſpoſitio corporum ſuperiorum afferet pinguem fructum. Et de talibus eſt ſecunda concluſio. Quod dęmones futura cognoſcunt non omnino certitudinaliter, ſed cognitione coniecturali, & hoc modo aſtrologus prædicit quædam futura, quæ conſequuntur ex motibus cœli in iſtis inferioribus, quæ tamen impediri poſſunt propter defectum cauſarum inferiorum, & talium cognitio tanto magis ad certitudinem accedit, quanto ad vnum effectum plures cauſæ concurrentes cognoſcuntur, quanto virtus cauſę melius cognoſcitur. Vnde, qa Dæmones ſubtiliſſimi ſunt, ideo in talibus melius cognoſcunt. Tertium genus futurorum eſt, quæ habent cauſam indeterminatam, & fallibilem, ſicut dicuntur ea, quæ ſunt ad vtrumlibet, ſicut ſunt ea, quę dependent a voluntate noſtra, quæ indeterminata eſt, quia poteſt ad oppoſita mouere, fallibilis etiam eſt, quia poſſunt volenti etiam perficere, occurrere multa. Et de talibus eſt tertia concluſio, quòd dæmones non cognoſcunt talia, ſed ſolus Deus. Prima futura poſſunt diuinare, & prænuntiare dæmones certo. Secunda non certitudinaliter. Tertio nullo modo, niſi ſolus Deus, & cui voluerit Deus reuelare, a cuius actus

vſur-

vſurpatione, diuini vocantur, qui futuris prænunciandis intendunt. Quarta concluſio (quaſi corolarium) eſt, quod licet dæmones ſciant futura primo modo, non eſt tamen eis danda fides, cum reuelant, quia intentio eorum eſt ad fallendum, & ſi quandoque dicunt vera, hoc faciunt, vt aſſueſcant homines in aliis ad credendum. Non ergo diuinationibus eorum danda eſt fides. Hæc Thom. & Bonauentura, & dominus Ioann. Cardinalis ſuper cap. ſciendum. 26. quæſtio. 3. Quod ſi quæratur quomodo ſciunt dæmones quandoque præſentia reuelando quid nunc faciant reges &c. Reſpondetur, quia dęmones non mouentur localiter ad cognitionem aliquam acquirendã, ſed benè ad aliquid operandum in loco. Vnde dæmon ſicut non indiget motu ad ſciendum ita nec mora temporis ad motum localem: ideo ſtatim poteſt adeſſe applicando ſe, & reuelare, ſicut anima noſtra etiam ſtatim tranſit cogitando de Gallia, in Syriam. Thom. 1. par. q. 113.

QVAESTIO II. CAP. VII. TERTIAE DECADIS.

An dæmones hominum cogitationes cognoſcant.

QVAERITVR, Si dæmones cognoſcãt cogitationes hominum? Ad quam primo videtur reſpondendum affirmatiuè. Nam vt dicitur a Gregorio in moralibus. Intellectus beatorum reſurgentium intendentes in vniuſcuiuſque intellectum fęlicium aliorum ſimul, & conſcientias eorum penetrabunt. Sed reſurgentes erunt ſimiles angelis. Matt. 22. ergo, & angeli boni, & mali, ſimiliter poſſunt. Reſpondeo dicendum, ꝙ cogitatio hominis dupliciter poteſt ſciri. Vno modo indirectè hoc eſt in effectu, & hoc mõ nedũ homines

& angeli boni, ſed dęmones etiam ſcire poſſunt cordium cogitationes, & tanto ſubtilius angeli boni, & dæmones, quanto effectus huiuſmodi fuerint magis occulti. Cognoſcitur etiam cogitatio interdum non ſolum per actum, & effectum, aliquem exteriorem, puta locutionem, vel operationem, ſed etiam per aliqua ſigna faciei, & mutationem vultus. Vel per ſigna aliqua corporis quod quidem diuerſimodè mouetur ſecundum diuerſitatem affectionum. Nam dicitur Eccleſi.13. Cor hominis immutat faciem eius. Et Iuuenalis li.3. Depræhendas animi tormenta latentis in ęgrotorum facie, & Ouid. de arte amandi. Sępe tacens vocem, verba quod vultus habet, & hoc etiam modo homines cognoſcunt cogitationes cordium, ſed angeli, boni, & mali tanto facilius, quanto ſubtilius immutationes occultas corporales perpēdunt. Et medici etiam aliquas affectiones cognoſcunt per pulſum puta quòd homo triſtatur, vel amet. Hanc autem cognitionem. D. Bonauentu vocat coniecturalem, & ſecundm hanc cognitionem indirectam, vel coniecturalem, vel in effectu intelligitur dictum Aug. 22. ſuper Gene. ad literam, ꝙ angeli cognoſcunt cogitationes noſtras nobis etiam inuitis. Item lib. de diuinatione inquit. Dæmones hominū diſpoſitiones non ſolū voce prolatas, verū ēt cogitatione cōceptas, cum ſigna quædā in corpore ex animo exprimuntur, tota facilitate perdiſcunt, hæc ille. Alio modo poſſunt cognoſci cogitationes directè, prout ſunt in voluntate, & tunc eſt concluſio ſecunda. Quod nec dæmones, nec angeli, nec homines cognoſcūt cogitationes, ſed ſolus Deus. Probatur hoc primo ſic. Nam cū angeli, & dæmones ex ſpeciebus inditis, & innatis cognoſcant naturaliter, voluntas vero hominis cum nulla re conueniat, a qua poſſit elici eius ſimilitudo, ideo directè, nec voluntates, nec affectiones voluntatum, nec cogitationes prout ſunt in intellectu poſſunt ab homine, vel ab angelis bonis, vel malis cognoſci, ſed a ſolo Deo, cui ſoli voluntas

luntas hominis ſubiacet, & ſolus in ea operari poteſt, cum ſit eius principale obiectum,& ultimus finis. Propter hoc dicitur Hier. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? ego dominus ſcrutans cor,& probans renes. Et primæ Corint. 2. Quis.n. ſcit hominum, quę ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Quæ uerba ſic exponit Ambro. Voluntates, & ſecreta cordis quis hominum ſcit niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, ideſt, niſi animus ipſius, & non alterius. Manifeſtum eſt enim cogitationes noſtras a nullo ſciri niſi ab animo noſtro, quem hic ſpiritum dicit. Ita, & quæ Dei ſunt, ideſt ſecreta, & occulta Dei, nemo poteſt ſcire niſi ſpiritus Dei qui in ipſo eſt,& eſt oſtenſio a minori. Et Aug. lib. de eccleſiaſticis dogmatib. dicit. Internas cogitationes noſtras diabolum non uidere certum eſt. Facit ad hoc quod dicit dominus Bonauen. ꝙ ſicut Deus uoluntati rationalis creaturę dedit dominium ſiue arbitrium cui nulla potentia præſidet niſi diuina, ſic eius potētiæ cognitiuæ dedit conſcientię ſecretum, cuius ſecreta, & profunda non penetret niſi diuina ſapiētia. Et ideo nulla creatura, aut humana, aut angelica poteſt conſcientię humanæ ſcire ſecreta, niſi per ſigna, uel per coniecturas, uel niſi nouerit Dei reuelatione, aut hominis detectione, & denunciatione. Hęc Thō. in quæſtionibus de ueritate,& in 1. p. q. 57.& D. Bonau.& d. Ioan. de Tur. Cre. in c. quodam loco. 25. q. 3. Dominus autem Herueus, cum domino Ioan. Scoto dicunt, ꝙ dæmones cognoſcunt cogitationes noſtras quantum ad ſubiectum obiectum,& affectum, ad quem inclinant, non autē quātum ad finem, puta ſciunt quid cogitamus, ſed ignorant ad quem finem, cognoſcunt te cogitare fœminā, ſed ignorant an ad uoluptatem, uel ad alium finem. Ad arg. Gregorij dicēdum, ꝙ in reſurrectione propter claritatem corporis,& ſubtilitatem eorum penetrabitur mens eorum, quō ad quantitatem gratiæ,& gloriæ; & non autem quō ad cogitationes cordium,& ſic

dicitur de angelis bonis, & malis nunc uſque ad diem iudicij. Hęc ex ſupra adductis.

QVAESTIO III. CAP. SEPTIMI, TERTIAE DECADIS.

An Dæmones miracula facere poſſint.

QVAERITVR, Si dæmones facere poſſunt miracula? Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam dicit Auguſt. lib. 83 quæſtionum. Plerunque artibus magicis, & dæmonum fiunt miracula ſimilia illis, quæ fiunt per ſeruos Dei, ut patet ex Valerio maximo lib. 1. Rubrica de miraculis. Item ſuſcitatio mortuorum miraculum eſt, diabolus autem fecit mediante phitoniſſa in ſuſcitatione Samuelis, ut patet. primo Reg. 28. Reſpondetur, quòd ſi miraculum accipiatur propriè, prout eſt aliquid arduum, inſolidum ſupra facultatem totius naturæ creatæ, & preter ſpeciem admirantis apparens (ut dicit Aug.) Dæmones ſic miracula facere non poſſunt, nec aliqua creatura niſi ſolus Deus. Si autem miraculum accipiatur communiter pro eo quod excedit facultatem, & conſiderationem humanam, ſic dæmones poſſunt facere miracula, quæ uerius dicerentur mira, inquantum homines illa ſic facta mirantur, quia eorum facultatem, & cognitionem excedunt. Quamuis autem opera dæmonum, quę nobis miracula uidentur, ad ueram rationem miraculi non pertingant, ſunt tamen quandoque uerè res, ſicut magi Pharaonis per uirtutem dæmonum ueros ſerpentes, & ranas fecerunt, & quando ignis de cœlo cecidit in familiam Iob, & gregibus &cęt. quæ fuerunt opera ſathanæ, & phantaſmata non fuerunt, ut dicit Auguſtin. 20. de ciuita. Dei

Ad primum dicitur quòd illa propriè dicuntur mira, & non miracula. Ad ſecundum dicitur quòd phitoniſſa non vidit Samuelem, ſed diabolum in ſpecie, & ſimilitudine Samuelis, quem phitoniſſa credidit Samuelem, & ideo ſuſcitatio non fuit vera, ſed phantaſtica. Thom. prima parte, quæſtio. 110. & Ioan. de Tur. Cremata. 25. quæſtio. 3. c. quodam loco.

QVAESTIO IIII. CAP. VII. TERTIAE DECADIS.

An mulieres de nocte cum Diana æquitantes ſit illuſio Dæmonum.

QVAERITVR, An ſicut dicitur de mulieribus, de nocte æquitantibus cum Diana, vel cum Herodiade vxore Philippi, ſit ſic in re, an ſit illuſio dæmonum. Ad quam videtur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam legitur de archiepiſcopo Biſontino quem diabolus vſque Romam tulit. Simile dicitur de Alberto Magno à colonia Romam, dæmone ad diſputandum adducto. Et de bono angelo ſcribitur. Dan. 14. quòd tulit Abachuch de iudea in Babylonem, in uertice eius, vt portaret prandium Danieli. Reſpondetur; quòd ea, quæ dicuntur de Diana, & Herodiade falſa ſunt. Primo, quia Diana dea paganorum in mundo hoc, nec in alio reperitur, nec Herodias eſt in mundo, cum qua dicunt ſe æquitare. Non enim permittitur a Deo, quòd talis, & quæ Ioan. Baptiſtam fecit interfici, exeat de inferno ad æquitandum. Item falſum eſt, quòd dicunt ſe æquitare ſuper quaſdam beſtias, non enim in tam breui tempore realiter, corporaliter iſtæ beſtiæ tanta terrarum ſpacia poſſent tranſcurrere, & tam ſilenter ambulare, nec viderentur comedere. Et ergo

didicimus, & audiuimus aliquos habuiſſe, & habere dęmones incluſos in fialis,ſtatuis,ut ĩ idolis tpe noſtro & idola rarũ,& ab eiſdẽ coercitos dediſſe reſponſa pe tentibus. Ad hãc qõnẽ rñdendo ponũtur ſex cõcluſio nes. Quarum prima eſt ꝙ pars quæſiti negatiua eſt ue ra. Probaẽ,q̃a ſi ęqualis nõ pręualet ęquali,multo mi nus põt pręualere ĩferior ſuperiori,uel infirmior potẽ tiori. Sed quilibet hõ naturaliter eſt inferior, & infir-mior oĩbus angelis, & dęmonibus, imo ex dicto Xpi, q̃ minor eſt inter angelos maior eſt oĩ hoĩe, ergo nõ poterit hõ compellere,uel cohercere dęmones ad in-greſſum, & fixe alicubi ſtãdũ, ꝓpterea dixit Iob. 41. Non eſt ſuper terrã poteſtas, q̃ cõparetur ei.ſ.diabolo. Itẽ ſi hõ nulla arte, aut ui uerborũ, uel caracterũ, aut herbarũ,uel lapidũ compellere põt aliũ hoĩem, ut ali-quẽ locũ determinatũ intret,ibiq; immobiliter ſtet,& maneat donec licẽtietur, ꝙ magis debere poſſet fieri, cũ hõ ſit animal rõnale directè ſubiectũ, ſm ſuã cõpo ſitionẽ, & conditionẽ naturalem corporibus cęleſtib. & elemẽtis, & eorum accidẽtibus.ſ.influxibus, & im-preſſionibus alterationibus,& trãſmutationibus,ergo multo minus põt hõ diabolũ cõpellere, qui directè ſe-cundũ ſuã cõpoſitionẽ non ſubijcitur corporibus cœ-leſtibus, nec eorum influxibus, aut accidentibus. Se-cunda cõcluſio. S. aliquãdo apud hoĩes eſt,uel fuit ars cogendi dæmones ſeu ſpiritus malos uerbis aut cara-cteribus, aut alijs quibuſcunque rebus, illam non ha-buerunt a dæmonibus. Hæc concluſio probatur ſic. Quia non eſt ueriſimile,ꝙ dæmones ſuperbiſſimi uel lent homines docere quomodo poſſent ſeruitutem hominum redigi, & ab eis captiuari, incarcerari, in-cludi,uel expelli pro libito hominis,quãdo & ubi uel lent. Tertia conſiluſio. Si dæmones quandoque com pelluntur,uel coercentur ad ingreſſum, uel egreſſum uerbis, caracteribus &c. hoc fit,uel a ſummo Deo,uel ab angelis bonis. Vel etiam fortè dæmones inferio-res a ſuperioribus, & potentioribus dęmonibus com-

pelluntur ad hoc, uel ad illud. Vel certè dæmones quãdoque fingunt ad huiuſmodi per homines ſe compelli, cum tamen ſpontè, & libenter ueniant, ut credentes facilius opprimant. Nam ut dicit Aug. Dæmones ob nihil aliud beneficium prꝗſtant, niſi ut credentes occultius finaliter perdant. Quarta concluſio. Si eſt, aut fuit unquam apud homines aliqua ars coercendi, uel compellendi dæmones exorciſmis, aut combinatione, ſeu adhibitione aliarum quarumcunque rerum, illa erat & eſt ſolum miniſterialis reſpectu Dei, uel bonorum ſpiritnum, ita ualet quòd ex diuino pacto ſecreto quotiens talis homo dixerit talem exorciſmum, tali modo, & intentione, aut cum talibus cerimonijs, coerceantur, uel compellantur ſpiritus maligni per ipſum Deum, aut angelos eius poteſtatiuè exorciſta ſolum exiſtente ſuo modo miniſtro. Quinta concluſio. In chriſtiana religione, credere eſſe aliquam artem coercendi dæmones, aut aliquem exorciſmum habere efficaciam in expulſione, ſeu coertione illorum, ſuperſtitioſum eſt. Probatur, quia nec in eccleſia primitiua, nec in eccleſijs modernis, exorciſmus aliquis proprius, & determinatus expellendi dæmones ab obſeſſis hominibus, uel illos conſtringendi, niſi apocriphè inuenitur, & dubiè. Quinimmo ſaluator dixit Mat. 17. Hoc genus, ſcilicet dæmonum non eijcitur niſi per orationem, & ieiunium. Conceditur tamen quibuſdam, & conceſſum eſt peculiariter quadam eorum deuotione, & oratione quas Deus exaudit, ut tales per inuocationem nominis Dei, & ſanctorum, dꝗmones coerceant, & expellant. Sexta concluſio. Ars includendi dæmones in imaginibus, uel fialis de qua locutus eſt Hermes non eſt proprie ars, ſed quædã cõſtitutio, ſeu decretum, aut pactum tacitum, uel expreſſum, inter homines perditos, & dæmones diuini honoris cupidiſſimos, ualet ꝙ ſi homo fidem firmã habuerit, ꝙ ſint ueri, uel dij diuino honore colendi potentes hominibus

nibus prodeſſe,& obeſſe,& cum tali fide homo fecerit aliquam imaginem hominis,uel cuiuſcunque animalis,& conſecrauerit ipſam talibus uerbis, caracteribus, ſeu figuris,ſuffumigationibus aliquibus, & unctionibus,&c. tunc abſq; dubio aliquis ſpiritum tali conſecratione completa intrabit illam imaginem, & ex ea reſponſa dabit deceptis hominibus conſulentibus ipſum, & hanc inſtitutionem & decretũ dæmones quibuſdam perditis hominibus per inſpirationem, uel aliter quomodocunque patefecerunt, ita, quòd crederent homines ſe talem artem inueniſſe,& ſic iſti tales, lege Dei dimiſſa credentes,& ſeruantes leges illas dæmonum, iuſto iudicio derelicti ſunt, & derelinquuntur, & fiunt ſerui diaboli, qui ut ipſos in ſuo ſeruitio teneat, & alios per ipſos alliciat, operatur ſępiſſimè ad uota talium ſeruorum ſuorum quodcunque uoluerint. Propterea bene dicebat Au. 21.de ciui.Dei,c.6. Dæmones,ut alliciantur ab hominibus ad inhabitandũ alicubi prius eos aſtutiſſimá caliditate ſeducunt, uel inſpirando eorum cordibus uirus occultum, uel etiam fallacibus amicitijs apparendo, eorumque paucos diſcipulos ſuos faciunt plurimorum doctores. Neque enim potuit primum niſi illis docentibus diſci, quod quiſque dæmonum appetat, quid ue exhorreat, aut quo numine iuuetur, uel cogatur. hęc ille, & concludit dominus Henricus. Non ergo cum necromanticè, uel magicè compellis, aut in uinculis eum, ut putas tenes. Sed hoc certum habe, quòd ipſe ſimulat ſe captum, ut te capiat. Se uinctum, ut te uinciat.Se tuo imperio ſubditum, ut te ſibi ſubdat, a te incluſum, ut tibi finaliter concludat, fingit ſe tua arte, uel lapidi, uel imagini alligatum, ut funibus peccatorum ligatum ad infernum perducat, & per hæc patet reſponſio ad primum argumentum. Hęc Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

ADDI.

ADDITIO.

Plura habes, apud Euſebium lib.5.de præparatione Euangelica,cap.6.vbi tractat,quomodo Dęmones coguntur ab hominibus. Item eodem lib.cap.7. 8. & decimo.

QVAESTIO II. OCTAVI CAP. TERTIAE DECADIS.

Quomodo Dæmones a corporibus obſeſſis expelli poſſint.

QVAERITVR, Si Dæmones poſſunt expelli a corporibus obſeſſis uirtute melodię, aut lapidis,uel herbarum? Ad quam uidetur primo reſpondendum affirmatiuè. Nam primi Reg.16.dicitur,quod cū Dauid Pſalteriū arriperet & coram Saul pſalleret,ceſſabat diabolus ab eius uexatione. Item in muſica Guidonis dicitur,quod ſunt quidam dęmones qui melodiam ſubſtinere non poſſunt. Item Ioſephus de bello iudaico dicit,quod in exercitu Titi cum obſideret Hieruſalem erat quidam qui per lapidem anuli dæmones expellebat a corporibus obſeſſis.Item Thobiæ 6.dixit angelus Raphael de iecore piſcis poſito ſuper carbones, fumus eius fugat omne genus dæmoniorum,ſiue a uiro,ſiue a muliere.Et Salomonem dicitur feciſſe exorciſmos herbarum ad dæmones expellendos. Ad hanc quæſtionem reſpondendo ponuntur tres concluſiones iuxta determinata per Magiſtrum Nicolaum de Lyra ſuper primum librum. Reg.16.c. Prima concluſio eſt. Nec melodia, nec herbe, nec cuiuſcunque lapidis uirtus, aut rei ſenſibilis ſubſtantia,poteſt naturali uirtute in dæmonē aliquid agere per quod poſſit ad aliquid compelli, nec per cōſequens a corporibus obſeſſis expelli,aut ab eius uexa

tione

tione excludere. Hæc concluſio probatur ſic nullus ſpiritus ſeparatus poteſt naturaliter pati a corpore. Patet quia agens præſtantius eſt paſſo, ut dicit Aug. Et philoſophus in de anima. Sed dęmon eſt ſpiritus ſeparatus ergo ſequitur, ꝙ nulla res ſenſibilis, aut uirtus corporalis directe, uel indirecte poteſt in dæmonibus, ergo nec compellit ad aliquid. Hanc concluſionem ẽt ponit magiſter Hēricus de Gandauo Seruita in quolibetis qui ita dicit. Non eſt aliqua uis in lapidibus aut herbis quæ dæmonem cogere poſſit, uel fugare ullo modo, licet fingere poſſit dæmon ſe cogi per herbas aut lapides aut carmina, hoc autem nullum horum facere poſſet niſi Deus ſupernaturaliter eis huiuſmodi uirtutem indidiſſet, quemadmodum indidit eam ſacramentis ſacramentalibus. Secunda concluſio. Virtus diuina poteſt immediate uel mediate, puta mediantibus angelis bonis, aut ſanctis, uel bonis uiris agere in dęmones & eos compellere ad aliquid agendum: patet concluſio. Cum diuina uirtus ſit ſuperior eis, cui ſubiecta eſt omnis poteſtas alia, poteſt in eos immediate uel mediantibus bonis angelis aut ſanctis uel bonis uiris. Vnde diſcipuli 72. reuertebantur cum gaudio ad Chriſtum dicentes. Domine etiã dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo. Lu. 10. Tertia concluſio. Melodia uel aliqua res ſenſibilis poteſt uexationem mitigare, ita quòd per illa ſenſibilia a dęmonibus afflicti leuius ferant. Hoc tamen non agendo in dæmonem, ſed in uexatum a dæmone. Probatur, quia omnis cauſa limitatæ uirtutis, poteſt inducere effectum intenſiorem & minus intenſum in magis & minus diſpoſita materia, nam actiones fiunt in patiente diſpoſito, 2. de anima Dæmon uero eſt limitatę uirtutis, ergo intenſiorem uel minus intenſam inquietationem facit in homine, ſecundum diuerſitatem diſpoſitorum ad illam uexationem, ſiue ad illud ad quod intendit dęmon uexando inducere, quàm in homine contrariæ diſpoſitionis, ut potè ſi aliquis eſt

diſpoſitus

diſpoſitus ad paſſionem melancholicam, quàm in illū hominem, qui habet contrariam diſpoſitionē, & hoc quia demones non poſſunt materiam corporalem ſecundum ſuam voluntatē transmutare, ſed hoc faciūt mediantibus actiuis, & paſſiuis corporalibus, in ſuis enim actionibus demones homines affligēdo aliquādo conſiderant diſpoſitionem materiæ corporalis Vnde dicuntur aliqui lunatici. Matth 4.& 16. qui ſecundum variam diſpoſitionem lunæ affliguntur a dęmonibus ex diuina permiſſione. Luna autem habet dominium ſuper humido, & per conſequens ſuper cerebrū quod quidem eſt magis aptum ſuſcipere actionem dęmonis vno tempore, q̄ alio ſecūdum varium motum lunæ. Similiter, & herbę, vel melodiæ, vel aliæ res ſenſibiles multum poſſunt diſpoſitionem corporum immutare, & ex conſequenti motus ſenſibilitatis. Patet de herbis, quarū quędam inclinant homines ad triſtitiam, quędam ad gaudium. De armonia etiam patet. 4. politicorum, vbi vult philoſophus, quòd diuerſæ armoniæ prouocant diuerſas paſſiones in homine. Et Boe. dicit in muſica, quòd muſica valet ad curandum infirmitates aliquas, vel ad alleuiandū, & ita patet ꝙ herbæ vel armonię quandoque poſſunt cauſare in homine aliquam diſpoſitionem contrariam illi vexationi qua dęmon conatur hominem vexare, & per conſequens patet, ꝙ per tales res ſenſibiles cauſari poteſt diſpoſitio in corpore humano, ꝑ quā minus ſubdatur actioni dæmonū, & ſic afflictio ab eo cauſata diminuitur, & alleuiatur. Item illud q̄d minuit perceptionem afflictionis diminuit etiam, & alleuiat afflictionem. Melodia aūt minuit perceptionem afflictionis cum attrahat ad ſe mentis intētionem, & ſic alleuiare poteſt afflictionem in homine a dæmone cauſatam. Dæmonē vero affligentem non poteſt expellere, vt dictū eſt. Ad primum argumentum dicitur ꝙ Saul per melodiā virtute naturali leuius poterat ferre vexationem diaboli, ſed per eam dæmon non recedebat, ſed magis virtute

tute diuina immediate, uel mediantibus angelis ſan-
ctis, ex merito Dauid, qui laudes diuinas in cythara, &
canebat pro ſalute Saulis. Simile habetur 4. Reg. 3. de
Heliſæo. Ad ſecundum dicitur, quòd dæmones receſ-
dunt ad melodiam, aut propter ſanctitatem pulſantis;
ut dictum eſt de Dauid, aut propter malitiam eius;
ut pote ſi fiat ad hoc, ut per hoc reuerentia Deo de-
bita dæmonibus tribuatur, cuiuſmodi ſunt dæmo-
nes cupidi, & ſic recedunt non coacti, ſed uoluntarie,
ut tales homines in errore teneant; & in ſua ſeruitu-
te, quòd maximè deſiderant. Ad tertium ſimiliter
dicitur, quòd ille in exercitu Titi expellebat dæmo-
nes arte magica, id eſt per pacta cum dæmonibus inita
tacita, uel expreſſa, quibus fingunt ſe expelli; ut ho-
mines in errore teneant. Fumus etiam iecoris piſcis
non expulit dæmonem, ſed meritum orationis Tho-
biæ, quòd per fumi odorem deſignabatur, & uirtu-
te ſancti angeli Raphaelis. Et Salomon ſi fecit exor-
ciſmos tempore quo habebat ſpiritum Dei, ſic uirtu-
te diuina dæmones repellebantur. Si uero tempore
idolatriæ ſuæ fecit, repellebantur dæmones arte ma-
gica, ut dictum eſt. Hæc Ioannes de Turre Cremata,
de pœniten. diſtinctio 1. cap. uoluiſſent. §. deni-
que ut perſpicuè.

QVAESTIO III. CAP. VIII. TERTIAE DECADIS.

An faſcinatio ſit opus naturale, uel diabolicum.

QVAERITVR, ſi faſcinatio infantium, & pue-
rorum a ſortilegis uetulis ſit opus naturale, uel
diabolicum? Ad quam ſic reſpondetur, quòd Aui-
cenna poſuit cauſam faſcinationis fore fortē imagina-
tionem animæ. Nam ſicut ambulans ſuper trabem in
alto poſitum cadit de facili, quia imaginatur caſum ex
timore, & ad appræhenſione ſolam animæ caleſcit cor-

pus,

pus,ut patet in concupiſcentibus & iratis,uel etiā infrigidatur in timentibus, & quandoq; etiam immutatur ex forti apprehenſione ad aliquā ægritudinem puta febrem uel Lepram, ita etiam anima uetulæ uehemēter affecta in maleuolentiam, habet impreſſionem nocumēti in aliquem maximè puerum,qui propter corporis teneritudinē eſt maximè ſuſceptibilis impreſſionū. Ex hoc ſequebatur ſecundum Auicen.ꝙ materia corporalis obediret ſubſtantiæ ſpirituali ad nutum.Sed cū ſupradictum ſit,ꝙ materia corporalis ſolū ad motum localem ſpirituali ſubſtantiæ obediat, ad nutum ſoli Deo.Ideo melius dicēdum eſt, quod faſcinatio puerorum fit ex forti imaginatione animę uetulæ immutātis ſpiritus corporis cōiuncti, quæ quidem immutatio ſpirituum maximè fit in oculis ad quos ſubtiliores ſpiritus perueniunt.Oculi autem inficiunt aerē continuū uſq; ad determinatum ſpacium per quē modum ſpecula ſi fuerint noua,& pura,contrahunt quandā impuritatem ex aſpectu mulieris menſtruatæ:ut dicit Ariſt. in li.de ſomno,& vigilia.Sic ergo cū anima uetulę fuerit cōmota uehementer ad maleuolentiam, efficitur ſecundum modum prędictum aſpectus eius uenenoſus, & noxius, maximè pueris,qui habent corpus tenerū, & receptiuum impreſſionis de facili. Poſſibile eſt etiā ꝙ ad hoc Dei permiſſione cooperetur malignitas dæmonum,cum quibus uetulæ ſortilegæ aliquod fœdus habent.Hæc Tho.3.contra Gent.c.103. & pri.par.q. 117.ar.52.ad ſecundum argumentum.

QVAESTIO IIII. CAP. VIII. TERTIAE DECADIS.

An præſeruatio corporum mortuorum ſit opus Dei,uel naturæ,aut Diaboli.

QVAERITVR, ſi apparitiones, & mirabiles factiones, apparentes quandoque circa corpora defunctorum

functorum, vt puta conſeruatio corporum poſt mortem ab incineratione, & augmentũ vnguium, barbæ, pillorum in mortuis, aut emanatio ſanguinus de corpore occiſi ad præſentiam occiſoris, quibus ſunt tribuendæ, diuino miraculo, an naturæ, vel dæmoni? Ad quam reſpondens Augusti. 21. de ciu. Dei, dicit, ꝙ apparitiones, & factiones mirabilium generaliter reduci debent ad quatuor, ſcilicet ad Deum, ad angelos, ad dæmones, ad homines ſanctos, vel ad eorum ſpiritus, fieri etiam quandoque poſſunt per homines dæmoniacos, vt per magos, & quandoque etiam fallaci ſubtilitate humana, Dominus autem Henricus de Aſſia ad hanc quæſtiunculam reſpondet ſic. De ſingulis miris, & inſolitis veras reddere cauſas difficilimum eſt. Nam ſi fęlix dictus eſt iuxta poetam, qui eorum quæ naturaliter apparent cauſas cognoſcere potuit, fęliciſſimus dici certe poterit, qui eorum quæ ſupra naturam apparent, & apparuerunt, cauſas efficientes, & finales diſcernere nouit. Poſſunt enim inquit idem mira, & inſolita circa corpora mortuorum, ſubtilitate dæmonum, & peruerſorum hominum aſtutia procurari. Sic B. Augu. in 14. de ciu. Dei narrat de quodam, qui quando voluit, ſe fecit per omnia ſimillimum mortuo, quandoque ſimillimum cæco, hydropico, vel claudo. Et quandoque etiam quædam mira circa mortuorum corpora ad naturales cauſas reducibilia ſunt, ſicut ad illud de conſeruatione corporum a putrefactione poſt mortem reſpondent aliqui dicentes, quòd virtus loci, vel virtus vnguenti, aut rei alicuius corpori impoſitæ poteſt eſſe cauſa preſeruationis corporum ab incineratione, & quòd vngues creſcant, barba, & pili in mortuo, cauſa poteſt eſſe naturalis, ſcilicet complexio morientis in materia cuius poteſt poſt mortem induci aliqua forma imperfecta de genere vegetatiuè viuentium. Aliqui autem, ꝙ corpus mortui imputrefactum maneat, attribuunt diuino miraculo. Nam Deus conſeruat quandoque corpora ſancto-

rum

rum imputribilia in teſtimonium ſingularis ſanctitatis, & innocentię, & integritatis mentis, & corporis eorum, vt ſic remaneant corpora eorum remota à putrefactione, & incineratione, & vermium comminatione, ſiue corroſione, ſicut dum viuerent integra fuerunt a carnis corruptione, ſicut de eo patet de quo ſcriptum eſt. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Aliquando aliquorum etiam corpora pręſeruantur a Deo incorrupta, eo q̀ tales mortui ſunt in excommunicatione. Nam, vt quidam ferunt, excommunicatorum corpora non putreſcunt, & ponunt exemplum Caroli Regis Vngarię, ante plures annos interfecti, & ab Vrbano ſexto excõmunicati, q̀ dicunt ideo adhuc integrum remanere, vt ſcilicet ſit argumentum aliquale, q̀ ille fuerit verus Papa qui ipſum excommunicauit. Aliquando etiam malorum corpora ſubtilitate dęmonum conſeruantur incorrupta in deceptionẽ, vt credatur hoc, merito vitæ talium accidere, & ſic approbentur mala quæ fecerunt pro bonis, & ſic inducatur vulgus credulum ad inuocationem ipſorũ, ſicut de quibuſdã mortuis malis viſum eſt, q̀ diabolo operante ad inuocationem ipſorum, vel ad tactũ corporum ſuorum cœci fuerunt illuminati? claudi ambulauerunt, ſurdi audierunt, & infirmi de variis languoribus liberati ſunt, quinimmo, & mortui reſuſcitati ſunt: Nam vt dictum eſt, hæc, & ſimilia realiter diuino miraculo, & ſophiſticè fieri, & procurari poſſunt. Veruntamen omnia corpora quibuſcunque de cauſis ab incineratione præſeruata ante reſurrectionem finalem in cinerem reſoluentur; vt impleatur vniuerſalis Dei ſententia Adæ; & toti eius poſteritati inflicta, quæ dicit. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, & in puluerem reuerteris. Gen. 3. Ad illud autem de effuſione cruoris ad præſentiam occiſoris, de quo ſcribit Philoſophus lib. de commixtione elementorum, licet ſuperſtitiosè aliqui dicant, quòd hoc fiat per deceptionem introductã ab homine, vel dæmone, tamen ſi ita

ſit

ſit ſemper, vel vt in pluribus, magis videtur eſſe diui-no miraculo aſcribendum in horrorem, & deteſtationem peccati, quàm ratio aliqua aliunde quærenda, vt patet Gene. quarto de ſanguine Abel coram Deo ſcaturiente, & bulliente in vindictam homicidæ. Hæc ex domino Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO V. CAP. VIII. TERTIAE DECADIS.

Vnde ſumenda eſt ratio, quod quædam miranda ſint a Diabolo, & non a Deo.

QVAERITVR, cum mirabilium apparitiones fieri poſſint ex cauſis bonis, & malis, vt nunc ſupra dictum eſt; quæritur vnde ſumenda ſit diſcretio harum ab illis? Ad quam reſpondet Auguſtinus vigeſimoprimo de ciui. Dei dicens, quòd miracula quæ fiunt a Deo, ſiue meritis ſanctorum, ſiue per homines adhuc in corpore conſtitutos, ſiue per angelos, ſiue aliis modis, omnino a mortalibus incomprehenſibile eſt. Ideo in talibus quandoque tam difficilis eſt diſcretio, quòd haberi non poteſt ſatis ex conſideratione circũſtantiarum loci, temporis opportunitatis, modorum faciendi qualitate factorum, & finis. Vbi ex hoc ſupponitur, quòd mira, & inſolita quæ tribus primis fiunt cauſis circa mortuos, vel alias ad Dei honorem, & hominum ſalutem tendunt. Cætera vero quæ fiunt tribus cauſis vltimis perditionem inducunt iis, qui talibus ſine prouida diſcretione ſpirituum attendunt. Vnde Aug. li. vbi ſupra c. 10. dicit. Miracula faciunt dæmones, vt credantur Dii. Sancti autẽ angeli, & homines ea faciunt vt laudetur Deus. Hæc ex domino Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

Nonum Caput: De diuinatione commercio, & inuocatione dęmonũ: Circa quod ſexdecim quæſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. CAP. NONI, TERTIAE DECADIS.

An quis poſſit per Dæmonum inuocationem abſque peccato uaticinari futura.

QVAERITVR, Si quiſque poſſit vaticinari futura per inuocationẽ dæmonũ abſq; peccato? Reſpondetur, ꝙ futura tribus modis vaticinari poſſunt, & cognoſci. Vno modo naturaliter ex cauſis ſuis determinatis, & certis, vel ex cauſis, vt in pluribus, & frequenter agentibus, & talium non eſt diuinatio, ſed præcognitio. Vnde ortus ſolis cras, vel cum medicus prædicit futuram ſanitatem; & aſtronomus futuram eclipſim, vel pluuiam, vaticinatio non eſt, ſed præcognitio ex neceſſariis cauſis, vt frequenter agentibus. Secundo modo futura poſſunt cognoſci Dei reuelatione, & hoc etiam modo futurorum præcognitio non eſt diuinatio. Vnde ſi quis futura contingentia Deo reuelante pronunciat ipſe tũc non diuinat, ideſt quod diuinum eſt non facit, ſed magis quod diuinũ eſt, ſuſcipit. Tertio modo poſſunt cognoſci futura dæmonis indicatione, & reſpectu horũ eſt diuinatio. Nam vt dicit Aug. in li. de doctrina Chriſtiana diuinatio eſt uſurpatio præcognoſcendi futura ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & dęmonũ, & hoc tertio modo vti diuinatione illicitum eſt, & ſemper peccatum mortale. Quod probatur auctoritatibus, & rationibus. Primo auctoritate Deut. 18. dicente. Nõ ſit qui phitones cõſulat, nec diuinos phitones autem a phiton Apolline dicti ſunt, qui dicebatur eſſe auctor diuinandi, vt dicit Iſidorus. Propterea. 26. q.

5.c.qui diuinationes,dicitur. Qui diuinationes expetunt ſub regula quinquennii iaceāt ſecundum gradus pœnitentiæ diffinitos. Secundo probatur idem quatuor rationibus. Primo, ratione modi,ſic. Ille qui uſurpat modo indebito,ꝗ Dei eſt. Deo nō reuelante,mortaliter peccat,ſed diuini hoc faciunt diuinitate ſe plenos ſimulantes;ſed aſtutia quadam fraudulentiæ hominibus futura coniectantes, ergo. Secundo ratione auxilij ſic. Si quis aſſumit auxilium dæmonum ad aliquid cognoſcendum, uel faciendum grauiter peccat, ſed omnis diuinatio ex operatione dæmonum prouenit, uel quia expreſſe dæmones inuocantur ad futura manifeſtanda,uel quia dæmones ſe ingerunt uanis inquiſitionibus futurorum,ut mentes hominum implicent uanitate,ergo. Tertio, ratione pacti ſic. Si quis utitur pacto tacito,uel expreſſo cum dæmonibus grauiter.i.mortaliter peccat. Sed diuinatio eſt huiuſmodi quia diuinatores, uel offerunt ſacrificiū dæmoni, uel aſſumūt auxilium dęmonum, ergo. Quod ſi arguatur contra ſic. Non eſt illicitum,neq; mortale,quod Chriſtus egit,& fecit. Sed ipſe interrogauit dęmonē, quod ſibi nomen eſſet? qui reſpondit Legio,& multi ſumus, ut habetur Mar.5.& Lu.8.ergo licite quiſq; poteſt.cōſulere dæmones. Ad hoc reſpondet Th. 2.2.q.95.ar. 1.dicens,quòd aliud eſt quęrere aliquid a dęmone, & aliud eſt inuocare dæmonem. Primum enim.ſ.quærere aliquid a dęmone ſponte occurrente quandoq; licet propter utilitatē propriam, uel aliorum maximè quando uirtute diuina poteſt compelli ad dicendum uera,ſicut patet de Chriſto ubi ſupra,& in beato Martino, & alijs ſanctis. Secundum uero.ſ.inuocare dęmonem ad cognitionem occultorum acquirendam ab ipſo nunquam licet. Vnde nunquam licet propter aliquam corporalem, uel temporalem utilitatem puta inuentionem rerum perditarum,quas diabolus ſcit,& nouit,quis inuenit ab eodem exquirere, uel eius auxilio in huiuſmodi uti. Cuius ratio eſt, quia nulla utilitas temporalis poteſt comparari detrimento ſpiritua-

lis ſalutis, quod imminet ex inquiſitione occultorum per inuocationem dęmonum, hęc Tho. vbi ſupra, & Ioan. de Turre Cre. 26. q. 5. c. Nec mirum, & Ranerius titulo de diuinatione.

QVAESTIO II. CAP. NONI, TERTIAE DECADIS.

Quot ſint genera, & ſpecies diuinationum quibus dæmones inuocantur.

QVAERITVR, Quot ſunt genera, & ſpecies diuinationum quibus inuocantur dæmones? Ad quam reſpondetur, quòd triplex eſt genus, uel modus diuinationis in generali. Primũ genus eſt, ꝙ fit per expreſſam, vel manifeſtã inuocationem dæmonum. Secundum eſt, ꝙ fit abſq; expreſſa inuocatione dæmonum per ſolam conſiderationem diſpoſitionis, vel motus alicuius rei. Tertiũ eſt abſq; expreſſa inuocatione dęmonum per propriam operationem ſcilicet dum aliquid facimus, ut nobis aliquid occultum reueletur, & manifeſtetur. Primũ genus diuinationis pertinet ad necromãticos, quod genus ſub ſe cõtinet quinque ſpecies, ſiue modos. Prima ſpecies uocatur pręſtigium, quo, operatione dæmonum phantaſia, & oculi hoĩum ludificantur, & illuduntur, ut nõ uideat, quod uerũ eſt, ſed credant quod non eſt uerum, ut factũ fuit in muliere quæ ab oĩb. uidetur æqua, & a S. Machario uidebatur fœmina, præſtigio virtute eius ſanctitatis ſoluto, ut ſupra dictũ eſt. Secunda ſpẽs uocatur diuinatio per ſomnia, puta cũ in vigilia expreſsè ad hoc dæmones inuocãtur, & cũ eis in uigilia expreſſa, uel manifeſta pacta habẽtur, & ſic in ſomnis poſtea ex reuelatione dęmonũ cauſatur in hoĩbus præcognitio aliquorũ futurorum euentuũ. Tertia ſpẽs uocatur necromãtia, qua quibuſdam præcationibus adhibito ſanguine videtur reſuſcitari mortui, & diuinare, & ad interrogata reſpondere, & dicitur necromãtia a necros græcè, la-

tinè mortuus, & mantia.i.diuinatio, vt patet in illis q̃ diuinant cũ linguis aſini mortui. Quarta ſpẽs vocatur diuinatio per phitonẽ.i. ventriloquũ, vel phitoniſſam ideſt ventriloquã qua futura. prænũciantur per hoĩes viuos ſicut in arrepticiis patet & 1.Reg.28. de Samuele.Quinta ſpecies fit per aliquas figuras, vel ſigna quę in rebus inanimatis apparent quæ figuræ,vel ſigna ſi apparent in aliquo corpore terreſtri puta in terra, in aqua, in igne, vel in ferro, aut lapide polito.Si in terra dicitur geomãtia, a geos grçcè, latinè terra,& mãtia, qđ eſt diuinatio, vt patet in illis, qui faciunt diuinationes cũ linguis,& mẽbris hominũ ſuſpẽſorũ. Si in aere dicitur aeromãtia,vt patet in illis qui annotãt beſtias, vt non comedãtur à lupis, vel qñ ex magno vẽto diuinãt prodimẽtũ.Si aũt in aqua vocatur hidromãtia. ab hidros græcè,latinè aqua, & mantia quod eſt diuinatio, vt patet in illis qui diuinãt furta cũ fiala uitrea aqua plena uel cum urinali. Si autem in igne uocatur pyromantia a pyr grçcè, latinè ignis,& mantia, ut patet in illis, qui diuinant per lignum uiride ſcintillans in igne, uel in illis, qui nolunt prçſtare ignem uicinis aliquibus diebus hebdomadæ,menſis uel anni. Si autem in uiſceribus, aut fibris, uel inteſtinis animalium immolatorum in aris dęmonum, uocatur auruſpicium,& exercentes talia uocatur auruſpices, uel arioli. Si autem peritia mulierum fiant aliquæ ligaturæ in damnum alicuius, uel commodum,ut in criſta galli,& rana,uel imagine ceræ uocatur maleficium. Secũdum genus diuinationis continet duas ſpecies, uel modos. Prima ſpecies eſt, per ſolam conſiderationem diſpoſitiuus ſitus,& motus ſyderum, & hic modus pertinet ad aſtrologos, qui ſi utantur conſideratione aſtrorum ad prçcognoſcendũ futura, & natalium conditiones ex cœleſtibus corporibus naturaliter,diuinatio eorum non erit illicita nec ſuperſtitioſa. Si uerò utantur conſideratione aſtrorum ad prçcognoſcendũ futuros caſuales, uel fortuitos euẽtus, aut ẽt ad cognoſcendũ per ſeruitudinem opera hominũ,quod ex uana,& fal-

ſa opinione procedit, erit diuinatio eorum ſic illicita, quia tunc operatio dæmonis ſe ingerit, & immiſcet, ut mentes hominum implicet uanitati,& falſitati, ut dicit Tho.2.2.q.95.ar.3. Secundus modus,uel ſpecies diuinationis eſt per conſiderationem motus,uel uocũ auium, uel quoruncunque animalium ſiue per ſternutationes hominum,& talis vocatur augurium, quod dicitur a garritu auium ſicut auſpicium ab inſpectione auium,quorũ primũ pertinet ad aures ſecũdũ ad oculos, Auſpicium fuit in Romulo, & Remo quorũ alter Romulus cõditam ciuitatẽ Romam vocauit nomine ſuo,eo,ꝙ victor ipſe duodecim,Remus ſex vultures uiderat. Garritus vero fuit in vetula, quæ primo die Maij audiens quinquies cantare mane cuculum credidit ſe iuuenem pulchrum ducturam in virum. Tertiũ genus diuinationis eſt,qđ fit ex conſideratione eorum quę eueniunt ex quibuſdam quæ ab hominibus ſerio ſe fiunt ad aliquid occultum inquirendum dum facimus aliquid, vt nobis aliquod occulum manifeſtetur, & hoc genus vocatur diuinatio per ſortes,& continet ſub ſe tres ſpecies. Prima ſpes vocatur chyromantia.i. diuinatio manus. Nam ex lineamentis manus conſideratis fit diuinatio de occultis futuris. Secũda ſpecies vocatur ſpatulamãtia, ex quibuſdam figuris in ſpatufilis alicuius animalis apparentibus.Tertia ſpecies uocatur geomantia,quæ fit ad aliquod occultum inquirendum per protractionẽ punctorum,uel per conſiderationem figurarũ quæ proueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto, ſeu ex quibuſdam cędulis ſcriptis,uel non ſcriptis in occulto, repoſitis dum conſideratur quis quam cedulam accipiat, uel etiam ex taxillorum proiectione quis plura puncta proijciat, uel ẽt dum conſideratur quid aperiẽti librum occurrat,quæ omnia ſortium nomen habent, & ſuperſtitioſa ſunt, & illicita,quia cõſortio dæmonum exercetur, ex Th. ubi ſupra,& ex Ranerio de piſis,ordinis Prędicatorũ, & uide c.igitur.26 q.3.

QVAESTIO III. NONI CAP. TERTIAE DECADIS.

An uti rebus naturalibus pro ſanitate corporis acquirenda ſit licitum.

QVAERITVR, Si ſit licitum uti rebus naturalibus ad ſanitatem corporis acquirendam? Reſpondetur, quòd ſi res naturales adhibeãtur ad aliquos effectus, ad quos putantur uirtutem naturalem habere, non eſt ſuperſtitioſum, neque illicitum. Si uero adiungantur quædam alia, puta ſigna aliqua, uel caracteres, uel nomina, uel quęcunque aliæ obſeruationes, quæ manifeſtum eſt, naturalem efficaciam non habere, erit ſuperſtitioſum, & illicitum. Tho. ubi ſupra ar. 2.

QVAESTIO IIII. CAP. NONI, TERTIAE DECADIS.

An ſigna adhibita, ad aliquos effectus inducendos, aliquid naturaliter operentur.

QVAERITVR, ſi figuræ, uel ſigna, uel characteres poſſunt rebus naturalibus adhiberi ad effectus aliquos inducendos? Reſpondetur negatiuè. Cuius ratio eſt, quia cum tales charácteres, figuræ, uel ſigna ad nihil naturaliter operentur, eo quod figura nõ eſt alicuius naturalis actionis principium, tales figuræ, uel imagines ex operatione dæmonum effectum habent, unde ſemper eſt illicitum eas facere, quia in talib. habentur pacta expreſſa, uel tacita cũ dæmonibus, ideo 26. q. 2. c. illos. huiuſmodi reprobantur & Tho. ubi ſupra in ſolu. 2. argumenti.

QVAESTIO V. CAP. NONI, TERTIAE DECADIS.

Vtrum ad futura fortunia, uel infortunia præcognoſcenda ſit licitum aliqua ſigna obſeruare.

QVAERITVR, an ad præcognoſcēda aliqua futura fortunia, uel infortunia, ſicut infirmitates, uel ſanitates, uel huiuſmodi (ut medici faciunt ſit licitum aliqua ſigna obſeruare: Reſpondetur, ꝙ ſiquis præſagium futurorū cōſideret ex cauſa, quæ per ſigna expreſſa apparet nō erit illicitum, ut uerbi gratia, ſicut ſi ſeruus timeat flagella uidens iram domini, & ſimiliter ēt eſſe poſſet ſi quis timeret nocumentum alicui puero, ex oculo faſcinante. A ſimili cauſę infirmitatum ex quibuſdam ſignis cognoſcuntur. Et ideo medici talia ſigna licita ſeruant, ex quibus de ſanitate uel infirmitate, morte, uel uita poſſunt licite iudicare. Tho. 2.2. q. 61. art. 3.

QVAESTIO VI. NONI CAP. TERTIAE DECADIS.

Vtrum temporis obſeruatio ad aliquid faciendum ſit licitum.

QVAERITVR, Si obſeruare tempora ad aliquid faciendum ſit licitum? Reſpondetur per duos doctores. Primus eſt dominus Petrus de Taran. Poſtea Papa Innocentius V. 4. ſcripto ſententiarum diſtin. 23. ar. 4. dicens, quòd obſeruantia temporum eſt triplex: Quædam eſt ſuperſtitionis, uel impietatis, ut in illis qui obſeruant tempus eorum, qui ſubſunt libero arbitrio, & inchoant actiones ſub tali ſigno cęli, & huiuſmodi repręhenduntur. Iſaiæ 47. Stent, & ſaluent te augures cœli, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes. Quædam eſt ſagacitatis, & prouiſionis in illis, qui obſeruant qualitatem temporis ad rerum abundantiam conſequendam, & indigentiam excludendam, & hoc nec repræhenditur, nec laudatur. Eccleſiaſtic. 33. Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum a ſole. Quædam obſeruantia temporum eſt pietatis, & deuotionis

nis in bonis Chriſtianis qui feſta obſeruant in quibus indicant magis eſſe uacandum Deo, quàm in alijs die bus propter beneficia, ſpecialiter die illo, vel feſto exhibita. Apoſtolus ad Ro. 14. Alius iudicat diem inter-diem. Secundus doctor eſt dominus Alexa. de Ales. 2. par. ſum. q. 3. art. 6. dicens, ꝙ quædam occurrunt curſu naturali, & quædam curſu uoluntario, primo modo ergo obſeruare tempus ad faciendū aliquid quod cauſatur ex naturali complexione elementorum, & temporis non eſt peccatum, unde & medici circa ægritudines ſanandas, & circa medicinas dandas conſiderant motus corporum ſuperiorum, quod qui non faciunt, aut motus cęleſtium ignorant corporum, & aromatarij non medici cenſendi ſunt, obſeruare uero tempus in ijs, quæ libero arbitrio ſubduntur, eſt peccatum. Vnde ſuper illo uerbo Apoſtoli ad Galat. quarto. dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos glo. inculpat eos qui conſtellationes ſequuntur dicentes. Agam hoc menſe commercium, quia iſta ſtella agit menſem. Non plantabo, hoc anno uineam, quia Biſextus eſt. Hæc ex adductis.

QVAESTIO VII. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

An per inſpectionem aſtrolabij, & per iudicium Aſtrorū res furatas inueſtigare ſit peccatum.

Quęritur, An inueſtigare de rebus furtim ſubtractis, ꝑ inſpectionē aſtrolabii, & ꝑ iudicium aſtrorū ſit peccatū? Reſpōdetur, ꝙ inueſtigare quædā, quæ propriè ſequuntur immutationem aſtrorum, ut puta de calore, & frigore, imbri, & ſiccitate, non eſt peccatum. Iudicare uero de his, quę ſubſunt libero arbitrio quæ non ſunt ſubiecta legi aſtrorū eſt graue peccatū, quia in talibus interuenit inuocatio dæmonum. Hæc Alex. 2. par. ſummæ. q. 52. art. 5. q. 4.

QVAE-

QVAESTIO VIII. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

An præter ſymbolum, & orationem Dominicam ſit licitū in collectione herbarum carmina dicere, aut alijs obſeruationibus uti.

QVAERITVR, An ſit licitum in collectionibus herbarum, uel pro quauis infirmitate dicere aliqua carmina, uel aliquas ſcripturas ſuper homines, uel animalia ponere, præter ſymbolum, & orationem dominicam. Reſpondetur, ꝙ non licet ſuper homines, & animalia aliqua ponere præter ſymbolum, & orationem dominicam. Si uero aliqua ſuperſtitioſa addantur graue peccatum eſt. Vnde in decretis dicitur 26.q.5. Non liceat chriſtianis &c. Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes, aut incantationes attendere, niſi tantum cum ſymbolo, aut dominica oratione, ut tantum creator omnium, ſcilicet Deus honoretur. Secundo hoc idem probatur per hoc quòd dicitur extra de ſortilegijs.c.ex tuarum tenore. Vbi dicitur, ꝙ quidam presbyter cum quodam ad priuatum locum acceſſit, non ea intentione, ut dæmonium inuocaret, ſed ut inſpectione aſtrolabij furtum cuiuſdam eccleſię poſſet recuperare, ꝙ licet ex bono zelo, & ſimplicitate facere proponeret, tamen grauiſſimum fuit eius peccatum. Hæc Thom. ſecũda ſecundę q.96.ar.4.& Alex. 2.par.ſum.q.52.art.6.

QVAESTIO IX. CAP. XI. TERTIAE DECADIS.

An Diuina uerba ad collum ſuſpendere ſit licitum.

QVAERITVR, An ſuſpendere diuina uerba, ad collum ſit licitum? Reſpondetur, ꝙ non duplici ratione.

tione. Prima eſt, quia cũ euangelium quotidiè in eccleſia legatur, & audiatur, ſi uerba Dei, non proſunt in aure, quomodo circa colla poſita poſſunt ſaluare? Secunda ratio eſt, quia uirtus euangelij eſt in intellectu,& non in figuris,ergo melius in corde poſita, proſunt quam circa collum ſuſpenſa. Vbi nota ꝙ in omnibus ſcripturis ſuſpenſis,Quatuor ſunt cauenda,& attendenda. Primum eſt quid ſit, ꝙ ſcribitur, uel profertur, quia ſi eſt aliquid ad inuocationẽ dæmonum pertinens, manifeſtè ſuperſtitioſum, & illicitum eſt. Secũdo cauendũ eſt ſi contineat ignota nomina,nec ſub illis aliquid illicitum lateat. Vnde dicit Chryſo. ſuper Matt. ꝙ phariſeorum magnificantium fimbrias exemplo,nũc multi aliqua noĩa hæbraica cõfingunt,& ſcribũt,& allegant, q̃ non intelligẽtibus metuenda uidentur. Tertio uidendum, eſt cauendum ne aliquid falſitatis contineat, quia ſic eius effectus non poſſet expectari a Deo qui nõ eſt teſtis falſitatis. Quarto etiam eſt cauendum ne cum uerbis ſacris contineantur aliqua uana, puta aliqui caracteres præter ſignum crucis. Hæc B. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 96. art. 4.

QVAESTIO X. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

An ſit licitum reliquias ſanctorum apud ſe tenere.

QVAERITVR, An reliquas ſanctorum portare, & qualitercunque tenere ſit licitũ? Reſpondetur ꝙ eadem ratio eſt de reliquijs ſanctorum, & de euangelio, uel de uerbis diuinis, quia ſi talia portentur ex fiducia Dei, & ſanctorum quorum ſunt reliquię,non eſt illicitum. Si autem circa hoc attenderetur aliquid aliud uanum, puta, ꝙ uas eſſet triangulare,aut aliquid huiuſmodi quòd pertinet ad Dei irreuerentiam & ſanctorũ, & ſuperſtitioſum eſt, & illicitum, ut dicit Tho. ubi ſupra immediatè in ſolu. 3. argu.

QVAESTIO XI. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

Vtrum ſerpentes, aut aliud animalium genus incantare ſit licitum.

QVAERITVR, An ſerpentes incantare, vel animalia incantationibus ſanare ſit licitum? Reſpondetur. q ſi incãtationibus ſerpẽtum, vel quorumcunq; animalium reſpectus habeatur ſolum ad verba ſacra, & ad virtutem diuinam non erit illicitum. Sed plerumque incantationes tales habent illicitas obſeruationes, & per dæmones ſortiuntur effectum, & præcipuè in ſerpentibus, quia ſerpens fuit primum dæmonis inſtrumentum ad hominem decipiendum. Hæc Tho. vbi ſupra in ſol. 2. argu.

QVAESTIO XII. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

An liceat ferro candente, uel aqua bulliente uti ad occultam alicuius rei inquiſitionem.

QVAERITVR, An iudicium ferri candentis, vel aquæ bullientis, ordinare ad alicuius peccati occulti inquiſitionem ſit licitum? Reſpondetur, quòd non & hoc triplici ratione, Prima eſt, quia ordinatur ad iudicandum occulta, quæ diuino iudicio reſeruantur. Secunda ratio eſt, quia in talibus miraculum expectatur, quod diuina tentatione non caret. Tertia ratio eſt, quia iure canonico reprobatur. Vnde 2. q. 5. conſuluiſti in decreto Stephani Papæ. V. dicitur. Ferri candentis, vel aquæ feruentis examinationem & confeſſionem extorqueri a quolibet, ſacri non cenſent canones, & quòd ſanctorum patrum documẽto ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum. Spõtanea enim confeſſione, vel teſtium

ſtium approbatione publicata delicta habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta uero, & incognita illi ſunt relinquẽda. qui ſolus nouit corda filiorum hominum, & eiſdem rationibus uidetur eſſe prohibitum iudicium duellorum, ut dicit Tho. 2.2.q.95.art.8.

ADDITIO.

Notandum, quod Nicolaus de Lyra ſuper 1. Reg. ca. 17. occaſione duelli ſeu conflictus Dauid cum Philiſteo, dicit quod in aliquo caſu duellum licitum eſſe poſſit, aſſeritque hoc de mente Sancti Thomæ, quòd tamen eſt falſum, quare meritò à Paulo Burgenſi eruditiſſimo viro reprehẽditur, niſi velimus dicere, quod quando dicitur, duellum in aliquo caſu, abſque peccato mortali dari, loquatur ex parte iudicantium, uel cõſulum, ubi non per ipſorum inductionem, aut conſilium, ſed vt ipſos appellantem, & recipientem, tale examen liberè exerceatur. Verum ſciant omnes præcipuè autem principes duellorum uſus omnino prohibitos eſſe ex Decreto ſacri concilij Tridẽtini Seſſio. 25. c. 19.

QVAESTIO XIII. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

An uti arte notoria ſit licitum pro acquirendi ſcientijs?

QVAERITVR, Si pro acquiſitione ſcientiarum licitum ſit vti obſeruantijs artis notoriæ? Reſpondetur, quòd quatuor ſunt uiæ perueniendi apparenter, vel exiſtenter ad ſingularum ſcientiarum exceſſum: Quarum prima eſt per illuminationem diuinam. Lucæ. 21. Ego enim dabo uobis os, & ſapientiam. Et 1. ad Cor. 12. Alij quidem per ſpiritum ſermo ſapientiæ, &c. & ſubditur ibidem in fine. Hæc autem omnia operatur unus, & idem ſpiritus diuidens ſingulis pro-

vt vult. Secunda via eſt per regularem eruditionē humanam, ſcilicet, vel à ſeipſo inueniendo, vel ab alio addiſcendo. Tertia via eſt per ſingularem dæmonis aſſiſtentiam, & influentiam, quæ quoſdam mirabiliter inſpirare ſolet. Quarta via eſt, per artem ſuperſtitioſam notoriam a dæmonibus inſidiosè confectam, & hãc practicare illicitum eſt. Probatur tum primo, quia ars notoria vtitur quibuſdam, quæ ſecundum ſe non habent virtutem cauſandi ſcientiam, ſicut inſpectiones quarundam figurarum, & quorundam ſignorũ, & verborum, quibus ſcilicet ſignis, & uerbis, non vtitur ars notoria, vt cauſis, ſed vt ſignis; non vt diuinitus inſtitutis, ſicut ſunt ſigna ſacramentalia, ſed vt ſignis pertinentibus ad pacta quædam cum dęmonibus habita, utitur etiam ars notoria, quibuſdam ſingularibus obſeruantiis, & carminibus, & orationibus ignotis ex pacto etiam dæmonum conſtitutis. Item acquirere cognitionem futurorum auxilio dęmonum, eſt peccatum propter ſocietatē cum eis initam; quod in propoſito artis notorię locum habet. Et dicitur hæc ars notoria quaſi per ea omnia fiant nota. Hac autem arte notoria permittente Deo diabolus quandoq; facere conſueuit quoſdam in ſcientiis omnibus, uel aliquibus ſingulariter præcellentes, uel apparentes, atq; omnibus, uel aliquibus humano modo doctis ſtupendos. Sed quid hoc, niſi, ut finaliter tales ex ſuperbia pereant, & alios uariis perſuadendi modis eorum falſa auctoritate in fama, & gloria ualorem habentibus, ad interitum damnationis perducant, hæc Henri. de Aſſia, & Thom. ubi ſupra. Talibus igitur ſortilegis, & diuinis aliter taxãtur pœnè ſecundum leges, & aliter ſecundum canones. Nam ſecundum leges ſortilegi, & diuini debent decapitari, & comburi. C. de malefi. nullus &c. & l. nemo, & l. culpa, ſecundum uero canones ſi crimen eſt occultum, imponitur pœnitentia quadraginta dierum, ut extra, eo. c. 1. Si autem peccatũ eſt notorium, debet ei communio denegari, de conſe. diſt. 2. pro dilectione. Si fuerit clericus deponatur. Si fuerit

laicus,& noluerit ferre pœnam, excommunicetur, & hoc ſi criminaliter accuſetur. De laicis autem dicendũ eſt,ſi ſunt ſerui verberibus caſtigentur. Si liberi, incarcerentur, 26.q.5.contra idolorum. Epiſcopi autem tales de ſua parrochia debent proiicere, & poſſunt turpiter decaluare,ideſt eorum veſtes ante, & retro,& capillos ſcindere, infames etiam ſunt cenſendi. Hæc Io. Teutonicus prędicatorum ordinis in ſum. confeſſorũ lib.1.tit.11. Et Alex.2.par.ſum.q.52.art.5.

QVAESTIO XIIII. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

An ſit credendum præſtigijs, & diuinationibus dæmonum, cum euenit effectus.

QVAERITVR, Si præſtigiis,& diuinationibus dęmonũ cũ euenit,ſit credendũ? Reſpondetur,quòd non,ratio eſt,quia dæmonis intentio eſt ad fallendũ, ſed hoc maximè faciunt in diuinationibus,dicunt enim quandoque vera,vt aſſueſcant homines in aliis credere eis, in quibus poſtea decipiant. Itẽ ſolus Deus ſcire poteſt futura, vel ille qui ab ipſo accipit tanquam a ſpeculo æterno, quemadmodum eſt de angelis,& ſanctis prophetis. Sed per hanc viam nõ accipiunt dæmones, ergo. Et licet dæmones propter magnam experientiam quam habent, multa cognoſcant naturalibus ſignis, & magna ſit proprietas intellectus eorum, non propter hoc tamẽ ſequitur ꝙ de certitudine futurorum euentuum ſit eis fides exhibenda,cum futurorum cognitionem non habeant niſi cõiecturalem, & fallibilem. Quemadmodum igitur hominibus quibus pręſumitur, ꝙ falſa ſemper dicere cõſueuerunt non eſt pręſtanda fides, ita & dæmonibus propter eorum voluntatem continuè decipiendi, & obſcuritatem intellectus eorum ex culpa non eſt danda eis fides. Io.de Tur.Cre.26.q.5.c.Nec mirum.

QVAE-

QVAESTIO XV. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

Vtrum ſortibus uti ſit malum.

QVAERITVR, Si ſit licitum vti iudicio ſortium ad acquirendum, & ſciendum aliquem euentū occultū, puta de electione prælatorum, & manifeſtatione peccatorum occultorū, & adeptione dignitatum temporalium? Reſpondetur, & primo de electione prælatorum, dicendo, quod non ſit licitum vti ſorti diuiſoria. Quod probatur duplici ratione. Prima eſt, quia tales electiones ſpritusſancti inuocatione, & inſpiratione fieri debent, & non euentu ſortium. Secunda, eſt, quia in vſu ſortium, poteſt eſſe animarum periculum, propter maliciam hominum, ergo ne fraudes committantur in electionibus prælatorum, non ſorte, ſed ſpiruusſancti inuocatione, & ſpiratione, & vocum electione fieri debent. Sed contra, ea quæ a ſanctis facta in ſcripturis inueniuntur, non videntur eſſe illicita. Sed tam in veteri, q̃ in nouo teſtamēto ſancti inueniūtur ſortibus vſi eſſe, quod patet, Legitur enim 1. Reg. 14. quòd Saul ſorte deprehendit filium ſuum Jonatham mel comediſſe. Et Ionæ. 1. quòd Ionas ſorte in mare eiectus eſt. Et Lucæ. 1. etiā legitur quòd Zacharias ſorte exiit, vt incenſum poneret. Et Actu. 1. etiam legitur, quòd Matthias ſorte eſt ab apoſtolis in prælatum, ideſt in apoſtolum electus, ergo videtur quòd in electionibus eccleſiaſticis prælatorum, licitū ſit vti ſortibus. Reſpōdetur, quòd donec veniret veritas in publico, conceſſe fuerunt ſortes in veteri teſtamento, & in punitionibus, & in electionibus, & in his quæ ordinabantur. Vnde Beda ſuper actus apoſtolorum. 1. ſic ait. Hic. ſ. Matthias eligitur ſorte, ne a lege diſcrepet in qua ſummus ſacerdos quærebatur, qua quærendus erat verus ſacerdos. Vnde donec veniret veritas figura habuit exerceri, & propter

hoc electio Matthiæ ſorte facta eſt ante penthecoſten, in qua dabatur ſpirituſſanctus. Nōdum enim omninò facta erat veritatis publicatio, quia nondum erat plenitudo ſpirituſſancti in eccleſia effuſa. Septem autem diaconi poſtea non ſorte, ſed electione diſcipulorum ſunt ordinati. Vnde Hiero. ſuper illo verbo allegato Ionæ 1. in glo. dicit quòd Ionas fugitiuus ſorte deprehenditur, & Matthias ſorte eligitur, non agitur virtute ſortium, ſed voluntate Dei, qui ſortes regebat incertas. Non ergo hoc exemplo debemus vti ſortibus; quia priuilegia paucorum non poſſunt facere legem communem. Similiter Pharao, & Nabuchodonoſor iudicio ſomniorum futura cognouerunt, non tamen ideo ſomniis vbique eſt credendum. Secundo in manifeſtatione occultorum peccatorum non eſt licitum vti iudicio ſortium per duellum, & per iudicium ferri candentis & aquæ feruentis, tum quia ordinantur ad iudicandū occulta, quæ diuino iudicio præſeruantur ſeu reſeruantur, tū etiam quia judicium ſortiū non eſt auctoritate diuina ſancitum. Vnde 2. q 4. in c. Conſuluiſti decreto Stephani Papæ dicitur, ferri candentis, vel aquæ feruentis, examinationem & confeſſionē extorqueri a quolibet, ſacri non cenſent canones, & qđ ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa ad inuentionē non eſt præſumendum. ſpontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta vero, & incognita illi ſunt relinquenda qui ſolus nouit, corda filiorum hominum. Et eadem ratio videtur eſſe de lege duellorum, niſi quòd plus accidit ad communem rationem ſortium inquantum non expectatur ibi miraculoſus effectus niſi fortè quando pugilles ſunt valde impares virtute, vel arte. Hæc Thom. ſecunda ſecundæ queſtio. 95 art. 8. Quantum vero ad adeptionē dignitatum temporalium, vel defenſionē eccleſiarū, & diſtributionē eleemoſynarū dicit, φ ſi neceſſitas immineat cū debita reuerentia, licitū eſt ſortibus diuinum

implorare auxilium, & primo in adeptione dignitatū. Nam in iis, quę ordinantur ad terrena diſponenda plę runque homines ſortibus vtuntur. Vnde in figura hu ius Dauid legitur (primi Reg. 17.) cum Philiſteo ſin gulare iniiſſe certamen, quod ad rationem ſortium plus accidit, quòd ad iudicium ferri candentis, vel aquæ bullientis, vt patet ſupra. Secundo licitum eſt, vti ſortibus in gubernatione, vel defenſione eccleſiarum. Cum enim quædam ciuitas eſſet obſeſſa, & clerus dubitaret qui deberent fugere, & qui manere. Reſpōdit Aug. in epiſtola ad Honoratum ſic dicēs. Si inter Dei miniſtros ſit diſceptatio qui eorum perſecutionis tem pore maneant ne fuga fiat omnium, & qui eorum fugiant ne morte omnium deſeratur eccleſia. Si hæc diſceptatio aliter non potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant ſorte legendi. i. eligendi ſunt. Tertio, licitum eſt vti ſortibus in diſtributione eleemoſynarum. Vnde Aug. in 1. de doctrina chriſtiana ſic ait. Si tibi abundaret aliquid, quòd oporteret dari ei, qui non haberet, nec duobus dari potuiſſet. Si tibi occurrerent duo, quorum neuter alium indigentia, vel erga te neceſſitate aliqua ſuperaret, nihil iuſtius faceres quam vt ſorte legeres, vel eligeres cui dandum eſſet, quod dari vtrique non poſſet. Hęc Tho. 2. 2. q. 96. ar. 8. Ratio autem quare in iſtis tribus actibus ſupradictis, eſt licitum vti ſortibus, eſt ad dirimendum dubitationes; & contradictiones humanas. Vnde Prouer. 18. dicitur Contradictiones comprimit ſors. Hæc ex Raneryo Piſano.

ADDITIO.

Certum eſt, quòd ſortiri in ſe, malum nō eſt, ſed malum fieri poteſt, ſi eo abutamur, id quod fit, cum ſine neceſſitate, vel ex mera curioſitate ſciendi occulta, & futura ad tentationem Dei, vel aliàs ex ſuperſtitione aliqua ſortiamur. Dicit quidem Salomon, pro is ſortes temperaria Deo, ſed non iubet, vt Deum tentemus.

Vſus

Vſus eſt ſorte Dux populi Ioſue, ut inueſtigaret, quiſnam ille ſacrilegus eſſet, qui de anathemate Iericho clanculum furatus eſſet. At non ideo in exemplum trahendum eſt, vt, & nos ſortibus utamur, ſi quid occulti facinoris perpetratum eſt fortunęque committamus, quę certò auctorem facti prodat, quoniam nec Ioſue propria temeritate hoc fecit, ſed iuſſus a Deo, qui hoc medio furem oſtendere volebat. Apoſtoli etiam ſortibus uſi ſunt, in eligendo Mathia, non namen ſorte pręficiendi ſunt eccleſię paſtores, quia iudicium Deo cōmittunt duorum illorum, quorum uterq; officio erat idoneus, cum neſcirent quis eorum alteri eſſet præferendus, nec putarētur perſonarum acceptatores. Nautę quoque gentilium ritu, vana ſuperſtitione ſortibus vſi ſunt. Et quam quęrebant de Iona veritatem inuenerunt, non ut Deus illorum faueret ſuperſtitioni, ſed vt impleretur, quod de Iona fieri volebat, ſicut & regis Caldæorum ſortes temperauit in gloriam ſuam ſunt qui multa ſuper hac re diſputant, tu uerò ſi plura, & reſolutè deſideras. Vide Cardinalem Caietanum in ſumma de peccatis.

QVAESTIO XVI. CAP. IX. TERTIAE DECADIS.

Cur, ſortilegia diuinationes, & incantationes magis in mulieribus quam in uiris abundent.

QVAERITVR, Quare tria peccata, ſcilicet ſortilegiorum, diuinationum, incantationum, & huiuſmodi plus abūdāt in mulieribus, quàm in viris? Reſpondetur, ꝙ aliter fuit de doctrina dei, & aliter de doctrina diaboli, quia doctrina Dei deſcendit a Deo in Chriſtum, & a Chriſto in uirum, & a viro in mulierem. Et hunc ordinem tangit Apoſtolus 1. ad Cor. 11. dicens: Omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris uir, caput vero Chriſti Deus. Econtra fuit in doctrina diaboli, quia ip-

ſe diabolus primo traffudit eam in mulierem, utpote quæ minus habebat de ſenſu,& diſcretione ſpiritus, & per mulierum in uirum,& ideo citius,& frequentius, hęc prædicta peccata inueniũtur in ſexu muliebri,quã virili.Hæc Alex.2.par.ſum.q.53. de for.art.6.

ADDITIO.

In mulieribus, potius quam in uiris hæc locum habent,quia infidelitas, ambitio, & luxuria in ipſis præcipuè regnare videntur, vt auctor Mallei Maleficarũ, probat 1. part.q.6.& pro explendis ſuis prauis concupiſcentijs,amplius inardeſcunt.

Decimum Caput: De conceſſa, & aſſidua contra homines dæmonum pugna:Circa,quod ſex quęſtiunculæ ſoluentur.

QVAESTIO I. CAP. X. TERTIAE DECADIS.

An ſit maior poteſtas ſuper homines,malorum ſpirituum, uel malorum hominum.

QVAERITVR, Quibus conceſſa eſt maior poteſtas ſuper homines,an malis ſpiritibus,vel malis hominibus? An quam reſpondetur, ꝙ maior poteſtas permiſſa eſt malis hominibus ſuper bonos,& malos, quam ſit permiſſa dęmonibus ſuper eoſdem. Quę concluſio probatur, rationibus, & primo ſic. Nam experientia docuit,& docet, quòd Deus permiſit, & adhuc permittit tyrannos, & alios iniquos homines pro arbitrio homines bonos,& optimos affligere,& moleſtare martyrij, & tandem quando, & quomodo voluerunt eos interficere, quòd de communi curſu non eſt ſic permiſſum dęmonibus ſuper homines. Alioquin mox cum aliquem perciperent

eſſe in peccato mortali, ipſum interficerent, ſcientes homines in mortali culpa mortuos eſſe damnatos, ergo. Item ſecũdo ſic, quia homo poteſt ſe magis cuſtodire, & defendere ab inimico homine quam ab inimico dæmone, cum ille ſit hoſtis viſibilis, & iſte inuiſibilis propter quod rationabiliter non tanta poteſtas permiſſa eſt dæmonibus ſuper homines, quanta hominibus ſuper eoſdem. Item tertio, quia dęmon eſt periculoſior inimicus homini, quam homo, eo ꝙ dæmon principaliter appetit tollere bona animę. ſ. ſpiritualia & moralia ſine quibus, beatitudo attingi non põt homo uerus inimicus, ut plurimũ quęrit tollere bona fortunæ, uel naturæ, & ergo minus ſunt timendi homines inimici quã dæmones, q̃a & ſi corpus occidere poſſunt, aĩam tñ non poſſunt occidere, vt dæmones. Itẽ quarto ſic, quia quantum ad præſentem ſtatum mundi, uel curſus huius tẽporis, & eorũ, quæ ſub ipſo ſunt, Deus ſic res adminiſtrat liberas, & illiberas, ꝙ eas proprios motus habere ſinit, ut dicit Aug. Dęmones aũt non ſubſunt ſtatui currenti huius mundi cum ſint dãnati, ergo contra homines alterius ſtatus non poſſunt omnem conatum exercere contra quos conari extremè pro viribus licitum eſt hominibus cum ſint ambo eiuſdem ſtatus. Hæc ex Hen. ſuper Geneſim.

QVAESTIO II. CAP. X. TERTIAE DECADIS.

Vtrum ad affligendum bonos maior poteſtas detur agenti naturali, uel homini libero.

QVAERITVR, Cui conceſſa eſt maior poteſtas ad affligendos bonos, agẽti naturali, vel homini libero? Ad quã reſpõdetur, ꝙ homini agẽti libero ſtatui viæ ſubiecto. Nã crebro legũtur homines iuſti ab impiis expoſiti agẽtibus naturalibus, ut igni aquę, ueneno, beſtiis, qui tamen nõ fuerunt læſi, ſicut patet multipliciter ex hiſto-

rijs ſanctorum,nam Deo permittente,& actionem liberę agentium impediente,plures homines,& martyres a uarijs tormentorum generibus necari non potuerunt, & tamen in actione gladij ab agente libero omnes interierunt. Hæc ex eo ubi ſupra.

QVAESTIO III. CAP. X. TERTIAE DECADIS.

Cur actio afflictiua naturaliter agentium fuerit a Deo quandoque permiſſa ab agentibus, quandoq; impedita.

QVEARITVR, Quare actio afflictiua naturaliter agentium ab agentibus liberis qñque a Deo fuit permiſſa, qñque impedita? Actio uero gladii ſemper in oẽs ſuum ſortita eſt effectum, & nunquam impedita. Ad quã ſic reſpondetur: ꝙ actio afflictiua naturalium agẽtium permiſſa qñque fuit propter peccatum eius qui lęſus eſt, uel eius cuius impietate innocentes, igni, beſtijs, mari &c.applicantur, uel quia impii dignĩ non erant miraculo moneri, uel quia iuſtum erat, ut eorum malitia compleri permitteretur, & ſic ẽt meritum creſceret martyrii in afflictis. Qñque aũt talium actio prohibita fuit primo, ut patientes apparerent eſſe ueri ſerui Dei, cui oĩs natura obedit, quæ non eſt inſtituta, ut innocentes lędat, ſed ut adiuuet, ſcđo, ut ẽt ſic oſtenderetur, ꝙ innocẽs natura, quantũ eſt de ſe, innocentem hoĩem non lędit. De actione uero gladii uibrata ab impijs quare nũquã prohibita fuerit, tres cauſæ aſſignãtur, Prima, ꝗa gladius eſt inſtrumẽtũ ordinarium & principale executoriũ iudiciarię ꝑtãtis ad animaduertẽdũ in facinoroſos hoĩes, ut habeť. ff. de iur. om. iud, l. imperiũ cuius executionẽ Deus a quo eſt oĩs poteſtas potius ſemper decreuit exequi ꝙ̃ impedire. Secũda, a deo gladius nunquã fuit prohibitus, quia ꝓhibitio eius ꝓ miraculo non fuiſſet recepta, ſed uel arbitrio percuſſoris imputata quaſi fingẽtis ſe nõ poſſe ꝑcutere.

tutere. Tertia, q̃a cũ apud gẽtiles famoſa quedã ſuperſtitio eſſet ꝙ magi dæmonũ o͞patione facere conſueuerunt gladios nõ ſcindere. Ideo rõnabiliter actio gladii a deo prohiberi non debuit, ne illi in quos uibratus fuiſſet, ſuſpecti, de ſuperſtitionibus habere haberentur. Hæc ex Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

QVAESTIO IIII. CAP. X. TERTIAE DECADIS.

Quot ſunt ſpecis Dæmonum, ante, & poteſt iudicium homines torquentium.

QVAERITVR, Quod ſunt ſpecies dæmonum homines ante, & poſt iudiciũ torquentiũ? Ad quã ſic reſpondetur, ꝙ uſq; in diẽ iudicii, duę ſunt ſpecies dæmonuũ torquẽtiũ, & inſidiantiũ hoĩbus. Aliqui.n.ſunt alligati in huius noſtri aeris medio, ꝙ tenebroſum eſt, & caliginoſum, q̃ nobis pati ſunt in miniſteriũ exercitationis noſtrę uſq; in diẽ iudicij tẽtando nos (nõ tñ ſupra id quod poſſumus) quo quidẽ aeris medio libẽter nobiſcum moranẽ ꝙ patet, q̃a frequẽter legũtur petiuiſſe a Xp̃o ut non mitterẽtur in infernũ, ꝙ non ideo faciunt quaſi dũ circa nos ſunt, p͞ena eorum in aliquo minuatur, (nã ut dictũ eſt) dęmones quocunq; uadunt, ſecũ infernũ, & ignẽ portãt, quo ſemꝑ ardent, non materialiter, & actione corporali: ſ. calefaciendo, deſiccãdo, &c. quia ſic omnia circa nos cõburerẽt, ſed actione, & motu ſpũali, ſed ideo malunt hic nobiſcũ q̃ in inferno eſſe, quia pęnale ſibi exiſtimãt eſſe ĩ inferno, ubi rarius, in efficacius, & remotius, & contra nos agerę pñt, quã dum in hoc aere propinqui nobis cõmorãtur. Alii dęmones ſunt alligati in inferno ad torquẽdũ ante iudiciũ ſolũ aĩas, poſt uero iudiciũ torquendo cõpoſitũ .i. aĩam, & corpus mõ quo dictum eſt ſupra prima Decade, 3. capite, quæſtiuncula. 5. Alij, & tertii dæmones ſunt in purgatorio qui aſſiſtunt ibi, ante aĩas irridendo, & inſultãdo eius de ſuppliciis ſuis. ut dicit Tho. in 4. ſententiarũ diſ. 21, q. 5. Nullã tñ habent ꝑtãtem tor

quendi aĩas ibidẽ, cũ fuerint in præſenti uita, eorum uiɛtores. Albertus aũt in 4. aſſignans cãs quare dæmones in purgatorio nõ torqueant animas, dicit, primo quia non fuit cõſenſus diabolo factus in eis qui peccauerunt uenialiter tm̃, imò habitualiter Deo conſentire vñr. Et ideo ſoli Deo, & iuſtitiæ eius ſubdi dicũtur, & non tortori diabolo. Itẽ ſecundo probat idem ſic, ſicut uidemus in politiis, ꝙ alius eſt puniens filium, & alius furẽ, uel hoſtẽ, ita dẽt in diuinis eſſet, quia noſtra iuſtitia exẽplata eſt a Deo, ſed ſuper filium pater ponitur, ſuper hoſtẽ ponitur cõmiſſarius, ſic ergo cũ exiſtẽtes in purgatorio ſint filii Dei, Deus pater dẽt eos punire, & non dæmon. Nec ẽt puniuntur per angelos bonos, quia nõ eſt uериſimile ꝙ angeli boni cõciues ſuos tam uehementer affligant, imò uiſitant, & cõfortant. ut dicit dñs Petrus de Palude, ꝙ ſi dicatur, ꝙ angelus bonus læſit Iacob tangens neruũ femoris eius, ꝗ ſtatim emarcuit. Gen. 32. Dicitur, ꝙ illud fuit ad concupiſcentiæ refrenationẽ, & non ad grauẽ afflictionẽ, ut dicit dñs Bonau. in 4. ſententia. di. 2. Et quia iſta exercitatio, & in purgatorio, & in aere caliginoſo circa nos a dæmonibus, & miniſterium bonorũ angelorũ in die iudicij terminabitur; Ideo oẽs ſpũs mali purgatorii & aeris caliginoſi poſt diem iudicij cũ hominibus malis, & dãnatis detrudentur in inferno, boni uero cum eorum angelis in paradiſo. Tho. 1. par. q. 65. art. 4. ad tertium, & intra q. adducti.

QVAESTIO V. CAP. X. TERTIAE DECADIS.

De cauſis quare Dæmones homines tentant.

QVAERITVR, Quæ ſunt cauſæ, quòd dæmones ſic tentẽt, torqueant, & inſidientur hominibus? Ad quam reſpondetur, quòd quintuplex cauſa eſt cur dæmones hominibus inſidientur. Prima eſt eorum malitia, quia

cum

cum odio Deum habeant ex malitia ſua quærunt a-uertere homines a ſeruitio Dei quantum poſſunt, ſicut is qui inimicatur alicui, & odit, quærit auertere ab eius obedientia, & reuerentia ſubditos eius, ſic dæmones ex malitia quærunt auertere a ſeruitio Dei ſeruos eius, & maximè ſanctiores, & meliores. Vnde Hieronymus ad Euſtochium inquit. Non quærit diabolus homines infideles, non eos, qui foris ſunt, & quorum carnes rex in olla ſuccendit. Aſſuerus de eccleſia Chriſti rapere feſtinat. Eſcę eius ſecundum Abachuc electæ ſunt. Iob ſubuertere cupit; & deuorato Iuda ad cribrandos apoſtolos experit libertatem. Et Iob 40. capite. Eſca eius electa, & habet fiduciam, quòd influat Iordanis in eos eius, ideſt quòd deuoret baptiſmo purgatos; qui baptiſmus habuit originem in Iordane. Et propterea baptizati, deſignantur per iordanem. Secunda eſt eorum ſuperbia reſpectu diuinæ poteſtatis quam uſurpare nituntur, ut ſicut Deus habet bonos angelos ſibi miniſtrantes, & aſſiſtentes in determinatis officiis ad ſalutem hominum, ſic & dæmones in impugnando uideantur ſibi determinatos miniſtros habere ad impugnationem hominum. Propterea dicitur Iob penult. Ipſe eſt rex ſuper uniuerſos filios ſuperbiæ. Exemplum in uitis patrum de Sathana qui uiſus fuit a quodam exigere rationem a ſatellitibus ſuis dæmonijs inferioris gradus, de malis, ad quæ induxerant tentatos per ipſos, & illum qui quendam ſanctum uirum in heremo commorantem, tentatum ab eo per plurimos annos, ad ruinam tandem luxuriæ adduxerat, multum commendauit, & honorauit. Tertia eſt inuidia. Nam dæmones ſaluti hominum inuidentes profectum eorum per tentationes impedire nituntur. Vnde dicitur Sapientiæ 2. Inuidia autem diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Et 16. quæſtio. 2. c. uiſis, dicitur de diabolo, quòd dolet ſatis, & erubeſcit charitatem quam in cœlis nequiuit habere, ideſt conſeruare, homines conſtantes ex lutea

materia, in terris tenere, & quia ibi debent aſcendere quo ipſe deſcendit. Propterea Augu. de ciu. Dei dicit. Non tã Iuno uidetur inuidiſſe Romanis, q̃ dęmones omni generi humano ſedes inuident ſempiternas, & licet ſciant. ꝙ ex dãmnatione hominũ malorũ quos ex inuidia tentarẽt, pęna eorum augeatur, ſicut ex incitatione hominum ab angelis ad bonũ gloria eorũ creſcit, nõ tamen propter hoc dimittunt homines tẽtare ſimiles inuido, dę quo narratur, quòd petierit ſibi unum oculum erui, ut proximo ſuo cui inuidebat duo oculi eruerentur, Dicitur. n. de quodam rege, ꝙ pollicitus fuerit duobus. ſ. inuido, & auaro ſe facturũ quodcunq; peterent, ita tamen, ꝙ qui poſterior peteret, duplum haberet. Et cum uterq; differret petere, alter motus cupiditare dupli boni habendi, & alter ne ſocius ſuus, pluſquàm ipſe haberet, tandem præcepit inuido rex, ut prius peteret, qui petijt, ut unus ſibi oculus erueretur, ut ſocius ſuus duos amitteret, noluit enim aliquid petere boni ne ſocius duplum haberet, ſic dęmones tentãt ex inuidia homines, licet nõ ignorent eorum pœnam in futuro creſcere ex hominum damnatione. Quarta eſt iuſtitia Dei, quæ illis utitur, ut inſtrumento, & miniſtris ad homines puniendos, ſicut in hoc mundo miſſus eſt ſpiritus mendax ad puniendum Achab regem Iſrael, ut dicitur 3. Reg. ult. Similiter, & in inferno eodem utitur modo illis Deus ad iuſtitiam. Quinta eſt hominum pigritia, quia ſcilicet perdiderunt eorum arma, nam ponitur 4. parte in vitis patrum, ꝙ cum ſenex quidam req̃reret abbatẽ ſenẽ cur à dęmonibus homines uexarentur, & monachi? Reſpondit ſenex quoniam arma eorum perdiderunt, ideſt uirtutes, pœnitentiam, humilitatẽ obedientiam, & paupertatem, hæc Tho. pri. par. q. 114 art. 1. Et D. Antonius archiepiſcopus Florentinus in prima parte ſummæ.

ADDITIO.

Cum hic etiam poſſit quis quærere cur Dęmones

cum

cum damno ſuo mala noſtra procurent, mihi uidetur dicendum, primo quia ſolatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum. 2. quia tanta inuidia ducuntur, ut, nõ videant quid faciant, nec ſibi bene conſulant. 3. quia tam mala arbor effecti ſunt ut non poſſint niſi malos fructus facere.

QVAESTIO VI. CAP. X. TERTIAE DECADIS.

Vtrum cuilibet morienti Dæmones ſemper appareant.

QVAERITVR, Si cuilibet morienti ſemper dęmones apparent? Ad quam uidetur primo reſpondendum negatiuè. Quia aut apparerent morienti ſecundum formam ſubſtantiæ eorum in corpore, aut apparerent in corporibus aſſumptis. Si primo modo non viderentur. Oculus.n. corporalis ſpiritualia abſoluta non uidet. Oportet.n. ꝙ inter viſibile, & videntem ſit proportio, & conformitas. Si vero apparerent in corporibus aſſumptis, ab omnibus viderẽtur. Sed dæmon in corpore aſſumpto ab omnibus non videtur, vt patet 1. Reg. 18. de phitoniſſa, & diabolo Samuele ſene amicto pallio quem videbat phitoniſſa Saul uero, & duo ſerui eius non videbant, ſed audiebant, ergo nullo modo poſſunt uideri a morientibus. Ad hanc dubitationem reſpondetur, ꝙ de lege communi dęmones oĩbus morientibus apparent. Hęc concluſio probatur ratione, auctoritatibus, & exẽplis. Ratione ſic Tho. 1. par. q. 113. & 2. ſent. d. 11. ar. 4. & ibidem Bonau. Nam minus eſt pronus, & continuus diabolus ad perdendum hominem, & decipiendum, ꝙ bonus angelus ad adiuuandũ eum, & cuſtodiendum. Sed bonus angelus non relinquit hominem iuuãdo, & bonũ ſuadendo uſq; in finẽ mortis incluſiuè ei apparendo, aſſiſtendo auxiliando, & bonũ perſuadendo, vt patet 4. Reg 6 de rege Syriæ, & rege Iſrael. Et in uitis patrum de Abbate Moyſe, & Abbate Iſidoro, & à Gre-

à Gregorio in homel.viceſimæ Dñicæ trinitatis, & in dialogis ſuis, ergo ſimiliter,& malus angelus. Secũdo probatur auctoritatibus. Et primo ſuper illud Gen.3. Tu inſidiaberis calcaneo eius,dicit glo.ordinaria, id eſt fini vitæ hominis. Et Eccle. 39. dicitur. Sunt ſpiritus qui ad vindictam creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua,& in tempore conſummationis effundent virtutem &c. Quam Sanctus Vĩcẽtius, & Hugo Cardinalis de malis angelis in morte apparentibus gloſant. Et ſuper illud Pſal. 55. Ipſi calcaneum meum obſeruabunt, dicit per calcaneum qui eſt finis, & extremitas hominis verſus deorſum intelligitur finis vitæ quem malignus ſpiritus præcipuè obſeruat, & ei inſidiatur, ſciens quod finalis lapſus damnatio eſt qui in eo decedit. Et Gregorius primo moralium,c.7. dicit.Cum hoſtis noſter nec in exordio actionis percutit, nec in itinere actionis interficit, tunc duriores in fine laqueos tendit, & tantò ſollicitus tunc inſidiatur quantum ſibi ſolum remanſiſſe ad decipiendum finem conſiderat,Vnde & Pſalm.Iniquitas calcanei mei circundabit me, hæc ille. Item Greg. ſuper illud Lucæ. 19. Circundabunt te inimici tui vallo.dicit ſic diabolus in fine ad bo- & malos, etiam & ad Chriſtum venit in cruce morientem. Sed ad Chriſtum venit, & nihil inuenit. Io. 14. Venit enim princeps mundi huius,& in me non habet quicquam, quia enim hunc mortalem hominem vidit, ſuum aliquid inuenire in ipſo credidit. Sed ſine vllo peccato a mundi corruptione exiit, qui ſine peccato in mundum intrauit.Ad bonos etiam diabolus venit, & ſuum aliquid in eis fuiſſe inuenit, ſed tamen eos rapere nequit, quia Chriſtus pro eis debitum ſoluit. Venit etiã ad reprobos, & ſua multa inuenit, & eos ad tartata rapit.hæc ille.Et glo.ſuper illud Pſal. 9. Inſidiatur quaſi leo in ſpelũca ſua Dicit ꝙ loquitur pſalmiſta de antichriſto in vltimo mundi, vel diabolo in vltimo vitæ. Itẽ Gre. ſuper Luc.19.dicit Maligni ſpũs aĩam vndecunque anguſtãt,qñ ei non ſolũ operis, verũ ẽt locutionis

his cogitationis, iniquitates replicant, vt quę prius ſe dilatauit in ſcelere, ad extremū de omnibus anguſtet in retributione. Et iterum idē dicit, diabolus tātō graniores tentationes ingerit, quanto magis peccatorem appropinquare fini conſpicit. Hęc ille. Exemplis etiam idem patet, & primo, in vita ſancti Martini. cui morienti apparuit diabolus, quem videns dixit. Quid hic aſtas cruenta beſtia? Et Beata Virgo Maria, rogauit Chriſtum, vt in die obitus ſui, dæmones ei non occurrerent (licet tamen hoc ſit apocriphum.) Et in trāſitu Beati Hieronymi recitat Cyrillus ad Auguſt. de Euſebio diſcipullo Beati Hieronymi, in fine uitæ clamante fratribus aſſiſtentibus. O fratres adiuuate me ne peream, non videtis dæmonum agmina, qui me debellare, & ad tartara ducere feſtinant? Et ut ad ſummam de inſidijs inſatiabilis homicidæ diaboli contra hominem in hanc partem concludam. Sciendum eſt, quòd lucifero ab initio poſt caſum, vbi cognouit cœleſtia ſubſellia irreuocabiliter amiſiſſe, inuidiæ dolore tactus intrinſecus, ne vnde ipſe eiectus fuerat hominem aſcendere contigiſſet, cœpit aduerſus eum, tòto malignitatis ſpiritu debacchari, ita vt ne in morte ſolum, ſed & in vita poſt mortem, totis aduerſus eum viribus moueatur. Et quidem in vita in primos parentes cœpit primo ſeuire, quando ſub lubrici ſerpentis tegmine, mulierem latenter decepit, atque per eam uirum peccare fecit, quando Deum mendacem, & inuidum ſignificauit dicens. Nequaquam moriemini, ſcit enim Deus, quòd quacunq; hora de ligno vitæ comederitis, eritis ſicut dij, quando etiam ſibilo virulentiæ ſuæ corpora prothoparentum, & noſtra quæ in eis radicaliter erāt, carnis ſtimulis incendit, atq; infecit, deinde totius poſteritatis originē mille nocēdi milleq́ue lęti modis corrupit. In morte præterea hoīes vexare non ceſſat. Nam ipſe calcaneum eius obſeruat, ſedet in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua, ut quemquam deuoret, ut interficiat innocentem, Quinimmo, & poſt mortem in cor-

pora

pora deſæuit humana. Fertur.n.a Pythagora; deinde ab Ouidio; & Iſidoro,ꝙ natura, vel arte dæmonis, vel forte inimicitia a Deo (teſte ſcriptura) poſita inter ſerpentem,& ſemen hominum, de medulla hominis mortui quæ in ſede Veneris,& ſpina dorſi eſt,ſerpens generatur, qui cerebro deuorato per oculos exit, reliquã partẽ corporis depaſturus. Ad argumentum autẽ in fronte q factum dupliciter reſpõdetur. Primo,quòd apparitiones dæmonum morientibus ſunt imaginariæ; formant n.dæmones mouendo humores,& ſanguinẽ aliquas imagines repræſentantes eos, quod autẽ videtur imaginariè, non apparet niſi illis quibus fit viſio, ut patet in prophetis,ideo, & ſic põt eſſe in dæmonũ apparitionibus. Dicitur ſecundo, ꝙ quia ſimilem poteſtatem habent dæmones,& boni angeli ſuper corpora ab eis aſſumpta, quam habent ſuper corpora propria glorificata animæ beatorum, in quarum poteſtate erit,quòd corpora eorum videantur, vel non,& ab vno, vel a pluribus in parua, uel magna diſtantia, ita, ꝙ omnis actio corporis erit in poteſtate animæ; Aliàs enim corpus glorioſum non eſſet inſtrumentum ſummæ obediens principali agenti, ſcilicet animæ. Sic ſimiliter dicimus, & de dæmonibus,& angelis bonis,ꝙ in eorum poteſtate eſt in corporibus aſſumptis apparere,vel non,vel vni,vel pluribus,diſtanter,vel propè. Hæc Thom.elicitiuè in 4.ſent.diſt.44. q.2. Patet hoc etiam in angelo bono.Dan.10.Et Chriſto glorificato, qui apparuit Paulo, quem Paulus uidebat, uiri autem qui comitabantur cum eo ſtabant ſtupefacti, audiẽtes quidem uocem, neminem autem uidentes. Actuum, 9.c.Rogemus ergo nos ſanctiſſimã Trinitatem, Beatam Dei uirginem genitricem, & patrem noſtrum diuinum,ſcilicet Dominicum, ut cum venerit hora noſtri egreſſus ad patrem,in exitu Iſrael de Aegypto,domus Iacob de populo barbaro,nobis obuiã Chriſtus occurrat,exitum noſtrum angelorum turba comitetur:Nihil in nobis funeſti occurrentes reperiant inimici,ſed ſinus Abrahæ nos ſuſcipiat. Amen.

Quàm

ADDITIO.

Quàm ſit dura Diaboli tentatio, in morte hominis, & quàm poſt deceſſum ex hac vita, nobis aduerſetur apparet ex eo, quod Sanctus Apoſtolus Iudas in ſua Epiſtola Canonica ſcripſit. quando Michael Archangelus cum Diabolo diſceptauit de corpore Moyſis. Nã Michael Archangelus, Moyſis ſepulturæ præfuiſſe dicitur. Quòd non patiebatur diabolus, ſed crimen inferrebat, eò quod Egyptium interfeciſſet, & conſequenter ad ſe pertineret Moyſes, nec volebat permittere, vt eius ſepultura tanto honore afficeretur. Significans hoc exemplo, rationum redditionem, quæ vnicuique poſt exitum è corpore debetur, Sciens enim diabolus, ſibi non ſubeſſe plus temporis ad decipiendum hominum, vltra terminum vitæ, totum virus malitię ſuæ in cauda reſeruat, ideſt in fine, vt in figura dictum fuit ſerpenti. Tu inſidiaberis calcaneo eius, ideſt animæ, cuius calcaneus eſt terminus vitę. Et frequenter peccatores obſtinatos, quos cognoſcit ſecum in inferno mancipandos, antequam anima exeat de corpore, torquere incipit.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Tabula per ſe patet.

Omnes ſunt Quaterniones.

VAJ 1529757

163
L
45